S-53
MS
KSIĄŻNICA BESKIDZKA Dział Zbiorów Specjalnych w Bielsku-Białej
S-53
82-394: 094/096
1. Mitologia - Owidiusza

# P. Ouidij Naſonis poete ingenioſiſſimi Metamorphoſeos Libri. xv.

In eoſdē libros Raphaelis Regii luculētiſſime enarrationes. Neq; nō Lactātij ⁊ Petri Lauinii Cōmentarii nō ante impreſſi.

Iacobi Muſæi Foroiulienſis Ad lectorem Carmen.

Diuinus quondam ſuperas dum carperet aras.
Exul in externo littore Naſo fuit.
Mox quoq; dum uita eſt ſatis priuatus iniquis.
Tam procul a latis cœtibus exul erat.
Defuncto meriti non reddebantur honores:
Gloriaq; ipſius ſemiſepulta fuit.
Obſita erant tenebris ſacri monumenta poetæ:
Fuderat eximias Barbanis hoſtis opes.
Non tulit ulterius tantum crudeſcere damnum:
Lumen Romani Regius Eloquii.
Conſuluit uatiq; ſimul: latioq; decori:
Suſcipe nunc plenum candide lector opus.

1527
KSIĄŻNICA BESKIDZKA Dział Zbiorów Specjalnych w Bielsku-Białej

RAPHAEL Regius. Philippo Cyulano maiori Agrienſis eccleſiæ Præpoſito. ab Vngariæ rege ad Venetiarum Principem. oratori felicitatem.

APelles ille Cous: qui omnes ante ac poſt ſe genitos: ut in naturali hy⸗
ſtoria Plinius narrat: pingendi artem ſuperauit. Magnoq; Alexandro
gratus adeo fuit: ut ſe ab alio pingi uel edicto uetuerit: abſoluta opera
proponere ante pgulam ſolebat: & ſiquid uitii a quoquã in eis notaret.
latens auſcultare: plus fidei uulgi iudicio adhibens q̃ ſuo. Is igitur cum a
ſutore neſcio quid in crepidis reprahenſum emendaſſet. atq; poſtero die. circa crus
eundem pridianæ correptionis caſtigatione tumide cauillari animaduertiſſet: e per
gula caput proferens: ne ſupra crepidam ſutor aſcenderet: non immerito prohibuit.
Hac mihi lepidiſſima pictorum eminentiſſimi conſuetudine delectato: cum & alia
quædam opuſcula: & in Ouidii metamorphoſin breues ſane enarrationes: quas ado
leſcens compoſueram: paucis ante annis emiſiſſem: non nihil ſubauſcultare libuit:
quid de illis ſentirent ſtudioſi. At eruditorum quidem iudicio comprobatæ quorun
dam ſutorum. ac potius ueteramentariorũ. calumnias effugere non potuerunt: qui
uel ea quæ minus pcipiũt: uel quæ iam mihi quoq; fuerant emẽdata: carpere nunq̃ ceſ
ſant. Neq; enim diffiteor me & in quibuſdã lapſum fuiſſe. Homines. n. ſumus: & nõ⸗
nulla quoq; cum opus edidi: ignoraſſe: quorũ quidem pleraq; ut poſtea ex uaria ſcri⸗
ptorum & græcorũ & latinorum lectione percepta correxi: ſic paucula quædam non
dum inuenire quiui: ut in ipſis quoq; enarrationibus ſum teſtatus. Quod quidem in⸗
genue fateri eo minus me pudet: q; ex Quintiliani ſnia inter grammatici uirtutes ha⸗
betur fabularum aliquid ignorare: & ſuperfluus in ſtudiis longior eſſet labor: ſi non
daretur pteritis inuenire meliora. Poſtea q̃ autem enarrationes noſtræ uulgatæ ſunt:
complures cum alios auctores græcos: tum Pauſaniam poeticarum hyſtoriarum di⸗
ligentiſſimum expoſitorem perlegi: ex quibus & multa prius editis enarrationibus
adieci: & quædam quæ minus recta uidebantur: facile correxi: præſtantiſſimorum au
ctorum ueſtigia ſecutus. Nã & Hippocrates: & Cicero: & Quintilianus: & diuus Au
guſtinus: & pleriq; alii. preclare feciſſe uidentur: quod errores quoſdam ſuos: ne po⸗
ſteri in eoſdem inciderent: ingenue damnarunt. Homines. n. ſeſe eſſe meminerunt:
qui multo plura ignorant. q̃ ullo unq̃ tempore percipere poſſint. Quare tantũ abeſt
ut ab iſtis alienorũ operũ obtrectatoribus a ſcribendo deterrear: ut eo magis magiſ⸗
q; in dies accendar: quo nos quoq; nõ nihil ſtudiis contuliſſe uideatur. Nam Ouidii
Metamorphoſis: præclarum in primis opus (poſteaq̃ enarrationibus noſtris fuit illu⸗
ſtrata) ſic: ubicũq; Romana eſt in uſu lingua: lectitat: ut in quinquagita milia exem⸗
plaribus & amplius iã dicat fuiſſe deſcripta. cum antea uix a quoquam ppter fœdas
deprauationes ac obſcuriores locos in manus ſumeretur. Quo autem maiore in uſu
habetur eo mihi honeſtior hic caſtigationes noſtras adiiciendi uiſus eſt labor. Nam
ea quæ frugifera ſunt: nullo unq̃ tempore ſatis excoli poſſunt. Hanc uero lucubra⸗
tionem atq; recognitionem noſtram. ut tibi dicarem: tuoq; acerrimo iudicio ſubiice
rem: cum aliæ diuinæ uirtutes tuæ: tum excellens doctrina & ſummus litterarũ ac elo
quentiæ in primis amor effecit. Ea nanq; a teneris uſq; annis laudatarum artium
iecisti

iecisti fundamenta: ita Bononiæ te Philippo Beroaldo eruditiſſimo facundiſſimoq; huma
niorum ſtudiorum profeſſori excolendum tradidiſti: ut in primis doctus & diſertus in pa⸗
triam repedaris. Id uero cum ſapientiſſimus Pannoniarum Rex Vuladiſlaus facile ani⸗
maduertiſſet. ſimulq; te ſingulari & prudentia. & fide. & conſtantia. & integritate. & con⸗
tinentia. & benignitate. & pietate. & religione præditum eſſe perſpexiſſet: primum a ſecre⸗
tis delegit: deinde opulentiſſima præpoſitura honorauit: & ad inclytum Venetiarum prin
cipem grauiſſimumq; Senatum. te oratorem ſæpius iam legauit. Qua quidem in legatione
adeo prudenter. adeo modeſte. adeo grauiter. adeo benigne. adeo ſplendide te geris: ut
omnium oculos in te conuertas. Omnes deniq; cum ad te amandum. colendumq; pellicias
& me certe tua ſingulari humanitate ita cepiſti. ut te non felicitate modo. uerum immorta⸗
litate quoq; digniſſimum eſſe exiſtimem. Illa uero ſi te donare poſſem. nullum equidem
quamuis magnum laborem recuſarem. Quod autem poſſum. hanc lucubratiunculam no
ſtram tibi dicaui: quo nomen tuum una cum Ouidii metamorphoſi. per totum orbem chri
ſtianum: ubicunq; latinus auditur ſermo: celebretur. atq; lectitetur. Sed ne ſine appendice
hæc tibi epiſtola ſcripta eſſe uideatur. breuiſſimam eorum ſubiiciamus apologian: quæ iſti
in aliena opera lynceis: ut aiunt. oculis. Inquirentes: in ſuis autem cæcutientes reprehende⸗
runt: quo & ipſos ſuorum errorum pudeat: nec alii in eoſdem deducantur. Vale eximium
humanitatis & religionis chriſtianæ ornamentum. Venetiis. viii. Kalendas Iunias.
M.D.XIII.

## ¶ Primi libri.

¶ Quod igit̃ primũ qdã cauillantur otẽdẽtes nõ metamorphoſeos. Sed metamorphoſeõ opus inſcribi debere:
ne refellendũ quidem uidet̃. cum oĩa & uetuſta & noua exemplaria in qbus metamorphoſeos legit̃. manifeſtũ
faciãt oĩbus recto ſanoq; iudicio præditis Metamorphoſin. unitatis numero ab Ouidio fuiſſe inſcriptã. At mul
ti metamorphoſeõ ſcriptores græci fuerũt. Quaſi uero qſquã id negetac nõ cuiq;. uel leuiter græcis lr̃is imbuto
paſſim legere ſit. ſaltẽ apud Stephanũ: auctores quoſdã citari in prĩo uel ſecũdo metamorphoſeõ. Sed Ouidi⁹
uanã iſtã obſeruationem neglexit. totumq; opus in quo tranſmutatiões deſcribunt̃ non aliter metamorphoſin
inſcripſit. q̃ Saluſtius hiſtoriã. Virgi. culice. Quintilia. inſtitutionem oratoriam: & Plinius naturalem hiſtoriam.
Id uero Quintiliani quoq; nr̃i auctoritate facile cõprobatur: q in q̃rto inſtitutiõis oratoriæ uolumĩe ita ſcribit.
Illa uero frigida & puerilis ẽ in ſcholis affectatio: ut ipẽ trãſitus efficiãt aliquã utiq; ſniam: & huius uelut pſtigiæ
plauſum petat: ut Ouidius laſciuire in metamorphoſi ſolet: quẽ tñ excuſare neceſſitas põt res diuerſiſſimas in
ſpẽm unius corpis colligẽtẽ. Quid: q; Ouidius ipſe alibi id approbare uidet̃. cum inqt. Sũt quoq; mutatæ ter
quinq; uolũina formæ. Ac ſi diceret metamorphoſeos. Nã metamorphoſis ad uerbũ formæ mutatio interptat̃.
¶ Tertia poſt illã ſucceſſit Aenea ples. ¶ Tãetſi ſucceſſit quoq; legi poſſit ut ſequẽs diphthongus ſoluat̃. ſucceſ
ſerat tñ ut ĩ uetuſto ſcriptũ ẽ exẽplari magis mihi pbat̃. id qd ab iſtis ĩ aliqos libros ĩ ſciolis nõdũ ẽ aĩaduerſum.
¶ Ingentes animos dignas Ioue concipit iras. ¶ Quidã hũc uerſum ita inuertũt. ut legant non aĩos. ſed aĩo: hac
copula. & appoſita: cũ & uetuſta exemplaria animos habeant: nõ ſolum noua: & niſi aĩos legamus. a pleonaſmo
defendi nõ poſſit hic ſenſus. Qui ut in ſoluta oratione. eſt fugiendus. ſic in uerſum. niſi neceſſario. nõ eſt admit
tendus. Quare animos tuemur eſſe legendum.
¶ Iuenilit. & in his qdã mõ cœpta p ipſum Naſcẽdi ſpatiũ. ¶ Iſti qdẽm admonent. nata in qbuſdã exemplarib⁹
legi: ſed utrum. nata. an cœpta legẽdum ſit. mirũ agunt ſilentiũ: perinde atq; ſi id iudicatu difficilimũ foret. Nos
uero. & ex ſenſu. & uetuſto exemplari. cœpta. in nata. mutauimus: ac ita Ouidium ſcripſiſſe contendimus.
¶ Conſitaq; arboribus lycæa reliquerat arua. ¶ Tũ ex Pauſania. tũ ex uetuſto exemplari nos quoq; Lycæa.
& correximus & expoſuimus.
¶ Talia dicenti ſtellatus ſummouet argus. Dicentẽ. quidam inuertunt: & ſaniorem lectionẽ eſſe aiunt. Nos ue⸗
ro ita dicenti adhæremus: ut dicentem penitus a candido poetæ ſenſu abhorrere ſentiamus: cum præſertim ue⸗
tuſtum exemplar noſtræ ſententiæ aſtipuletur: quis non dicenti. ſed quærenti in eo legatur.
¶ Talia uerba refert tibi nubere nympha uolentis. Votis cæde dei. reſtabat plura referre. ¶ Sic qdẽ fere in uul
gatis legitur exẽpluribus. ac ego quoq; ſicante & legi & expoſui: neq; cẽſores iſti ex ſuis codicibus uetuſtis men
dum fœdiſſimũ annotarũt: quo duo illi uerſus ita ĩquinãtur: ut ab ineptiis poeta eminẽtiſſimus defendi nõ poſ⸗
ſit. Nos uero expunctis duobus hemiſtichiis nuper eas ita ſubtulimus. ut hunc locum priſtino candori reſtituiſſe
uideamur: ſed ñ ſine uetuſti exẽplaris a ſtipulatiõe. ĩ quo ita ſcriptũ ẽ. Talia uerba refert reſtabat uerba referr̃.
¶ Quos potuit ſolos tẽdẽs ad ſidera uultus. ¶ Id quod iſti quoq; uiderunt. ex uetuſto exemplari noſtro tollẽs.
legendum eſſe præcipimus.

¶ Secundi libri.

¶ Nec poſitas uariare comas. ¶ Decipiunt̃ qui. poſitu. nõ poſitas. putãt eſſe legẽdũ: cũ & in uetuſtis exẽplarib⁹
poſitas. ſcriptũ eſſe uideam⁹: nec poſitu uarienĩ comæ. Sed aut inſertis florib⁹. aut reticulo. aut uitta uerſicolore.

¶ Vna moras quærit indubitanti adempta eſt. ¶ Quidã cunctanti: quod ne latinũ quidem eſt uerbum. Neq; .n. cunctor ſed contor recte ſcribitur: in uetuſtis codicibus ſuis melius legi poſſunt. Ego uero dubitanti ab Ouidio ſcriptum eſſe contenderim: & ita in uetuſto legitur exemplari.

¶ Meus antiqua manet facta quoq; manſit in urſa. ¶ Tamen loco illius uerbi. manet. & nos repoſuimus. ut eſt in antiquo codice ſcriptum.

¶ Eſt uero cur quis Iunonem lædere nolit. ¶ Qui cenſent caſtigatius legi in uetuſtis codicibus. Eſt aliquid cur quis fallũtur in re apertiſſima: nõ animaduertens illam indignatæ Iunonis Ironiam perire. ſi aliquid legat. Quare antiqui illi codices qui ab iſtis citantur: & deprauati ſunt. & indigni: quibus quicquam fidei adhibeatur in meo quidem. Eſt uero cur quis. rectiſſime legitur. nec aliter q̃ poeta ſcribit.

¶ Seruandã dederat. ſed incõfeſſa quid eſſet. ¶ Tametſi hic uerſus monoſyllabæ illius particulę. ſed. ratione põt a Trochæo defendi: ego tñ ex uetuſto exemplari ita correxi: ſed incõfeſſa quid eſſet. Quidã uero audaciores ex cerebro inuertunt. Sed non confeſſa quid eſſet. Qua compoſitione nihil aſperius fingi poteſt.

¶ Timidas uocat una ſorores.

¶ Aglauros: nodoſq; manu diducit & intus. ¶ Varie quidem ab auctoribus græcis huius puellæ nomen ſcribitur. Nam Pauſanias in Atticæ deſcriptione niſi medium ineſt. Aglauron ut latini. illam uocat. Alii uero græci quos quidem ego uiderim Agraulon. Itaq; correxi: q̃uis Hellanicum qui in eruditionis oſtentationem a quibuſdam citatur cum nuſq̃ extet nondum legerim.

¶ Tertii libri.

¶ Fortunamq; dies habuit fatis. ¶ Quamuis fortunam in omnibus legatur exemplaribus. & recte quidem legatur. in ſciolis tamen quibuſdam probliore uiderur lectio fortunæq; dies habuit fatis.

¶ Excipiũt laticẽ niphęq; hyaleq; Rhaniſq;. ¶ Quidã nõ inuenientes quid carpant. quæ recta ſunt ĩpudẽtiſſime deprauant. Cum enim mihi Niphe & ſcriptum ſit. & expoſitum: iſti uero nõ niphe, ſed nephele aiunt eſſe legendum: cum niphe in exemplaribus noſtris emendare legatur.

¶ Ille etiam matri cum bracchia tendere uellet. ¶ Hunc uerſum nos quoq; ex uetuſto exemplari aſcripſimus.

¶ Quarti libri.

¶ Stagna paleſtini credunt mutaſſe figura. ¶ Vt in emendato codice legitur. colluiſſe. correximus.

¶ Te quoq; nunc adama quondam fidiſſime paruo Cleme Ioui. ¶ Cleme in uetuſto exemplari caſtigate legitur: & non Gelmi. ut quidam putant eſt legendum.

¶ Largoq; ſatos curetas ab ĩbri. ¶ Cũ in oĩbus exẽplaribus ita legat. neſcio qua rõne qdã moti' nouã ĩuexerint lectionẽ. Tactataq; ſatos cureta ab Ida. Nã. & ſi Steſimbrotus extaret (q nimiũ ambitioſe citaĩ) non ɔtinuo tñ poetæ uerſ' fuerat mutãd': cũ p q̃ uariæ priſcoɣ poetaɣ deiſti' mõi fabulis fuerit opiniões.

¶ Quinti libri.

¶ Atria complentur nec coniugalia feſta. ¶ Connubialia quidam inepte ſcribunt. Nos coniugalia tuemur.

¶ Legit nec poſuit ſtudioſius altera caſſes. ¶ Quamuis recte legatur. quidam tamen corrupte legi fingit: ac deinde corrigit: nec aliter q̃ in noſtris exemplaribus eſt ſcriptum.

¶ Sexti libri.

¶ Mennoſynen paſtor. Varius Deolida ſerpens. ¶ Et ex uetuſto exemplari & ex ſecundo Euſebii de preparatione Euangelica lib. aſſerui Deoida eliſa. l. littera eſſe ſcribendum. Quam emendationem a doctis uiris in ſuis operibus approbari uel eorum ſcriptorum: qui nuſq̃ inueniuntur. auctoritate nuper animaduerti.

¶ Gignis & Aloidas. Aries Biſaſpida fallis. Hũc uerſũ qdã corrĩpiũt ſe corrigere putãtes. Cẽſent. n. Aeoloidas eſſe legẽdum. nec aĩaduerterunt in uetuſtioribus libris citra illam & copulam. Gignis Aloidas. ſcriptum eſſe. ¶ Quo qdẽ mõ ſi legaĩ. nec ſyllaba claudicabit. nec hiſtoria q̃uis ex aliis nõdũ examuſſim pcepta repugnabit.

¶ Paſcere crudelis noſtro latona dolore. Paſcere ait: ſatiaq; meo tua pectora luctu.

¶ Corq; ferum ſatia dixit per funera ſeptem. Efferor. In uetuſto exemplari ſic deſcripti ſunt hi uerſus. pterq̃ q ſatura ſecundo in loco ſcriptum eſt. Corq; feræ ſatura. Quod ſi minus limati eſſe uidentur: meminerimus opus ab auctore ſuo non fuiſſe caſtigatum: eoq; nihil temere mutandum.

¶ Stabant cum ueſtibus atris.

¶ Ante toros fratrum. ¶ Quidam hunc quoq; locum deprauant putantes magis rogos q̃ toros eſſe legendum cum toros ita exigat ſenſus. ut rogos nullos prorſus modo agnoſcat. Nondum. n. rogi fuerant extructi: & unus omnibus ſatis eſſe poterat.

¶ Septimi libri.

¶ Ophias effugit natorum uulnera iambe. ¶ Combe legendum eſſe argumẽto ſunt uetuſta exemplaria: q̃uis ab eo qui metamorphoſin in græcam uertit linguam iambe legatur.

¶ Iſſe ſub Aſopidos quondã amplexus Aeginæ. ¶ Caſtigate legitur hic uerſus in antiquo exemplari hoc modo Iſſe ſub amplexus Aeginæ Aſopidos olim.

¶ Copula detrahitur canibus. quos illa frequentes.

¶ Effugit: & cœtum non ſegnior alite ludit. ¶ Alter hoɣ uerſum a quibuſdam corripitur. ne pauca notaſſe uideantur. Neq; .n. effudit. ut fingitur. ſed effugit legitur. Prior autem deprauatus nihil corrigitur. Nam ſequẽtes ut eſt uetuſto exemplari. non frequenter ſenſus expoſcit.

¶ Octaui libri.

¶ Actoridęq; parens. ¶ Niſi in uetuſto exemplari hoc modo eſſet ſcriptum facile eorum ſequerer opinionem. qui aiunt parens legendum eſſe: ut Menetius & Irus fratres intelligantur Actoris filii.

¶ Emicat ex oculis, Spira quoq; pectore flamma. ¶ Emendate in uetuſto codice non lux micat (ut quidã aiũt eſſe ſcriptum) ſed emicat, legitur & flamma: ut tam ex oculis q̃ ex ore flammam emiſiſſe aper uideatur.

¶ Nam de matre manus diri conſcia facti. Exegit pœnas acto per uiſcera ferro. ¶ Cum hi duo uerſus non in uetuſtis modo. ſed nouis quoq; exemplaribus rectiſſime legantur. neſcio quare moti quidam priorem fœdiſſime deprauantes immutarint hoc pacto. Nam mater manibus diri ſibi conſcia facti. Quis uero ſubiicitur uerſus nihilominus deprauatur.

¶ Contremuit gemitũq; dedit decidua quercus. ¶ Quibuſdã magis placet ut Dodonia. q̃ decidua legaĩ propter uerbi ut aiunt inſolẽtiã. Quaſi uero ut cædua ſilua eleganter dr: ſic decidua recte non cõponaĩ. Neq; tamẽ inficior in uetuſto codice non decidua, ſed de uulnere ſcriptum eſſe, Quæ lectio mihi maxime pbãda uidetur.



¶ Et pariter frondes pariter palleſcere glandes.

¶ Cœpere. & longi pallorem ducere rami. Audi nouitatis quidam alterum quoq; horũ uerſuũ recte & i nouis & in ueteribus libris ſcriptum inuertere nihil dubitant legentes. Et longi ſudore madeſcere rami. Quo nihil putidius mihi eſſe uidetur. i. puerile.

¶ Editus & medio ſonus eſt de robore talis. Cum in uetuſtis quoq; exemplaribus nõ ſolũ in nouis ita deſcribatur hic uerſus: ut nullo uitio inquinetur. uereor ne iſti de ſuis cerebris potius q̃ ueterib' libris depromãt: nõ correctiones: ſed corruptiones. Ita nanq; aiunt eſſe legẽdum: cum ſonus auditur medio de robore talis.

¶ Non tamẽ idcirco ferrum Dryopeius illa. Triopeius a Triopa Eriſichthõis patre legiĩ a quibuſdã: & ſi i uetuſtis quoq; exemplaribus Dryopeius recte ſcriptũ ſit. Quo quidẽ nomine & barbarus ſignificaĩ Erycthon & a religione alienus. Deniq; hoc loco Dryopeius ſic uocatur: ut paulopoſt Theſſalus appellatur.

¶ Noni libri.

¶ Dat munus raptæ uelut irritamen amoris. Adeo cupidi ſunt quidã mutationũ: ut q̃uis in hoc uerſu nihil mutet præterq̃ quod irritamen. per duplex. r. imperite ſcribunt: ſe tamen aliquid imutaſſe putẽt: dicentes, ſic meli' legi. Dat munus raptæ uelut irritamen amoris: ut amatorium deſignet.

¶ Excedam tectis: an ſic nihil amplius obſtem: Verſus hic ſenſa adeo candida perſpicuaq; cõplectitur: ut nihil imutatione indigere uideaĩ. Quidam tñ ipſum in deterius mutant legentes. Ac ſi nihil amplius optem.

¶ Fœmineuſq; dolor uulgata pellice teſtor. ex uetuſto exẽplari & nos p uulgata repoſuimus iugulata. & teſter.

¶ Decimi libri.

¶ Laberis Oebalide. Qui affectant. ut multa uidiſſe uideantur: in fœdiſſimos interim errores labi uel hic oſtãt. qđ qdam. ut oſtẽtẽt ſe Lucianũ legiſſe: aiunt & hic Oebadide: & apud Martialem Oebadius eſſe legendũ: qđ ex Luciani ſententia Oebades Hyacinthi fuerit pater. Quaſi ſecutus ſit Naſo Martialem: cuius aula nõdum erat nata. Sed tanti eſt iactitare uulgo ſe in alienis operibus multa notaſſe.

¶ At utinam. pro te uitam tecumq; liceret.

¶ Reddere quod quoniam fatali lege tenemur. Quod ante mutare nõ ſum auſus lecto exẽplari uetuſto nõ tenemur: ſed uetamur. monui eſſe legendum.

¶ Vſq; genu ueſtẽ rictu ſuccita Dianæ. Recte in antiquo codice ſcriptum eſt. Nuda genu. ita correximus.

¶ Vndecimi libri.

¶ Dumq; ubi ſunt digiti. dum pes ubi petit & ungues. Quærit etiam ſi uetuſtus codex nõ aſſipuletur: legẽdũ eſſe conſtat ne tribrachus in heroico uerſu quintam occupet ſedem: ſi petit legatur.

¶ Duodecimi libri.

¶ Neſcius aſſumptis priamus pater aeſacon alis: uiuere. Ne dubitandum quidẽ fuerat. Vtɣ aeſacon an aeſalon ſcripſerit Ouidius: cum & gręci & latini aeſacon legant. Quidã tñ hoc quoq; in dubium reuocant.

¶ Quæ mihi tunc primum. tunc eſt conſpecta uolucris. Labuntur & fœdiſſime quidẽ qui hũc uerſum aliter atq; eſt in uetuſtis quoq; exemplaribus ſcriptum legunt. Quæ mihi tunc primũ: tũc eſt conſpecta ſupremũ. Quaſi uero illã auẽ ſemel tantum Neſtor uiderit: & quod iſti aiũt cygnea in auem non ante uiſam mutatum fuiſſe: ex priore uerſus parte lucidiſſime nõ colligatur. Quod ſi iſta admitteretur deprauatio: ſibi ipſi Ouidius repugnaret. Id quod quæ ſubiicitur a poeta: ita declarãt: Cæneũ in aquilã fuiſſe conuerſum q̃uis id me alibi legiſſe non meminerim. Sed cui Ouidii. auctoritas ſatis non eſt: eum ualere ſinamus.

¶ Tertiidecimi libri.

¶ Expilatq; genis oculos. Qui putãt oĩno expellit eſſe legẽdũ hii mihi neq; ueteris ſcripturæ: neq; naturæ fœmineæ ullã habuiſſe rõnem uidẽtur. Nam & in antiqs codicibus expilat ſcriptum eſt. Quod quidẽ uerbum tam infirmitati fœmineæ cõuenit: q̃ illud. expellit. repugnat. Acub'. n. Hecuba polymeſtori oculos eruiſſe ferĩ. Quare expilat. ut fuit ab Ouidio ſcriptum: ita prorſus eſt legendum:

¶ E quibus imbriferos uerſa eſt pachinos ad hauſtros. Illud eſt uerbum librariorum ĩperitia trãſpoſitum quod in ſuum locum repoſuimus ut legatur. E quibus imbriferos eſt uerſa Pachinos ad hauſtros.

¶ Vt uix circumeant diſtentum cruribus uber. Sunt quibus uerior lectio uideatur. ſuſtineant. q̃ circumeant. Sed in hoc quoq; falluntur. Nam circumeant ita ſenſui quoq; cõuenit: ut & Ouidium ita ſcripſiſſe: nec aliter in fidelioribus exemplaribus legi contendamus.

¶ Quartidecimi libri.

¶ Naufragumq; fretum. ¶ In uocali aſcripta naufragum legendum eſt notius q̃ ut ſit admonendum.

¶ Quintidecimi libri.

¶ Sic exhortari: ſortemque euoluere fati ſeriem ex uetuſto codice repoſuimus. ¶ Quod uero quidam iactat ſe inſeruiſſe hunc uerſum. Hæſit in aduerſo grauis haſta minoris atride: liquido falſum eſt: cum in omnibus quæ ego uiderim: exemplaribus ſit deſcriptus.

¶ Flumina proſiliunt: aut excęcata reſidunt. ¶ Qui ex uetere ſcriptura (quæ aut nulla eſt. aut certe corrupta) legũt exiccata: non animaduertunt: ſe iis quæ a poeta inferuntur repugnare. Nam quę ſubiiciãtur flumina nequaquam exiccantur. cum iterum exilire dicantur.

¶ Indicii ne me metu magis offenſa ne repulſa.

¶ Arguit immeritumq; pater proiecit ab urbe. ¶ Quamuis in quibuſdam exemplaribus ſcriptum ſit. Indicii ne metu magis offenſa: ne repulſa.

¶ Damnauit: meritumq; nihil pater eiicit urbe: tamen cum idem ſenſus colligatur: utrocunq; modo legatur: nihil exiſtimaui eſſe immutandum. Cum utro modo ſcripſerit Ouidius per q̃ difficile ſit diuinatu: & utroq; modo forſitan ſcriptum reliquerit. Neq; enim opus emendauit.

¶ Finiat auſonię, certant adicere ſortes. In uetuſto exemplari meo addicere. ſcriptũ eſt p duplex d: ſicq; eẽ legẽdum potius q̃ quomõ quidã putant. Certãt ita dicere. ſortes: facile cõtenderim: ut loco ſuo copioſius expoſuim'.

## ℭAd Illuſtr. Mātuæ Pricipē Frāciſcū Gōzagā. Raphaelis Regii enarrationū ī Ouid. Metamorphoſin præfatio.

COgitāti mihi Iucūdiſſime Priceps: cui potiſſimū meas in Ouidii Metamorphoſin enarrationes dicarē:
tu in primis occurriſti: q̄ ſi quātuloc̄ūq; munere dign⁹ eē uidereris. Tātus eſt. n. cū aliarū uirtutū: tū ſin
gularis ac ꝓpe diuīæ liberalitatis tuę ſplēdor: ut ab oībus celebrari imortalitatiq; ꝯſecrari merearis.
Excellēti nāq; uirtuti ex ꝑhoꝝ oium ſnīa laus honor & gloria debetur. Tu uero nihil pulchri⁹ hono
rificētiuſq; eſſe exiſtimas q̄ diuitias & opes: qb⁹ ī dies magis magiſq; abūdas: ad magnificētiā benignitatēq; ꝯfer
re. Hic. n. & merito qdē fit: ut nō ſolū ſtrenuiſſimi qq; milites ad te certatim ꝯfugiāt: ſed cū alii italię priceps te co
lāt & admirētur: tū grauiſſimus ſapiētiſſimuſq; Venetoꝝ ſenat⁹ te ſibi quoc̄ūq; officii genere deuiciat: ī dieſq; ha
beat cariorē. Ex tāta nāq; liberalitate facile cognoſcit: eā tibi īgenitā eſſe aī magnitudinē: ut & alta expetas: ꝑclara ī
ſis geſturus: & uiā ad īmortalē gloriā affectes. Oēs ſiqdē īpatorię uirtutes in te ſic refulgēt: ut Scipioni illi maiori:
q quatuor & uigīti annos nat⁹ īpator aduerſus pœnos ī Hiſpaniā a ſenatu populoq; Romano fuerit miſſus: me
rito ſis cōparādus. Vt. n. corpis excellētē formā uereq; īpio dignā: & raꝝ in Pricipe robur omittamus. qs tuum: in
aſſiduis exercitationib⁹ laborē: ī piculis fortitudinē: ī ꝓuidēdo ꝯſiliū: ī agēdo induſtriā: ī cōficiendo celeritatē non
magnope admiretur. Tu nulla pluuia. nullis niuibus. nullo æſtu ab antelucanis uenationibus deterreris. Tu ſū
ma oibus ī reb⁹ tēperātia: ſide. iuſtitia eſſe: una oium uoce ꝑdicaris. Tu ſingulari facilitate: ſic aīos & ciuiū & mili
tū ad te amādū allicis: ut nō priceps: ſed par īfimis eē uidearis. Tu deniq; artis militaris ſciam ita ꝑ calluiſti: ut ꝑ
claris īpatoribus cū ab aliis oibus: tū Ioāne Frāciſco Paſcalico ſapiētiſſimo eloquētiſſimoq; ſenatore aſcribēd⁹ eſſe
cēſearis. Tāetſi aūt ꝓbe ſcio te maiorib⁹ diſtrīgi negociis: q̄ ut huic opi legēdo uacare poſſis: tū ſiqd ocii tibi unq̄ ſu
perit: cōplura in illo iuenies ſic enarrationib⁹ nr̄is illuſtrata: ut facile ꝑcipi poſſint q̄ tuū aium maximope delecta
būt. Nihil ē. n. q ad rei militaris pitiā gloriāq; ꝑtineat: cui⁹ illuſtria exēpla ī Ouidii metamorphoſi nō habeātur.
Nā clariſſima quoq; nō bella modo: uerū ēt ꝑlia. Vt ſtrategemata. Vt ducū colloq̄a ꝑtermittā. illo uerboꝝ lepore. illa
elegātia deſcribūtur: ut pleriſq; tibi iterlegēdū itereſſe uidearis. Iā ciuiliter uiuēdi rōnes: unī facilius ſumamus au
ctore iuenies neminē. Ex iis. n. q̄ ſtati ī opis initio de mūdi origīe. Gigātū aduerſus deos temeritate aliorūq; ipie
tate narrant: apte colligimus deū mūdi ipius opificē fabricatorēq; fuiſſe: ac eo ī primis colēdū atq; uenerādū. Eo
rū uero q deo aduerſant oia opa īania eē ac uana. Cōtraq; eos q pie iuſteq; uiuāt: ſic ubiq; tutos eē ut de ipſius au
xilio nūq̄ deſtituātur. Quid atq; lycaōis ī lupū trāſmutatio nobis aliud oſtat: q̄ teterrimis latrōib⁹ grauiſſima quę
q̄ adeo ſupplicia eſſe ꝑparata: Quid deucaliōis & Pyrrhę liberatio ab illo diluuio: quo totus terrarū orbis fert ī
undat⁹: nōne ſūmā ī pios iuſticiæq; ac religiōis cultores ꝑſe fert dei benigtitatē: Quid Daphnes ī lauꝝ ſp uiren
tē trāſfiguratiōe aliud nobis ſignificari putādū ē: quā Virginib⁹ pudoris ſui ſollicitā gerētib⁹ curā imortalē gloriā
eſſe ꝑparatā: Quid phæthōtis caſus nōne filios oēs admonet. ne unq̄ parētū cōſilia ꝑceptaq; ꝯtēnāt. Reliqua ue
ro nō min⁹ lepide q̄ utiliter de uirtutū uitiorūq; exēplis deſcripta nōne ꝯtētioſis ꝑhoꝝ diſputationib⁹ humanæ ui
tæ cōmodiora ſūt iudicāda: Iā ꝑclara Heroū geſta ꝯcine elegāterq; in hoc pulcherrimo opeꝝ enarrata: nonne ſis
pricipib⁹: q de humano genere bene mereātur imortalē gloriā ꝓpoſitā eē teſtātur: Quis porro uir. magnanimus.
ad magna gerēda nō excitet: q legat cū alios heroas: q plures ſūt qdē: q̄ ut obiter poſſint numerari: tū hercolē illū
nō mō eminētiſſimi cuiuſq; poetæ carminib⁹ celebratū: ſed ī deoꝝ quoq; numerum publico oium cōſenſu fuiſſe
trāſlatū: Quis artē militarē ad cui⁹ gloriā te natū eē ī dies magis magiſq; re ipſa declaras: nō amplectat: q priſcoꝝ
impatoꝝ uirtutē & triūphos ab Ouidio lepidiſſime decātatos recognoſcat: Sed qd de metamorphoſi multa: Exē
plar mihi ut ſemel dicā: toti⁹ hūanæ & ciuilis uitæ eē uidet. Adeo plane. adeo copioſe q̄cūq; nō eruditū mō. uerū
dicēdi quoq; & agēdi pitū efficere poſſunt: a facūdiſſimo poeta explicātur. Nec iniuria greci quāuis ſe oibus aliis
nationibus diſciplinas tradidiſſe: ac nulli⁹ ipſi auxilio ꝓrſus idigere uideri uelit: hoc tū opus ꝑp maximā rerū co
gnitu pulcherrimaꝝ copiā e nr̄a ligua in ſuā oī ſtudio iterꝑtandū uertēdūq; curarūt: ut ꝑ q̄ mirādū ſit hacte nus
in tāta ſcriptoꝝ turba citra ullā accuratā expoſitionē apud nr̄os ita tacuiſſe: ut a paucis admodū ꝑlegeretur: cū pręſ
ſertim & uariā pleriſq; in locis expoſcat eruditionē: & in primis adoleſcētibus laudataꝝ artiū ſtudio deſtinatis ſit
ꝑlegēdū. Nō ſolū. n. ueteres hyſtoriæ q̄ ꝑp antiq̄tatē fabulaꝝ loco habētur: ex uetuſtiſſimis auctorib⁹ collectę ele
gāter ab Ouidio deſcribuntur: ſed ita & geographiæ & aſtrologiæ & muſicæ & artis oratoriæ & moralis natura
liſq; phiæ rō exprimitur: ut cui Oui. metamorphoſis bene ꝑcepta ſit: facillimū ad oēs diſciplinas aditū habiturus:
neq; difficultatis qc̄q̄ in ullo fere poeticoꝝ operū iuēturus eē uideatur. Quicqd. n. ꝑclari Muſæus. Orpheus. Li
nus. Homerus. Tyrtęus. Heſiodus. Panyſus. Antimachus. Aratus. Piſandros. Nicāder. Euphorion. Theocritus
apollonius q argonautica ſcripſit. Callimachus. Philetas. Mimermus. Pīdarus. Steſichorus. Alcæus. Simonides.
Ibycus. Bacchylides. Anacreō. Alcmā. Sappho. Corynna. Archiloch⁹. Ananias. Hipponax. Ariō. Teſpis. Phry
nic⁹. Aeſchylus. Sophocles. Euripides. Iō. Ache⁹. Cratin⁹. Eupolis. Phærecrates. Ariſtophanes. Menander. Phi
lemō. Philiſtiō. Pherecydes. Herodotus. Diod. Aliiq; priſci & poetæ & hyſtorici literaꝝ monumētis cōmēdarūt:
id oē Oui. in ſuā metamorphoſin trāſtuliſſe uidet. Quare & morib⁹ adoleſcētū: & ſtudiis recti⁹ ꝯſuluiſſent: q uer
boſas nuꝑ ī opa q̄dā laſciuiora: q̄ ut pueris ſint exponēda ꝑceptuq; facillima: cōmētationes certatim emiſerunt: ſi
metamorphoſin ſuſcepiſſent enarrādā. cū ꝑſertim uel elegię in qb⁹ amores deſcribūtur. nedū poemata ī qbus tur
pia dictu affectātur. ex Quītiliani ſnīa minime ſint pueris ꝑlegēdæ: ne tenellæ adhuc mētes illo ingnētur affectu
q diſciplinaꝝ ſtudiis maxim⁹ hoſtis a ſapiētiſſimo quoq; phīo eē iudicatur. Ac ne qs me temere ab iſta oium fere
ętatis nr̄ę grāmaticoꝝ ꝑſuaſiōe diſſentire miretur: libet Quītiliani ipſius de iis q̄ pueris ſūt ꝑlegēda: ad uerbū de
ſcribere ꝑceptū. Cętera inqt admonitione magna egent: in primis ut tenerę mentes tracturęq; altius quicquid ru
dibus & oium ignaris īſederit: nō mō quę diſerta: ſed uel magis q̄ honeſta ſunt: diſcant. Ideoq; optime īſtitutum
eſt: ut ab Homero atq; Virgilio lectio inciperet: q̄q̄ ad intelligendas eoꝝ uirtutes firmiori iudicio opus eſſet. Sed
huic rei ſupeſt tēpus. Nec. n. ſemel legētur. Interim & ſublimitate heroici carminis animus aſſurgat: & ex magnitu
dine reꝝ ſpiritum ducat: & optimis imbuatur. Vtiles tragœdię aliūt & lyrici: ſi tamē in his nō auctores modo: ſed
ēt partes operis elegeris. Nā & græci licēter multa: & Horatium in quibuſdā nolim interpretari. Elegia uero utiq̄
amat: & hēdecaſyllaba & qbus ſunt cōmota ſotadeorum: nā de ſodateis ne admonendū quidē eſt. Amoueātur ſi
fieri

fieri pōt: ſin minus ad firmius ætatis robur reſeruent. Hæc Quītilianus: ex qbus facile colligit eos adoleſcētū & ſtu
diis & moribus plurimū obeſſe: q ea q̄ nec pueris ſunt ꝑlegēda. nec ulla idigēt enarratiōe. ita expoſuit: ut īfantib⁹
cibos: nutricū more: māſare uelle uideātur: ꝑinde atq; ſi pueris diſcētibus & nō pueros docētibus iſtiuſmodi com
mēta ſcriberētur. Quod ſi ulla libroꝝ penuria laboreretur: ſtudioſis iuuenibus uelle cōſulere uideri poſſent. Nunc
aūt in tāta fertilitate: qd opus ē illa ī auctoꝝ marginib⁹ iculcare: q̄ unuſq̄ſq; uel ultra primas literas ꝓgreſſus de uno
libro in aliū facile trāſcribere poſſit: Huc accedit: qd iſta ambitiōe plurima ꝯgerēdi fere officii ſui cōmentatores iſti.
ut ego quoq; hoc uerbo utar: obliuiſcūtur: ut pleraq; obſcuriora auctoꝝ ſenſa: id qd ī primis aliqd exponere uolēti
eſt neceſſariū: nequaq̄ enodētur: & qd turpiſſimū ē: loca deprauata: nō ſolū nō corrigātur: ſed ut ſunt corrupta: & le
gātur: & exponātur: cū grāmatici uel primū ſit officiū: emēdare legere: & q̄ difficiliora uideātur: ita exponere. ut facile
percipi poſſint. Nūc iſtis ſuis ineptiis oia cōfundentes: dū cōmēta ſua nihil nō uulgare oibuſq; literatoribus tritū ac
penitus ſuperuacuū cōtinentia accuratis præſtātium grāmaticoꝝ enarrationibus inſerātur ac potius anteferātur: to
tiq; libroꝝ margines nauibus nugis impleātur: pulchre ſibi expoſitoris officio functi eſſe uidētur: cum & q̄ alias per
ſpicua ſunt uerborū multitudine obſcurētur: & quæ difficultatis aliqd preſe feruntant puerſe exponātur: at ſilentio
inuoluātur. Quod ſi qd illoꝝ opeꝝ quæ nōdū a quoquam fuerunt enarrata iſti. Nominibus parco uiuentium: ſuſci
perent exponēdū: neq; ſua laude fraudādi forēt: & quātū iudicio doctrinaq; ualeāt: facile poſſent oſtētare. Nūc uero
in tāta libroꝝ copia iis dūtaxat: q ab aliis recte eleganterq; illuſtrata fuerunt: uulgaria q̄dam adiicientes quid aliud
aſſequūtur: q̄ quod ſe nō imperitos modo: ſed uanos quoq; ac futiles aperte ꝓfitētur: & dū iperitis eruditi uideri uo
lūt (ut Quīti. uerbis utar) impiti docti uidētur. Ego uero ab iſtoꝝ ambitiōe lōge alienus pauca ad modū quę neceſ
ſaria uidebātur in metamorphoſeos expōnem deduxi. in primiſq; illud curaui: ut cōplura loca: quæ falſorum corre
ctoꝝ temeritate fuerant deprauata corrigerētur: & quæ inepuaꝝ cuiuſdā peſſime de tā egregio opere meriti inter
poſitione inſulſiſſime fuerant ſeparata, conecterētur: itaq; oia diſponerētur. ut reddita ſibi eſſe metamorphoſis ipſa
uideatur. Neq; diutius in uariis ſcriptoꝝ opīonibus receſendis ſum imoratus: ubi ꝑſertim poetā ſicubi addictū eſſe
aīaduerti: ut ne ad alias qdā alludat. Si nāq; oia q̄cūq; de ioue: Baccho: Hercule: Theſeo: aliiſq; & diis & heroibus
antiq̄s ſcribūtur: ꝑſeq libuiſſet: finiꝝ operi inuētus nō fuiſſet. Neq; inficias eo nōnulla ab Ouidio attingi q̄ mihi igno
ta eſſe nihil pudet: iter exponēdū fuiſſe ꝓfeſſum: cū priſcarū fabulaꝝ aliqd ignorare iter uirtutes grāmatici a Fabio
habeatur: & de iis ſcriptoribus ꝑpauci admodū extēt: quod Ouidius ſectatus eē uidetur: ut mihi uenia facile danda
ſit: ſi q̄dā ienarrata relīq. Vt. n. nihil aliud ſtudiis ꝓfuerim: illud certe effeci: ut multi: q̄ a me fuerūt ꝑtermiſſa omni
ſtudio ſint inq̄ſituri: & cōmētationes ſuas q̄ decē iā annos uel epiſtolis iactatæ expetātur: tādē meis enarrationibus
plectis ſint edituri. Quod. n. hactenus nemo in Ouidii metamorphoſin quicq̄ expōnis emiſit: ignotę quædā fabulę
in cauſa fuiſſe uidētur: quas qdē ut pulchrū eēt nō ignoraſſe: ſic ꝓpter illa tā egregiū opus adoleſcētibus eloquentiæ
ſtudio deſtinatis nō ꝑlegere indignū eē uidebatur. Quāobrē tātum eſt: ut me huiuſce lucubrationis pœniteat: ut ēt
maxime lætēr Ouidii metamorphoſin poeticoꝝ opeꝝ lumen: hactenus fere neglectā: mea potiſſimuꝫ opa ſic fuiſſe
illuſtratā ut a mediocriter doctis ꝑcipi & ab optimis qbuſq; ingentis una cum nōie tuo celebrari poſſit. Sed ne mo
dū excedat epiſtola: iam poetæ uitam & quę quoq; libro metamorphoſeis cōtineātur exponamus: quo facilius quæ
quis cognoſcere cupiet citra longę inquiſitionis laborem inueniātur. Vale rariſſimum ſęculi noſtri liberalitatis exē
plum. Venetiis Nonis Septembris. M. cccclxxxxiii.

PVblius Ouidius Naſo Sulmoni (q̄ urbs eſt in pelignis ut ipſe quoq; ſcribit) ex equeſtri Naſonuꝫ familia
Mineruę Quinquatris natus eſt. xiiii. kalēdas Apriles. Hircio & Panſa cōſulibus: qui bello Antoniano
apud Mutinā in pugna ceciderūt. Cuꝫ fratre natu maiore clariſſimis & grāmaticis & rhetoribus Romæ
operā dedit: at ut patri magis obtēperaret: q̄ qd illo ſtudio delectaret. legibus qdem incūbere cœpit: ſed
cū patre uita functus eſſet: ad humaniores muſas rediit: celeberrimoſq; illorū tempoꝝ poetas ſibi con
ciliauit Aemiliū Macrum Veronēſem: q de herbis diligētiſſime ſcripſit: Ponticū q Thebaida compoſuit. Propriū ele
giarū: Baſſum iāboꝝ ſcriptorē: & Horatiū Flaccū. Vxores tris duxit: quaꝝ duas repudiauit cū tertia coniunctiſſime
uixit: ex qua duas ēt filias ſuſcepit. Cū uero ad Iuliā Auguſti filiā ſub corynne nōie laſciuas de amorib⁹ elegias ſcrip
ſiſſe deprehenſus foret: in exilium annos quinquaginta natus ab auguſto ipſo fuit electus: in pōtoq; relegatus. Vbi
cū noue annos triſtiſſime exegiſſet uita functus. Tomis (ut Euſebius in chronicis ſcribit) fuit ſepultus. Tāetſi auteꝫ
& ipſe alia quędā iactat: egēdi criminis gratia: & pleriq; aliter putant: illā tamen quā dixi: fuiſſe exilii cauſam ex his
Sidonii poetę lepidiſſimis uerſibus aperte demonſtratur.

Et te carmina per libidinoſa　　Notum Naſo tenet Tomoſq; miſſum.
Quondam ceſareę nimis puellæ　　Falſo nomine ſubditum Corynnę.

ℭMulta nobis fœcūditatis ingenii ſui monumēta reliquit partim in exilio: partim Romę conſcripta. Nā in exilio &
de Triſtibus. & de pōto. & in Ibin. & de morte Druſi ad Liuiā cōſolationē: & duodeciꝫ faſtoꝝ libros: quoꝝ ſex tā
tū extāt: q̄q̄ nuper oēs inuenti ferātur: & Germanici triūphum cōpoſuit. De piſcibus opuſculū inchoatū reliquit. An
te uero quā exularet. iā artem amādi emiſerat. Amoris remediū ſuos amores ad Corynnā amatorias Heroidū epi
ſtolas. Medeā tragœdiā. Quę ut ſcribit Fabius Quintilianus: oſtēdere uidetur: quātum uir ille præſtare potuerit: ſi
ingenio ſuo tēperare q̄ indulgere maluiſſet. Metamorphoſin: quam ſubita relegatione ꝑturbatus emendare non po
tuit: id quod ipſe his carminibus perſpicue teſtatum reliquit.

Orba parente ſuo quicunq; uolumina tangis.　　His ſaltem ueſtra detur in urbe locus.
Quoq; magis faueas: non ſunt hęc edita ab illo.　　Sed quaſi de domini funere rapta ſui
Quicquid in his igitur uitii rude carmen habebit.　　Emendaturus: ſi licuiſſet: eram.

Metamorphoſis aūt: ut aliqd de operis quoq; iſcriptiōe dicamus: trāſformatio trāſfiguratioq; interꝑtari pōt. Quā
uis. n. & alia cognitu ꝑ q̄ iucūda hoc in opere narrētur: illō tamē oīa tēdūt: ut quæcūq; metamorphoſeis explicātur:
cōdīne: apteq; copulētur. Carmine aūt Heroico metamorphoſin eſſe cōſcriptā: ac in qndeci uolumina diſtinctā cū
notius ſit: q̄ ut ulla idigeat admonitiōe: qd quoq; libro cōtineat ſubiiciemus: ſi prius illud teſtati fuerim⁹. Ouidiū in
Heroicis id qd notat Quīti. idcirco laſciuiorē fuiſſe: q̄ ut illius carmis grauitati cōueniat: q uarios amores: qbus ple
ręq; metamorphoſeon fuerūt factæ: illū ſic deſcribere oportuit: ut quāta ſit uis illius affectus aperte oſtēderetur.

## ¶ Index eorum quæ quoq; in libro metamorphoſeos Ouidii continentur


¶ Libri primi metamorphoſeis.
Chaos in q̄tuor elemēta.
Cœlum & terram quinq; diſtingui zonis.
Quatuor uētorum regiones
Hominis origo.
Quatuor ętatū deſcriptio.
Gigantum ſanguis in homines crudeles.
Lycaon in lupum.
Lactei circuli deſcriptio.
Iouis oratio.
Diluuii deſcriptio.
Lapides in homines.
Terra ī uarias animaliū figuras.
Pythonis ſerpētis cædes.
Pythia ludi.
Cupidis ſagittarum d̄ſcrip.
Daphne in laurum.
Tempe deſcriptio.
Io in uaccam.
Argi oculi ī caudā pauōis
Syrinx nympha ī calamū
Io uacca ī humanā formā
Phaetō, epaphiq; cōtētio.
¶ Secūdi libri metamorphoſeis.
Regię ſolis deſcriptio.
Quatuor anni partes.
Solis currus deſcriptio.
Equorum ſolis nomina.
Terræ incendium.
Telluris querelę.
Phætontis caſus.
Heliades in populos.
Cygnꝰ rex lygurum ī olorē.
Caliſto lycaōis filia ī urſā
Arcas cum Caliſto matre in ſidera.
Coruus ex cādido niger.
Coronis in cornicem.
Erichthōiꝰ ſine m̄re natꝰ
Nictimene in noctuam.
Ocyroe chironis filia ī eq̄.
Apollo in paſtorem.
Battus in lapidem indicē.
Agraulos cecropis filia in ſaxum.
Inuidię domꝰ deſcriptio
Inuidię efficio
Iuppiter in taurum.
Europa ex phœnicia in cretam auecta.
¶ Tertii libri metamorphoſeis.
Draconis dentes in uiros armatos.
Cadmꝰ Bœotiæ cōditor.
Actæon in ceruum.
Bacchꝰ ex ſemele cadmi (filia
Iuno in anum.
Bacchi educatio.
Tireſias in fœminam.
Tireſias in marem
Narciſſus in florem
Echo in uocem
Tyrrhēi nautę ī delphi.
Bacchus in puerum
Penthei diſcerptio
¶ Quarti lib. metamor.
Bacchi nomina
Dercetis babilōia ī piſcē
Semiramis in columbā
Nais in piſcem.
mora ex albis nigra pyrāi & thiſbes ſāguie effecta.
ueneris cū marte adulteri
leucothoe ī thuris arborē
Clytie ī Heliotro. herbā
Daphnis idęus in ſaxū.
Scython in fœminam.
Celmꝰ puer in adamātē.
crocos cū ſmilace ī flores.
Salmacidis fōtis natura.
Hermaphroditꝰ cū ſalmacide nympha copulatꝰ
Mineides ī ueſptiliões.
Ino athemātis uxor ī deā
Viæ ad iferos deſcriptio
Iuno ad inferos.
Melicerta in deū marinū
Cōites inꝰ ī ſaxa & aues
Cadmꝰ cū uxore ī āguē.
Iuppiter in aurum.
Perſei geſta.
Guttę ſāguinis Meduſæ capitis ſerpentes
atlas in montem.
andrōeda ceto expoſita.
Virgulta in coralia.
Andrōedę pſeiq; nuptię
Pegaſus equꝰ alatꝰ e ſanguine meduſę.
Meduſę capilli ī ſpētes.
¶ Quinti lib. metamorphoſeis.
Cephenei perſeum oppugnantes in ſaxa.
Cephenum tumultus deſcriptio.
Phineꝰ Cephei frater in tuam.
Prœtheus in lapidem.
Polydectes in ſaxum.
Hippocrenes fōtis d̄ſcri.
Pyrenei ſacrilegium.
Muſæ in aues.
Pierides in picas.
Gigāto machię d̄ſcriptio
Iuppiter in arietem
Apollo in coruum
Bacchus in caprum
Diana in felem.
Iuno in uaccam.
Venus in piſcem.
Mercurius in Ibin.
Cereris laudes.
Proſerpinæ raptus.
Pergusæ lacꝰ deſcriptio.
Cyāe nympha ī ſtagnū.
Puer temerariꝰ ī ſtellionē
arethuſa nympha ī fōtē.
aſcalaphus in bubonem.
Sirenes in aues.
Lyncꝰ rex Scytharum in lynca feram
¶ Sexti libri metamorphoſeis.
arachne in araneam.
arachnes cū pallade certamen
Pallas in uetulam.
Telarum palladis aracnesq; deſcriptio.
Hēus & rodope ī mōtes
Pygmæa in gruem.
Antigone in Ciconiam.
Cynaræ filiæ in ſaxa.
Iuppiter in taurum.
Iuppiter in aquilam
Iuppiter in Cygnum.
Iuppiter in Satyrum.
Iuppiter in āphytrionē.
Iuppiter in aurum.
Iuppiter in ignem.
Iuppiter in paſtorem.
Iuppiter in ſerpentem
Neptunus in iuuencum.
Neptu. in Enipeū fluuiū
Neptunus in arietem
Neptunus in equū.
Neptunus in delphinem
apollo in paſtorem
apollo in accipitrem
apollo in leonem.
Bacchus in uuam.
Saturnus in equum
Niobe in marmor.
Niobes filiorum mors.
amphionis exitus.
Lycii ruſtici in ranas
Marſias in fluuium
Eburneus pelopis humerꝰ
Tereus in upupam
Progne in hirundinem.
Philomela in luſciniam.
Orythyæ raptus
Zetes & calais alati
¶ Septimi lib. metamorphoſeis.
Draconis dentes ī homines armatos
Iaſōis ī colcos expeditio
Phinei calamitas
Medeæ amores.
Tauri ignem efflantes.
Peruigilis Dracōis ſopor
aeſon ex ſene iuuenis
aridꝰ oliuę rāus ī uiridē.
Guttæ aquę in flores.
Nutrices bacchi ex uetulis iuuenes.
aries ſenio cōfectꝰ ī agnū.
Peliæ cædes.
Cerambus in auem.
Draco in ſaxum.
Iuuencus in ceruum.
Coæ mulieres cornutę
telchines uiſu oia mutātes
Hyries filius ī Cygnum
Hyrie in lacum.
Combe in auem
Fungi in homines
Phineus in auem.
Periphas in auem
Polyphemōis filiā ī auē.
Medea ad aegeum.
Cerberi ſpuma ī acōitū.
Theſei geſta.
Scirōis latrōis Oſſa ī ſcopulos.
Minois bellū ī athēienſes.
Sithonis in Monedulā.
aegina inſula q̄ cœnos.
æaci filii.
Formicæ in homines.
Peſtis deſcriptio.
Cephalus Pocris maritꝰ in aliam figuram.
Vulpes & canis in ſaxa.
Pocris mors
¶ Libri octaui metamorphoſeis.
Niſus in halyetum auem
Scylla in Cirin auem.
Muri uocales.
Labyriti cretēſis deſcri.
ariadnæ corona in ſidꝰ.
Dędali uolatus
Talꝰ puer ſerrę circiniq; inuentor in perdicem
Dædalus ad cocalum
apri calydonii deſcriptio
atalantæ forma. (cæſi
altheæ frēs a meleagro
Stipes ī quo meleagri (uita
Meleagri mors.
Meleagri ſorores ī aues meleagridas.
naiades ī echiadas iſulas
Perimele nympha ī iſulā
Oppidū in ſtagnum.
Iuppiter cū Mercurio in homines.
Caſa in templum
Philemon cum baucide uxore in arbores
Proteus ī uarias formas.
Metra eriſichthōis filia ī uarias figuras.
Eriſichthonis impietas.
Famis patria.
Famis deſcriptio.
Fœdꝰ Eriſichthōis exitꝰ

Achelous

Acheloꝰ ī uarias figuras.
¶ Noni libri metamorphoſeis.
Acheloi herculiſq; lucta.
achelous in anguem.
achelous in taurum.
Copiæ cornu.
Neſſi centauri cędes.
Tunica a Deiāira ad herculem miſſa.
Herculis labores.
Lichas in ſcopulum.
Herculis in deum.
Galantis in muſtellam.
Dryope in arborem.
Lotos nympha ī arborē.
Iolaus ſenex in iuuenem
Callirhoes pueri in iuue (nes
Deos quoq; fatis obnoxios eſſe.
Miletꝰ mil. urbis cōditor.
Byblis miletis filia ī fōtē
Caunꝰ Byblidos frater cauni urbis conditor.
Iphis puella in marem.
¶ Decimi libri metamorphoſeis. (ptiæ
Orphei euridiceſq; nu
Orphei ad iferos deſcēſꝰ
Atys in pinum.
Cypariſſus ī cupreſſum
Orphei carmen.
Iuppiter in aquilam.
Hyacynthus puer ī florē
Hyacinthia feſta.
Propetides in ſaxa.
Ceraſtæ in tauros.
Statua eburnea ī uirginē
Myrrha Cinirę filia ī ar (bo.
adonis in florem.
Hippomenes in leonem
atalanta in leænam.
Mynte nympha ī mentā
¶ Vndecimi libri metamorphoſeis.
Serpens in ſaxum.
Orphei cædes.
Bacchæ thracię ī arbores
Midæ ſtoliditas.
Cōtacta a mida in aurum.
Harena pactoli in aurū.
Midæ aures ī aſininas.
Cannæ uocales.
apollo cū Neptu. ī hoies.
Heſionæ laomedontis filiæ liberatio.
Thetis ī uarias formas.
Ceyx in auem.
Dædalion in accipitrem.
Lupus in ſaxum.
Halcyone in auem.
Somni domꝰ deſcriptio.
Dei ſomni efficio.
Morpheus in homines.
Phobetor in aīalia bruta
Phanthaſos in ianimata.
Morpheus in ceycem
aeſacus in mergum.
¶ Duodecimi lib. metamorphoſeis.
Serpens in ſaxum.
Iphigenia agamemnōis filia in ceruam.
Famæ domꝰ deſcriptio.
Protheſilai cędes
Cygnus puer in auem.
Cęneus in auem
Cęnis puella in marem.
Pirithoi & Hippodamię nuptię.
Lapitharum Cētauroruq; prælium.
Periclymenꝰ Nelei filius in uarias figuras
achillis mors.
¶ Tertiidecimi libri metamorphoſeis.
aiax in hyacīthū florem.
armorum achillis iudicium
aiacis oratio.
artificioſiſſima Vly. (orō.
Hecuba in canē.
Polydori cædes.
Polyxene imolatio.
Polymeſtoris thraciæ regis excęcatio.
Mēnonis cineres in aues
aeneæ in latium nauigatio
anii filiæ oīa ſuo tactu in frumentū: uinū: oleum conuertentes in columbas.
Duo iuuenes ex rogi fauilla.
Iudex in ſaxum.
Siciliæ deſcriptio.
Scylla in monſtrum.
acis in fluuium.
Polyphemi cantilena.
Glaucus in deū marinū.
¶ Quartidecimi lib. metamorphoſeos.
Scyllæ inguina in canes.
Cercopes in ſimias
Sybilla in uocem
Socii Vlyſſis ī porcos.
Socii Vlyſſis in priſtinā formam.
Picus in auem.
Pici comites in feras.
canēs pici uxor loci nom̄
Diomedis ſocii in aues.
apulus paſtor in oleaſtrum
aeneę naues ī nymphas.
Nauis in ſcopulum.
ardea in auem
aeneas in deū indigetem
albani reges.
Vertūnꝰ ī uarias figuras.
Vertumnus in uetulam.
Vnaxarete puella ī ſaxū.
urbis Romę conditores.
aquæ frigidę in calidas.
Romulus in deum
Herſilia Romuli uxor in deam horam.
¶ Quintidecimi lib. metamorphoſeis.
Calculi albi in nigros.
Numa ad pythagoram
Pythagoræ dogmata.
Pythagorę ſermo.
Pythagorę metēpſicoſis.
Pythagoras ī euphorbū.
Omnium rerum uiciſſitudinem eſſe.
annus ī quatuor partes.
Quatuor hoīs ætates.
Sperma hoīs in hoiem.
Ex quatuor elemētis oīa fieri.
Omnia ī quatuor elemēta reſolui.
Terra in mare.
Mare in terram.
Mira lycii flumīs natura
Eraſinus fluuius.
Caycus fluuius.
amaſenus fluuius.
anigrus fluuius.
Hypanis fluuius.
Inſulę in continentem.
Ex continenti inſulæ.
Helice Buraq; urbes ſubmerſę.
Ex planicie montes
Mira aquarum natura.
Crathis & ſybaris fluuii
Salmacidis fōtis natura.
aethiopiæ lacus.
Clitorii fluuii natura.
Lynceſtus fluuius.
arcadiæ lacus.
Ortygia inſula ex mobili immobilis.
Symplegades inſulę oli inſtabiles.
aetnæ montis incēdium.
Homines in aues.
Scythicę mulieres ī aues
apes ex uitulis.
Crabrones ex equis.
Scorpius ex cancro
tineę agreſtes ī papiliões
Limus in ranas.
Informis caro in urſum.
apes ſine pedibus.
aues ex Oui medio
Hominis ſpinę medulla in anguem.
Phœnix ex ſeipſo.
Hyenam ferā mō marē modo fœminam eſſe.
Mira chamæleonis nā.
Lyncuriū ex lyncū urina
Coraliū ex molli durum.
Gentium uiciſſitudines.
Troiæ ruina.
Sparta.
Mycenę.
Athenæ.
Thebæ.
Romæ origo.
Hominem ex aīa & corpore conſtare.
Numæ regnum.
Hippolytus in uirbium.
Egeria numę uxor ī fōtē
Gleba in puerum.
Haſta romuli ī arborem.
Cippo cornua
aeſculapius in anguem.
aeſculapiꝰ roma aduectꝰ
Iulius cæſar in cometen.
auguſti laudes
Metamorphoſeos cōmēdatio.

℄A.ante.B.
abantes 58.160
abantis 58
abigere 37
abigei 37
abominari 110
abolere 170
℄A.ante.C.
acaſtus 125
acanthus 145
a carnib⁹ abſtinendū 160
acer 56.113
acerbæ menſæ 113
achelous in anguē 103
achelous in taurū 103
achillis mors 136
achelous in tres figuras 101
acheia 46.57
achemenii 52
achei 57
achelous 68.98
acheruſa 85
achilles 131
achemenides 150
accipiter 124
acis 147
acis in fluuium 147
aconitum 10.85
accolę ſyrtium 85
aconitum unde 85
acriſius 44.57
acriſii duo 138
actea 35
acte 37
actęon 41
actæon in ceruum 42
actutum 47
actorides 140
actiacum 145
℄A.ante.D.
adamas 55.81
adigere 61
addicere 167
adolere 22
adoleſcere 54
adonis 118
adonia 120
adonis in florē 120
adulterium Veneris cum Marte 52
℄A.ante.E.&.F.
aeacus 86
aeas 24
aeæa 52
aedones 121
aeetioniæ Thebę 131
aegeus 85
aegina 71
aegeon 27.128
aegis 37.60.
aegeria numę uxor 164
aegeria in fontem 165
aello 42
aemonia 23.35.64.101
aemus 30
aeneas ad inferos 150
aeolus 18.58.167
aeolię inſulæ 18
aeolus rex uentorū 151
aequor 39
aerea ętas 9
aeripes 81
aeris deſcriptio 24
aeſtus 4
aeſymnetes 15
aeſculanius 36.166
aeſculus 96.113
aeſacus 129
aeſacus in mergum 129
aeſar 159
aeſculapi⁹ in ſerpētē 167
aeſculapii origo 36
aeſon ex decrepito iuuenis 83
aether 5
aethiopes 27.30
aetna 30.65.163
aetias 180
aethalides 160
aetates quatuor 161
aetates mutari 161
aetheris deſcriptio 5
affectare 10
affectas 28
℄A.ante.G.&.I.
aganippe 64
agenor 39
agger 105
ager damaſcenus 119
agere reum: & peragere reum 159
agitabilis 5
agi 65
aglados 42
aglauros in ſaxum 138
agmon in auem 154
agre 42
aiax oilei 154
aiax in hyacinthum 141
A.ante.L.
albula 152
alba longa 155
alce 42
alcathoe 86.91
alcathous 86
alcmena 102
alcon 45
alcinous 155
alga 149
alipes 60
alipedes 28
alma tellus 31
almo 152
almus 161
alnus 146
aloide 72
alpes 30
alpheus 31.68
alpheias 67
alternari 164
alludere & arridere 39
alumnus 55
aluus & uenter 57.161
alueus 99
alyxothoe 129
℄A.ante.M.
amaſenus fluuius 162
amalthea 47
amathus 115.118
amathuſia 115
amazones 136
ambroſius 14
ambire 4
ambroſia 60.52.155
ambages 90
ambracia 145
ambracius ſinus 145
amentum 29.133
amnis 18
amor 45
amoris gradus 50
amphitrite 2
amphriſus 24
amphytrion 71
amphion 72
amphionis lyra 73
amphytides mopſus 96
amphiaraus 107
amphiſſa 164
amyntor 134
amynone 30
amycle 95
amycleum 95
amyclas 114
℄A.ante.N.&.O.
anapus 66
an 68.69
anaphe 86
anchora 18
anchorarii funes 18
ancæus 96
ancon 168
andromedæ nuptię 60
andros 87.144
andromedę liberatio 59
anguipedes 13
anguis ex hois ſpina 163
anguis in ſaxum 121
anhelatus 81
anhelare 81
animātium origo 21
animare 10
anima 51
animoſa 73
anius 144. ... anio 152
animæ immortalitas 160
anigrus fluuius 162
anima cęſaris i ſyd⁹ 170
anii filiaꝝ tactu omnia in fruges mutari 145
anii filię i columbas 145
antandrus 144
antennæ 47
anteros 22
antropon 6
antrū 9.24.40.43
antiopa 71
anthedon 83.148
antęus 104
anniſſa 162
antiphates 168
antion 168
antigone in ciconiam 71
anubis 111
annia 44.90
℄A.ante.P.&.Q.
appenninus 30
aper Calidoniu 95
aper arcadicus 104
apes ſine pedibus 163
aphareus 95
apidanus 24
apis 111
apocal. xix. 13
apollo 21
apollo comatus 23
apollinis querelę 32
apollo in paſtorem 37
apollo in coruū 65
apollinis metamor. 72
apollo & Neptunus in homines 123
apri calidonii 95
aqua 3
apte 110
aquilo 5.19.64
aquila dicit ales Iouis 13
aquila 22.54
aqlā fulmine non tāgi 141
℄A.ante.R.
aranea 72
araneus 72
ara 29
arachnes genus 70
arachnes cum pallade certamen 70
arachnes tela & uariæ louis metamor. 71
arbutus 7.113.147
arcticus 34
arctophylax 34
arcadiæ lacus 163
arctos 119.140
arcas 15
arcadia 15.25.34
archaiſmos 38.91





arceſilaus 84
ardea in auem 155
arator primus 9
arethuſa in fontem 69
arethuſa 66.67.68
arethuſæ multæ 67
arge 26
argos 76 argus 25
argi oculi in caudam pauonis 26
ariſtoteles 5
ariſta 7
ariſtæ 22.119
ariopagus 74
ariadnæ corona 93
aries 126
aricia 165
aridus oliuæ ramus reuireſcit 83
aries in agnum 84
ariadnę corona i ſyd⁹ 94
arma & humeri 26
armentum 22.24
armiger 69
arteriæ & uenæ 74
arundo 96
aruſpices. 160. arx. 3
℄A.ante.S.
aſbolus 42
aſcanius 155
aſcalaph⁹ in bubonē 68
aſſimulare 60
aſia 143
aſopus 88
aſpirare
aſtræi 154
aſtræa 10
aſterie 71
aſtypalęa 86
aſtyanax 142
aſſyria 161
℄A.ante.T.
atalantai 95.118
atalanta in leænam 120
athamania 162
athamanes 162
athamas 55.80
athos 30
athenæ 38
athenarum nomina 69
atlas in montem 58
atlas 31
atlantes 58
attica 19
atropos 97
atrax 132
atrei fabula 164
atys in pinus 113
℄A.ante.V.&.X.
auaritia 9.10
auctor 44
auerrois 5
auerſari 116
auentinus 155
aues ex oui medio 163
auena 25
auguſtinus 2.7.8.10.11
auguſtum 71.105
augeas 104
auguror & auguro 112
auguſti cæſaris geſta 169
aulæa 41
aulis 130.139
aurea ætas 6
aura 7
auri inuentor 10
aureum 60
auratum 60
aurea Heſperidum poma 104
aurora 29
NVllus adhuc mūdo. A cōfuſiōe elemētoꝝ in illo antiquo chaos (pma.ſ.materia quæ elemēta & ſi nō tpe tñ origine pceſſit) incipiēs Ouidi⁹: primū pductiōis rerū opus creationē ſub uelamēto itellexit. Nā & ſi a ſūmo reꝝ oīum principio: nihil cōfuſum: indigeſtū: nihil nō elegās: nihil in ſuo genere nō pfectū (cū opera eius eſſe pfecta, ſacra teſtet hyſtoria) pceſſerit: nihilominus cū & lux nōdū eſſet, & terra aquis copta nōdū appareret: nec elemēta uariis eſſent & mixtis animantibus ornata. futurę diſtinctiōis: & ornatus cōparatione dici poterat ipſa prima rerū facies aliqualiter cōfuſa. Terra ſiquidē erat inanis: inuiſibilis.ſ.cū pter lucis carētiā. cū tenebræ eſſent ſup faciē abyſſi (Ouidio etiā dicēte: Lucis egens aer) tū pp elemētū aqua ipſam circūdans: quę diſtinctionis ope: in ea qua habitamus parte: ob uiuētiū ſalutē fuit diſcooperta. Erat ēt uacua ſuis habitatoribus & ornamētis nondū repleta. Quod deſcribēs Ouidius: & phyſicā: & tropologicā innuit rationē. Scribit.n.nulli elemētoꝝ ſuam formā fuiſſe: ſed frigida pugnabāt calidis: humentia ſiccis: ſuiſq; locis a Deo (quē meliorē naturā quę optima eſt uocat) nōdū erāt diſtributa. In quatuor itaq; elemēta chaos trāſmutans deus. Diſſociata locis concordi pace ligauit. Nam cum phyſice. aquaætheri calido & ſicco. frigiditate & humiditate repugnet: aeri humido & calido. terra ſiccitate & frigiditate ſit cōtraria: inter ætherem ſummū locum aut leuitatē occupantē. & aquā grauitatis participatione: infimo ac elemētoꝝ pōderoſiſſimo pximam Aerē collocauit. ut corpus aereū caliditate cum ęthere conueniret: & humiditate aquæ colligaret. Terrę etiā & aeri contrariis. ut pacis fœdera ſeruarent aquā interpoſuit. Sua igit cuiq; elementoꝝ diſtribuēs de⁹: chaos cōfuſionē & diſcordiā abiecit. Sub hac etiam indigeſta elemētoꝝ cōgerie: quālibet malā rēpu. deprehendere poſſumus. Quemadmodū enim elementis ex illo antiquo chaos eductis: ſuiſq; locis redditis (grauiſſimo īfimā: leuiſſimo ſupmā: leui & graui medias orbis ſedes occupātibus) ornatiſſima & pulcherrima mūdi machina cōſurgit. ita ex hoīum multitudine optima reſpub. ſapiētibus ſupremū. cæteris medium & infimum gradū tenētibus diſtribuēdo quę unicuiq; conueniunt effici pōt. Sic enim corporis politici unūquodq; membrorū quod ſuo cōuenit officio exequatur, & unū alterius locū nō occupet: & ſua cuiq; ſeruetur proprietas: ut hominibus leuiſſimis prudētia.ſ. & intellectus acumine adeo uigentibus ut quęq; naturæ ſecreta cognoſcant. & etiā diuinæ gratiæ rore adiuti ad ſummū uſq; beatitudinis obiectū tandē puēturi: bn̄ beateq; uiuendo credant: primus det in policia locus. Mediocribus aūt leuitate & grauitate uiris. qui & ſi prudentia & intellectu uigeant: nontū ut primi: medius debetur policiæ gradus. Grauiſſimis uero pōderoſiſſimiſq; hoībus: q corporis imperio ac ſeruitio utunt: infimus relinquendus eſt locus. Et ſicut a Deo elementa in ordinē debitum redacta ſcripſit Ouidius. ita ab optimo quoq; principe. iuſtitia mediāte. agreſtis. inconditaq; hoīum multitudo ad felicitatē politicam uitæq; melioris cōmoda traducit. Quod optime peragitur. ſi quælibet reſpublica legibus & inſtitutis. ciues inter ſe & ad principē ordinātibus decoretur. Principem autē ampliſſimis uirtutibus: & pclariſſima morū elegātia (cū neminē plura & meliora ſciri oporteat q̄ principem) decēs eſt exornari: ut ſua prudētia: clemētia: miſericordia: pietate: humanitate: manſuetudine: dilectione: beniuolentia: caſtitate: largitate: munificentia: ac charitate: ſuoq; recte uiuendi exēplo ſubditi ad bene beateq; uiuendū inuitent: & quę reipublicæ cōducere dephēderit: diligētiſſime exequat: atq; unūquēq; de republica bn̄ merentes honoribus & præmiis tranſgreſſores pœnis coercendo pſequat. Hoc uoluit ille latinę eloquētiæ parēs Cicero Officioꝝ primo. Oīno q reipublicæ præſunt: ſeruent duo præcepta Platonis. Vnū ut utilitatē ciuiū ſic tueant: ut quęcunq; agūt ad ea referāt: obliti cōmodorū ſuoꝝ. Alteꝝ ut totū corpus reip. curēt: ne dū partem aliquam tueant reliquas deſerant. Vt.n.tutella. ſic procuratio reipublicæ ad eoꝝ utilitatē qui cōmiſſi ſūt: nō ad eoꝝ quibus cōmiſſa eſt, gerenda eſt. Qui aut parti ciuiū conſulunt. partem negligūt: rē pnicioſiſſimam in ciuitatē inducunt ſeditionē atq; diſcordiā. Subditi aūt & principē uereantur: & inter ſe concordi pacis fœdere ſocientur. Nam (Caſſiodori teſtimonio) nobiliſſimi ciuis eſt patriæ ſuæ augmenta cogitare. Quod facile euenit ſi ipſi cum principe rempublicā ſumma proſequantur dilectione: coꝝ exemplo inducti: qui pro patria labores quoſcunq; ac uulnera. & mortes libentiſſime exceperūt: ut Horatius Cocles. Mutius Scæuola. Curtius. Fabritius. Camillus. Marcus attili⁹. duo Decii. & Brutus primus Romanorum conſul. & Manlius Torquatus: qui etiā ppriis liberis non pepercerunt. Scipios. Fabii. Aemilii. Lopyrus. Perſes. Codrus rex Atheniēſium. Leonides ſpartanus: & omnis illa iuuētus Cānis cōſumpta: aliiq; multi Romanoꝝ & aliaꝝ gentiū: quos docent ueterum hyſtoriæ. Sed hac infelici tēpeſtate dictum Ouidii uerificatū eſt. ¶Nullus adhuc mūdo præbebat lumina Titan. Sol qui Titan dicitur ſuo lumine cuncta irradiat: ſuo ſplendore cuncta illuſtrat. Sic & cuiuſlibet reipublicæ Chriſtianæ principes, prælati reipublicæ moderatores: pręclaris uirtutibus mundū habent: mundanos peccatores ſibi ſubditos: uirtutum claritate illuminare debent. Sed pch dolor iā Sol uerſus eſt in tenebras. O infideles uiri: nā hi qui cum ad dignitates & prelaturas ſublimarētur: promiſerant ſibi credito gregi eſſe in uirtutis exemplū: facti ſunt in ſcandalum & in ruinam. Principum ſiquidē multi utriuſq; poteſtatis (temporalis.ſ. & ſpiritualis) quorum actio tantum debet populi actionem tranſcēdere. quātum ſupereminent officii dignitate: nam auaritiam. ambitionem: lubricitatē: cæteraſq; animi peſtes inſequentes ad ſubditos pditionis exēpla trāſmittūt. Quid igitur a uitioſo principe expectādum? Quid a paſtore peccatoꝝ turpitudinibus deturpato ſperādū? Quid a ſubditis ſua ſorte non cōtentis: ſed a principatuum atq; dignitatum qua uia deus nouerit anhelantibus faſtigia? Reipublicæ interitus: pacis exilium. Sine qua quid eſt quod non corruat: dilabatur: annihiletur cum qua quid eſt. quod nō creſcat: emineat: efferatur? Audite o pacis inimici: quę peſtis tuū; o aſſyria regnū demolita eſt? Diſcordiæ. Quis te tam late imperātem inuaſit Græcia? Seditio. Quis libertatem ueſtram eripuit, Perſarum ac Medorum reges? Inimicitiæ. Quis Lacedæmonii uos euertit? Odia. Qui Athenienſes Sicionios? Iudæoſq; proſtrarint? Bella. Quis te o Roma mundi domina. quaſi in ſeruitutem redegit: quæ orbes etiam remotiſſimos tuo Marte ſubegeras? Factiones. Quis Turchis & Barbaris cōtra fidem Chriſti arma porrexit? Contemptus & negligentia pacis. Non pugnat modo Iulius & Pompeius. Non Scipio p delenda Carthagine: ſed nos aduerſus nos ipſos p fide delenda: diſcordia etiā odio certamus. O tempora calamitoſa, O īfelicem tempeſtatem. Aues nidū cōgerunt, oua fouent: pullos alunt: nos homines: nos rōnabiles: nos

Vniuerſi creatio

Rerū pductio

Tropologica locutio

Pricipes debent eſſe uirtuoſi

Diſcordia eſt peſſima

Subditi patriā diligāt

Codr⁹

biles: nos



biles: nos quaſi diuinum quiddam habentes: nidū matris noſtræ fidem catholicam: eccleſia pacem: pullos pro quibus Chriſtus non dubitauit mortis tormentū ſubire. laceramus. euertimus. O dolēdū temporum horum cōditionem: in qua ad paruulam temporis morulam. tolerare ſocius neſcit ſocium: frater fratrē: proximus pximū. Vix reperiēda eſt ēt eorum. qui ſe iuſtos pdicant. abſq; diſcordia cōgregatio. Vbiq; ſectæ: ubiq; factiōes: ubiq; uoluntatū & animoꝝ cōtrarietates. O quātos decepit de ſe ſupba pſumptio. & ſui ipſi⁹ elata opio. Quid igitur agendū o principes? Refrenate libidines: ſpernite uoluptates: auaritiam coercite: & cæteras animi labes repellite. Ab grege ueſtræ fidei cōmiſſo reiiciēdę diſcordiæ: odia reſtringēda: pacis fœdera (Virgilio teſte) amplectēdadū elegantiſſime cecinit. Nulla ſalus bello: pacē te poſcimus omnes. Hanc ſiquidē pacem: hanc concordiā elemēta ex illo chaos (Ouidii teſtimonio) educta ex elementis mixta: planetę: ſtellę: cæli ſydera. ac ea entia q̄ uitā participant (uegetāt.ſ.ac ſentiūt) fatentur edocent: pdicant. Etenim omnia in numero, pondere & mēſura ſummus opifex conſtituit. Apud quē tanta eſt pacis commendatio. ut homo in uirgineo utero factus. in eius tēporanea natiuitate hominibus bonæ uoluntatis annunciandam curauerit pro nobis moriturus teſtamento reliquerit. Diſcipulis morte ſua triſtibus. ut eos cōſolaret poſt reſurrectionē apparens ſalutis pludia fuerint pax nobis. Deniq; noſtram humanitatem ſibi hypoſtatice unitam in cælum delaturus. ad pacis fœdera. quos dilexerat iuitauerit. Pacē igit diligite. Antiquū diſcordię chaos a qualibet republica explodite. ut pręmiorum pacis obſeruatoribus promiſſorum: ac a Prudentio poetarum Chriſtianiſſimo docto & eleganti carmine recitatorem. efficiamini participes.

Pax plenum uirtutis opus. pax ſumma laborum.
Pax belli exacti pretium eſt. pretiumq; pericli.
Sydera pace uigent. conſiſtunt terrea pace?
Nil placitum eſt ſine pace Deo. nec munus ad arā.

¶HANC Deus. Narrat quēadmodū chaos illud. qd hactenus deſcripſit. in quatuor elemēta a deo fuit trāſmutatū. itaq; diſtinctū: ut ęther omniū leuiſſimus ſupmum occupauerit locum, proximus æri ceſſerit. Aqua & terra. pter grauitatem in imo reſederint. Deus aūt ex ſtoicoꝝ ſententia (ut eorum interpretatione utar: q

Princi pes pacem ſequātur

Raph.

Deus ſ; Stoicos

Hanc Deus & melior litem natura diremit.




Nam cælo terras & terris abſcidit undas,
Et liquidum ſpiſſo ſecreuit ab aere cælum.
Quæ poſtq̄ euoluit. cæcoq; exemit aceruo.
Diſſociata locis concordi pace ligauit
Ignea conuexi uis. & ſine pondere cæli
Emicuit: ſummaq; locum ſibi legit in arce,
Proximus eſt aer illi leuitate: locoq;.
Denſior his tellus. elementaq; grandia traxit.
Et preſſa eſt grauitate ſui. circunfluus humor
Vltima poſſedit, ſolidumq; coercuit orbem.

Diogenē Laertiū uerterunt) eſt aīal immortale, rōnale, pfectū ſiue itellectuale: beatū: a malo omni remotiſſimum: prouidentia ſua mundum. & quę ſunt in mundo diſponens omnia: non tamē ineſſe illi humanę formę lineamenta aiūt, Cæterum eſſe quidem opificem immenſi huius operis, ſicuti & patrem omnium. Apuleius quoq; de Deo, Vetus inqt opinio eſt quæ in cogitatiōe omnium hominum penitus inſedit. Deum originis non habere auctorē. Deniq; eē ſalutem & perſeuerantiā earum, quas effecerit reꝝ. Neq; ulla res eſt tam pręſtantibus uiribus quę uiduata Dei auxilio ſui natura cōtēta ſit. Hāc opinionē uates ſecuti, profiteri auſi ſunt oīa iouis eē plena. Ci. ēt in cōſolatione, ut ſcribit Lactātius, Deū hoc modo diffinit. Nec uero Deus ipſe q itelligit a nobis. alio modo itelligi pōt. niſi mens ſoluta quędā libera & ſegregata ab oī cōcreatiōe mortali. oīa ſentiēs & oīa mouēs. ¶Et melior natura: meliorem naturam deum uocat q mens & cā a Platōe, appellatur. Nā Plato quoq; (ut Diogenes Laerti⁹ ait) duo rerū principia poſuit, Deū & materia: quā informem & īfinitam eſſe ait. Eamq; in quatuor elementa ignem: aerem. aquam terram a Deo, ſiue mēte fuiſſe cōuerſam aſſerit. Hoc idem & Stoici ſenſerunt: qui unum eſſe Deum aiunt: ipſumq; (ut Seneca ſcribit) & naturam & mētem. & fatum. & iouem. multiſq; aliis nominibus appellatū ex informi materia primum quatuor elementa genuiſſe. Nihil aūt aliud eſt natura (ut idē Seneca ait) q̄ Deus & diuina quędam ratio toti mūdo & partibus eius inſerta. ¶Diremit: diſſoluit. Proprie autem dirimi dicūtur lites & pręlia, cum diſſoluuntur atq; tollunt. Alludere autem ad id uidetur Naſo. qd Empedocles ait: ex illa rerum confuſione primum omnium litem extitiſſe: mox amicitiā atq; concordiam, qua omnia fuere copulata. ¶Ab aere ſpiſſo. craſſo. in quo & nubes generantur & pluuię. Liquidum autem cęlum pro ęthere poſuit. Nam ęther & puriſſimus eſt & ab omni perturbatione alienus. ¶Liquidū: purū. clarū. limpidū. ab omni corruptione remotum. ¶Secreuit: ſeparauit atq; diſtinxit. ¶Quæ poſtq̄ euoluit: poſteaq̄ inquit Deus quatuor elemēta explicuit. ac ex illo aceruo. qd chaos dicunt eduxit: q̄uis locis diſiuncta forent: quadam tamen concordia ea copulauit. Nam (ut aiūt phyſici) elemēta primis quatuor qualitatibus partim inter ſe conueniunt. partim a ſe inuicē diſſident. Ignis.n.cū

Deus ē toīa in eſſe conſeruat

Melior natura

Dirimere

Liqduꝫ cęluꝫ .i. ignem

Secernere

Qualitates elemētorū

ſit calidus & ſiccus. aer quidē caliditate copulatur ab eodē uero ſiccitate. qua terrę ſimilis eſt, ſeparatur. Aer cum humidus ſit & calidus. humiditate aquæ reſpondet, caliditate repugnat. Aqua humida eſt & frigida: & frigiditate quidem ſibi terram conciliat, humiditate uero eandē ab ſe alienat. Nam terra frigida eſt & ſicca. In hac igit pace tā cōcordi elemēta inter ſe uidētur fuiſſe copulata. ¶ Ignea uis: piphraſis eſt. ętheris atq; ignis. qui ſupremū propter leuitatē ſibi locū uendicauit. ¶ Summa arce: excelſa & alta. Nanq; arces in eminētioribus urbiū locis exędificari ſolēt. ¶ Legit: elegit.

**Arces** **Aer** ¶ Proximus eſt aer illi. Aer inquit & leuitate & loco pxime ad ignem æthereq; accedit. Nā aer ſi terræ aquęue comparetur leuis eſt. Si ætheri grauis. ¶ Denſior his tellus: hoc eſt craſſior & grauior. ¶ Elemētaq; grādia traxit: hoc eſt partes magnas. & grauiores ex illo aceruo ſecū traxit. Proprie autē illo uerbo traxit uſus eſt poeta. Nam ui quadā naturali omnia grauia & pōderoſa deorſum trahuntur. Elementa uero pro partibus poſuit. **Elemētū** Nam elementum eſt. ex quo primo prodeunt quę fiunt. & in quod extremū reſoluuntur. ¶ Et preſſa eſt grauitate ſui: hoc eſt ob ſuam grauitatem in infimū locum deſcendit. Omne. n. graue natura deorſum tēdit. Videt aūt quibuſdam. Ouidi. tertiū ab igne locū terræ aſſignare. cū in ultimū detruſam fuiſſe propter grauitatem: immobilitatemq; cōſtet. Sed Ouidius ſcite recteq; loquitur. Nō. n. infima loca: ſed ultima terrarū ab aquis occupata fuiſſe ait. neq; uulgi opinionē hoc loco ſequitur (ut quidam aiunt) qui aquam ultimū elementum eſſe putant. **Aqua terrā nō operit** quia totam inundari terram ab aqua non uident. Sed aqua idcirco ab inūdatione totius terræ arcet: ut terrenis animalibus in primiſq; homini loca non deſint. Quod ſi ſi nō fuiſſet. aqua nō minus q̄ aer undiq; totam terram complecteretur. Id quod innuit Ouidius cum inquit. ¶ Solidumq; coercuit orbem: hoc eſt continuit ſolidum & durum terræ orbem. Coercere enī eā non poſſet: niſi undiq; ipſā complecteretur. Mediam nanq; omnium elementorū terram eſſe phyſici. in primiſq; Stoici affirmāt. Vnde & mundi centrum eſſe perhibetur.

**LAVI.** Hanc Deus & melior litem natura diremit. Diſtinctionē ſcd'ā pductiōis rerū opus deſcripturus Oui. ea quę & Geneſeos literę & dierū a Moſe poſitorū partitiōi ac mūdi huius ornatui cōuenirēt. elegātiſſime deſcripſit. Moſes priſcus ille legiſlator ac principii orbis huius Spiritu ſancto dictāte uериſſimus relator. Cęlū & terram (quā inanē & uacuā ſcribit) ac tenebras ſup faciē abyſſi: primę pductionis rerū dici tribuit. **Ordo uniuerſi** Quod Ouidius elegantiſſime cecinit: ut ſi Moſis pphetiā cū huius libri principio cōferas uideat poeta penitus, qd Moſes orōne ſoluta deſcripſerat, carmine referre. Prima ſiqdē rerū materiā ſignificās (q̄ nomine cæli & terrę ītelligit) ita cecinit. Vnus erat toto naturę uultus in orbe. Quē dixere chaos. rudis īdigeſtaq; moles. Lucis quoq; carētiā retulit. Lucis egens aer. Secūda die firmamentū. cęlū ſydereū. ſ. in octauum ſtellarū fixarū (q̄ ob earū a noſtro uiſu diſtantiam ſcintillare uident) & ſeptē errātiū ſtellarū quas planetas uocamus orbes diſtinctum. Moſes deū produxiſſe. & glacialē olympū (quē aquas ob dyaphaneitatē pprietatē aquę ſcriptura uocat: phi primū mobile: theologi cælū criſtallinum uocauere) ab aquæ elemento diſtinxiſſe tradidit Ouidius & ſydereū cælū. & ab elementis cęli criſtallini diſtinctionē. his carminibus poſuit. Sydera cœperūt toto efferueſcere cęlo. Et liqdū ſpiſſo ſecreuit ab ęthere cælū. Tertiæ diei aquarū ſub cęlo exiſtētium in maris cōgregationē. diuina aſſignauit hyſtoria: ut terra quæ a deo odoriferis herbarū florib⁹. uirēti graminū decore: ſiluarū uenuſtate, fructiferarūq; arborū uarietatē decorāda erat, appareret. Ouidius & terrę ptē diſcoopertā fuiſſe: & deum mari littora dediſſe: his carminibus teſtatus eſt. Et terris abſcidit undas. Pro. rippis littora pulſant. De terrę uero ornatu ita ſubiunxit. Iuſſit & extēdi cāpos ſubſidere ualles. Frōde tegi ſiluas. lapidoſos ſurgere mōtes. Solis in dierū: & lunę ī noctiū illuminationē pductiones quartę diei opi Moſes prębuit. Quæ Ouidiū carminū ſequētiū teſtimonio nō latuerūt. Neu regio foret ulla ſuis animātib⁹ orba. Aſtra tenent cæleſte ſolū. formæq; deorū. Septē. n. planetas ītelligit. quos ut deos deaſq; coluerūt antiq. quorū Sol quem apollinem. & luna quā dianā poetę uocauere principatū obtinent. Quīta die & maria piſcium. & aera uolucrū uariis ſpeciebus ornari uoluit Moſes. Ouidius & piſcibus maria & alitib⁹ aera ceſſiſſe tradidit: Ceſſerunt nitidis habitādæ piſcibus undę. Terra cœpit feras uolucres agitabilis aer. Diei ſextæ diuinum opus moſe ſcribente: fuere uariarum ſpecierū uita ſenſuq; uigentium animantia. ac hominis ad ſummi opificis imaginem: ex limoſo corpore (gratia cuius cętera producta fuerāt) ſpū rōnali infuſo admirāda creatio. Quid o Naſo poetarū igenioſiſſime de ſextæ diei opificio ſentis? Quid taces? Vt qd frontē demittis. Te ne tuum in hac diuinorū operū conſumatione deſeruit ingenium? An potius tāta myſteria te latuerūt? Vnū exploratum habeo deum, cuius poteſtati cūcta ſubiacēt: te ut cæteris gentilibus etiam reprobis (Caypha teſtāte) ad ueritatis incognitę promulgationem uti potuiſſe. Multas itaq; noſtræ fidei conſentaneas ueritates p te ut organumm deus reuelauit. Videte obſecro admirandum noſtræ fidei in hominis creatione ab Ouidio traditum myſterium. Animalia ſexto die creata cecinit eo uerſu. Terra feras cœpit. Subiungens memorabile dictum intulit. Sanctius his animal mentiſq; capacius altæ Deerat adhuc: & quod dominari in cætera poſſet. Natus homo eſt, ſiue hunc diuino ſemine fecit. Ille opifex rerum mundi melioris origo, & cætera. Quid elegantius: quid uerius dici poteſt? Forſitan te mouebit q opificis ab eo poſiti nomen prometheum uocat. Iapeti filium. Mineruāq; in luteum corpus non nulli ſpiritum immiſiſſe ſcribunt. Quorſum hæc. Diuinarum perſonarum pluralitatem ſub uelamento neſciens tetigit Ouidius. **Prometheus** Quid Prometheus. aliud q̄ prouidum prudētemq; ſignificat. Quid Minerua ex cerebro iouis (ut poetis placet nata) aliud q̄ ſapientiā æternam denotat. Quid iapetus. qui potens fuit: niſi eum cuius poteſtati cuncta ſubduntur demōſtrant. Prometheus igitur hoīem mundum minorem: Dei non dicā imaginem: ſed ad imaginem. uniuerſi colligamentum ſubſtantiam duplicem. mundi huius dominatorem: recte feciſſe intelligitur. quia ſumma prouidētia ſua ineffabili bonitate. omnia in ſuos fines dirigens. ut ſuā bonitatem communicaret (quę ſpiritui ſancto tribuitur) hominem produxit. **Iapet⁹** Iapetus potentia intellitur: quæ patri in diuinis conceditur. **Minerua** Minerua ex cerebro iouis nata (ſumma ſcilicet ſapientia) ſecunda in diuinis pſona: per quam facta ſunt omnia (cum opera trinitatis ſint īdiuiſa ad extra) ſpiritum immittere etiam dicitur. Vides quid (Poetico uelamine) ueritatis occultaret. Itaq; iam ab Ouidio a rerū creatione. diſtinctione & ornatu ad hominis ex limo (ad dei imaginem ſpiritu īfuſo) productionem: deducti ſumus.





Sicubi diſpoſitam: quiſquis fuit ille Deorum:
Congeriem ſecuit: ſectamq; in membra redegit:
Principio terram, ne non æqualis ab omni
Parte foret: magni ſpeciem glomerauit in orbis
Tum freta diffudit. rapidiſq; tumeſcere uētis
Iuſſit. & ambitæ circundare littora terræ.
Addidit & fontes & ſtagna immenſa lacuſq;:
Fluminaq; obliquis cinxit decliuia ripis.
Quæ diuerſa; locis partim ſorbentur ab ipſa
In mare perueniunt partim, campoq; recepta
Liberioris aquæ pro ripis littora pulſant.
Iuſſit. & extendi campos, ſubſidere ualles:
Fronde tegi ſiluas. lapidoſos ſurgere montes
Vtq; duæ dextra cælum, totidemq; ſiniſtra
Parte ſecant zonæ. quinta eſt ardentior illis:
Sic onus incluſum numero diſtinxit eodem
Cura Dei, totidemq; plagæ tellure præmuntur.
Quarum quæ media eſt. non eſt habitabilis æſtu:
Nix tegit alta duas. totidem inter utranq; locauit:
Temperiemq; dedit: miſta cum frigore flamma.
Imminet his aer, qui quanto eſt pondere terræ
Pondere aquæ leuior, tanto eſt oneroſior igne.
Illic & nebulas, illic conſiſtere nubes
Iuſſit. & humanas motura tonitrua mentes.

**Raph.** CSIC ubi diſpoſitam. Hoc loco & q̄tuor deſcribit elemēta: & ea qbus unūquodq; ipſorū eſt iſtructū. ¶ Quiſquis fuit: inuit ſe ignorare quiſnā Deorū ille fuerit. qui quatuor elemēta diſtinxit. **Secare** ¶ Secuit: ſepauit ac diuiſit. **Redigē** ¶ In membra redegit: in ptes deduxit. ¶ Pricipio terrā. Poſteaq̄ ingt Chaos in quatuor elementa diſtinxit: **Terrę deſcriptio** effecit ut undiq; terra foret rotunda: uariiſq; rebus inſtitueretur. ¶ Ne non æqualis: hoc eſt, ut æqualis undiq; eēt. Duæ enim negationes affirmationem cōſtituunt. **Glomerare** ¶ Glomerauit: effecit in ſimilitudinem magni globi & pilæ: quæ ex omni parte ſibi eſt æqualis. Glomerare enim eſt glomum: globumq; (qui undiq; rotūdus eſt) efficere. A glomo autem. ac potius glomere. (nam utroq; modo declinatur. ut ait Priſcianus) glomero uerbū deriuatur. ¶ Tum freta diffudit: hoc eſt maria mediterranea īmiſit. **Gręcū** Nā freta proprie dicuntur maria anguſta inter duas terras exiſtentia. a feruendo deducta: quos græci prothmos uocant. **Tumeſcere** ¶ Tumeſcere: inflari. in tempeſtatem erigi. ¶ Rapidis uentis: rapacibus: omnia ſecū rapientibus. ¶ Iuſſit: uoluit. ut Terentius. Iubeo Cremetē ſaluere. Iubere autem proprie eſt imperare. **Iubere** **Ambire** ¶ Ambitæ terrę: undiq; a mari circundatę. **Littus** Littora autem pprie maris dicūtur. Nā litus eſt (ut Celſus diffinit) quouſq maximus fluctus a mari peruenit. idq; M. Tullium ait primū conſtituiſſe: cum arbiter electus foret. ¶ Stagna immēſa: **Cīgere** maximas paludes. ¶ Cinxit: circundedit. **Ripa** ¶ Obliquis ripis: non rectis. Ripæ autem proprie ſunt fluminum. Vnde ripariæ hirundines dictę: quæ in fluuiorum ripis nidos faciunt. ¶ Flumina decliuia: prona ac deorſum labentia. ¶ Quę diuerſa locis. Fluminū naturam deſcribit. Nā q̄dā ab ipā ſorbent terra: q̄dā ī mare deferunt. **Cāpus** ¶ Cāpoq; recepta: cāpus ē terræ planicies. ſed hi loco p æquore ponit. ¶ Pro ripis littora pulſant: percutiunt: ac (ut uerbo utar Pliniano) lancināt. Elegāter aūt littora a ripis diſtixit. Littora nāq; maris fluminū ripę dicūtur. ¶ Iuſſit & extēdi cāpos. hoc ē terræ planicies dilatari. **Subſidere** ¶ Subſidere ualles: ī ima deſcēdere. **Vallis** Vallis āt ea ob lōga cauitas dr̄. q̄ iter duos mōtes uicinos. Vn̄ uallicula diminutiuū deriuat. ¶ Frōde tegi ſiluas: hoc ē arbores ī ſiluis naſci: ē. n. Synecdoche. Nā & a pte totū itelligim⁹: & ſingularē numerū p plurali accipim⁹. Hāc uero figurā. ēt in ſoluta orōne frequenter uſurpam⁹. ¶ Tegi: cooperiri. ¶ Lapidoſos ſurgere mōtes: hoc ē mōtes ſaxoſos in altū tolli. **Mons** Mōs. n. nihil ē aliud q̄ terrę tumor. Vn̄ ēt mōtes tumuli dn̄r. Iuſſit āt uerbū ē ſubaudiēdū. **Zonę** ¶ Vtq; duę dextra cęlū: quinq; Zonis & circulis cęlū ſecatur. i. in quinq; ptes: qb⁹ diſtīguit ēt terra. Earū duę ultimę frigore rigēt: mediā ſol urit: reliquæ inter frigus & calorē ita ſūt tēperatæ, ut in iis demū animantes habitaī poſſint: q̄q̄ illarū altera ī qua eē dn̄r antipodes nobis penit⁹ ignoret. ¶ Parte dextra: q̄ ad arcticū uergit polū ptē dextrā uocat poeta. ut ſiniſtrā ad ātarcticū. **Zona thorax** ¶ Zonæ: cingulę. circuli. Zona uero apud græcos ſignificat & ptē corpis q̄ cingitur & cingulū ipm: ut thorax. & pectus dicit & ipſius pectoris tegmentum. ¶ Quinta eſt ardentior illis: quintam poeta mediam uocat: quā idcirco ardentiorem eſſe ait. q per eam Sol decurrit. ¶ Onus incluſum. Periphraſis eſt terræ. Nā terra quæ eſt ponderoſa quīque zonis continetur atq; diſtinguitur. **Plaga** ¶ Plagæ Regiones. Quæ in ſignificatione corripitur prima ſyllaba: quæ producitur cum uulnera ſignificant. **Aeſtus** ¶ Aeſtu feruore: ac nimio calore. ¶ Totidem inter utramq; locauit: hoc eſt, duas temperatas: inter extremas & mediam collocauit: quæ idcirco ſunt temperatæ. quia & frigore participant & calore. **aeris pō** ¶ Imminet his aer. Nunc aerem ita deſcribit. ut omnia quæ in eo fiunt. commemoret. ¶ Tanto eſt oneroſior: ponderoſior. grauior. ¶ Illic & nebulas: in illo inquit aere & nebulæ conſiſtunt & nubes. **Nebulę Nubes** Eleganter autem inter nebulas & nubes differentiam ſignauit poeta. Nebulę enim dicūtur uapores denſi haud longe a terris aquiſq; recedentes. Nubes autē uapor eſt humidus in ſublime egreſſus. cuius denſitate Sol obumbratur.

**LAVI.** Quiſqs fuit ille Deorū. Cōgeriē ſecuit. Ouidi⁹ fatetur ſe ignoraſſe qs deorū ex illo antiquo chaos elemēta ſecernēs mūdi hui⁹ tā pulchrā machinā effecerit. licet iā ſuperius ſcripſiſſet. Hāc de⁹ & litē melior natura diremit. O gētilis iādudū qd q̄rebas inuenim⁹. Et ex tuis ſcriptis q̄ ēt ignoraſſe conuiceris: teipſum (ſi uiator adhuc eſſes) docere poſſemus. In ultimo tui huius uoluminis libro qd dicis? Proſpiciens prolē ſancta de uirgine natam. Et alio in opere elegiaco carmine cecīniſti. Ille q; ſydeream mūdi qui tēperat arcem. Exiguus tenero lac bibitore puer. An furore poetico agitat⁹ hoc ſcripſiſti? cum etiam aliquando ſcripſeris. Eſt deus in nobis. agitante caleſcimus illo. Vel potius ſibyllini libri quos legeras hoc tibi tradiderunt? CQuiſquis fuit ille deorū. Non ille profecto capitolinus iuppiter. non Apollo. non turba falſa Deorum: ſed ille quem ignoraſſe te fateris. Cui & ante fidei ſuſceptionem arā dedicans Ariopagita Dionyſius titulum indiderat deo ignoto. Is erat. qui nec auribus percipitur. nec cernitur oculis. nec ſermone profertur. Mens eum ſola proſpicit. ſola intuetur. Quare mentis acumen erigere operępretium exiſtimo: ut fulgidum lumen nullis innixum

*Deū ex creatis cognoſcere poſſumus* — *Paulus Ro. i.* — *Salomō*

tenebris effulgeat. & nobis ueritatis radius eluceſcat. Naturali ſane cognitioni ſubhærentes. Deum cognoſcimus per ſingulas mundi particulas ubiq; ſplendeſcere: ſuiq; adeo mortalibus noticiam pſtare. ut nō intelligere modo: ſed manibus etiā ipſis (ſi dicere fas ſit) liceat attractare. Vnde & uas electionis Paulus Romanis ait. Inuiſibilia enim a creatura mūdi p ea q̄ facta ſunt intellecta cōſpiciunt: ſempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas. Inuiſibilia inquit. ſ. potētia. ſapiētia. bonitas q̄ ppulchre ex creaturis accipi pōt: Certe ſi rerū magnitudinē ſpeculari uoluerimus. facile cognoſcemus illud diuinum poſſe a quo fluant uniuerſa, nō eē limitatū. Vnde ſapiens. Vani ſunt hoīes in qbus nō ſubeſt ſcientia dei. & de his quæ uidentur bona nō potuerūt intelligere eum qui eſt. nec operibus attendentes cognouerūt quis eſſet artifex. Sed aut ignem. aut ſpiritum. aut citatum aerem. aut girum ſtellarum. aut nimiā aquam. aut ſolem. aut Lunam rectores orbis terrarū deos crediderūt. Quorū ſi ſpecie delectati deos arbitrati ſunt: ſciāt quantū dominator eorū ſpecioſior ē. Speciei enim generator hæc oīa cōſtituit. Aut ſi uirtutem & eorū opa mirati ſunt: intelligāt ab iis: qm̄ qui hęc cōſtituit fortior ē illis. A magnitudine ſiqdē ſpeciei & creaturę poterit horū creator uideri. Vniuerſum quippe mūdū nuto non manibus fabricatus eſt opifex: q & ſi lucē habet inacceſſibile: hō tñ diuini opis inſpector: & ipm oībus rebus adeſſe, & uitā & motū cunctis cōmunicare conſpiciet. Nā & aīam corpi pręſentē. ex motu & uita (licet inuiſibilis ſit) cognoſcimus. Eodē & mō deum ſpeculari rō ſuadet. Quod & Maronis dicta confirmant.

Principio cælum, terras, campoſq; liquentes.
Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; aſtra
Spiritus intus alit. totoſq; infuſa per artus
Mens agitat molem. & magno ſe corpore miſcet:

Summi etiam omnium opificis ſapientiam facile intueri potuerimus: ſi ſplendidiſſimum Solis iubar. ſi naſcētis cornua Phœbæ. ſi Veneris. ſi Mercurii. cęterorūq; planetarum. reliquorumq; ſyderum ordinem ſuſpeximus. Diuerſorum nāq; diuerſi ſunt motus. Cūcta. n. in numero: pondere & menſura, in modo: ſpecie. & ordine ſapiētiſſime collocauit: attingens a fine uſq; ad finē fortiter. & diſponens ſuauiter. Vnde patiētiſſimus

*Iob*

Iob. Sapiens eſt corde & fortis robore: qs reſtitit illi & pacem habuit? Qui tranſtulit montes & neſcierunt hi: quos ſubuertit in furore ſuo. Qui præcepit Soli & nō oritur: & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo. Qui extēdit cælos ſolus. & graditur ſuper fluct⁹ maris. Qui facit Arcturū: & Oriona: & Hyadas: & interiora Auſtri. Qui facit magna & incomprehenſibilia & mirabilia: quorum non eſt numerus. Deus cuius iræ reſiſtere nemo poteſt. & ſub quo curuantur qui portant orbem. Qui extendit Aquilonem ſuper uacuum: & appendit terram ſuper nihili. Qui ligat aquas in nubibus ſuis. ut non erumpant pariter deorſum. Qui tenet uultum ſolii ſui. & expandit ſuper illud nebulam ſuam. Terminum circundedit aquis: uſq; dum finiantur lux & tenebræ. Columnæ cæli contremiſcunt & pauent aduētum eius. In fortitudine illius repente maria congregata ſunt. & prudentia illius percuſſit ſuperbum. Spiritus eius ornauit cælos. & obſtetricāte eius manu eductus eſt coluber tortuoſus. ¶ At ſi nobis facultas daretur. ut aliarum adminiculo in ſublimem aeris plagam uolare poſſemus. At is æquus alatus: quem ex Meduſeo ſanguine ortum poetæ fabulantur. nos per ampla aeris ſpacia deferret. Cerneremus ſiquidē terræ ſoliditatem: maris diffuſionem fluxum fluminum: aeris amplitudinem: ignis actiuitatem: aſtrorum curſus: cæli rapidam uelocitatem. O iucundam uiſionem. O dulce ſpectaculum. Profecto uno eodemq; luminum motu: ſeriem mundi totius deprehenderemus: & in ſapiētiſſimi artificis laudem eſſent omnium ora laxanda.

*Mercurius triſmegiſt⁹*

At ſi diſtincte magis creatorem ex creatura īquirere uolueris, Mercurium Trimegiſtum animaduertas. Hic in tanta hominum ueneratiōe habitus eſt ut ob ſcientiæ: ſanctitatis imperiiq; magnitudinem. inter Deos relatus ſit: templaque illius numini conſtructa ſint q̄plurima. Hic inter philoſophos primus a philoſophis & metaphyſicis: ad diuinorum contemplationem ſe contulit. Primus de maieſtate Dei. Dæmonum ordine: & animarum immortalitate ſapientiſſime diſputauit. Nec ut philoſophus ſed ueluti pphęta loquitur: canitq; futura. Eum ſiquidem Lactantius inter uates annumerat. Inter Sibyllas Aurelius aggregat Auguſtinus. Hic cupiens mortales in Dei cognitionem manuducere: ex hominis artificioſa conditione inquit ad Tatium filium.

*Hoīs pulcra deſcriptio*

Age fili. circumſpice humani corporis opificium: cuius admonitione perdiſce. Quis tam pulchræ imaginis conditor? Quis oculorū pictor? Quis nares: aureſq; tornauit? Quis labia diſtendit oris? Quis neruos tetendit atq; ligauit? Quis irrigauit uenas? Quis oſſa cōceſſit ſolida? Quis carnē pellicula tenui circumeunte contexit? Quis digitus, articuloſq; diſcreuit? Quis fundamenta pedum extēdit, Quis pforauit poros, atq; meatus aperuit? Quis ſplenem coegit atq; compreſſit? Quis piramidē impreſſit cordi figurā? Quis pulmōi ſculpſit fiſtulas? Quis honoranda corporis membra in propatulo eſſe uoluit? Quis obſcœna in obſcuro prorſus abdidit: eaque ab aſpectu cernētiū uoluit ſecreta tacere? Vide q diuinę artis opera in una eadem materia demonſtrantur. ſingulaq; pulchra, recteq; dimenſa. necnon in propriis officiis differentia. Quiſnam ſingula finxit? Quis tam pulchrę imaginis opifex? An uetus ille Demogorgō? an falcifer Saturnus? Cretēſis ne iuppiter iſta compegit? An Iuno? An Prometheus ille Ouidianus ex luto effinxerit? Si ſecundum recte rationis dictamen reſponderimus: id certe dixerimus: ipſum inuiſibilem Deum, Prouidentiam ipſam æternam. quę Promethei nomine deſignatur. non ſolum hominem: ſed & cūcta eſſe participantia: ppria uoluntate feciſſe. Etenim cū ſtatuam aut imaginem, abſq; fabro uel pictore fieri nullus aſſerere audeat: admirandam mūdi huius machinam: abſq; artifice conditam arbitrabimur? Minime. Ecce clara ratione deduximus: q̄ ſapientiſſime ſit omnipotens deus cuncta metitus. Nam Aurelio doctore Auguſtino: in eo quem de ciuitate Dei deſcripſit libro: uolente (exceptis propheticis uocibus) mūdus ipſe ordinatiſſima ſui mobilitate & rerum omnium pulcherrima ſpecie quodāmodo tacite: & factum ſe eē: & niſi a deo ineffabiliter atq; inuiſibiliter ſe fieri potuiſſe proclamat.

*Hō minor mūdus*

Bonitas inſuper Dei cognoſcitur a creatura mundi ab homine: ſcilicet cui datum eſt omni cōmunicare creaturę: quem Ouidius mundum minorē uocauit. Nam & mundus minor dicitur: & cū quibuſcūq; creatis in perfectione participat. Eſſe habet cū elemētis & elemētatis. Viuere cum plantis. Sentire cum brutis Intelligere cum angelis. Incorruptibilitatem cū cælo parte meliori anima ſcilicet in cuius productione diuina bonitas ei imaginis ſuæ ſimilitudinem imprimendo eluceſcit. In cæteris etiā creaturis diuina deprehēditur bonitas. Quemadmodum enim res producuntur in eſſe per potētiam: per ſapientiam gubernantur

& diſponuntur:



Et cum fulminibus facientes frigora uentos.
His quoq; non paſſim mūdi fabricator habendum
Aera permiſit uix nunc obſiſtitur illis.
Cum ſua quiſq; regat diuerſo flamina tractu,
Quin lanient mundum: tanta eſt diſcordia fratrū.
Eurus ad Auroram, Nabathæaq; regna receſſit.
Perſidaq;: & radiis iuga ſubdita matutinis.
Veſper, & occiduo. quæ littora Sole tepeſcunt.
Proxima ſunt Zephyro. Scithyam: ſeptemq; triōes
Horrifer inuaſit Boreas contraria tellus
Nubibus aſſiduis, pluuioq; madeſcit ab Auſtro.
Hæc ſuper impoſuit liquidum, & grauitate carētē
Aethera: nec quicq̄ terrenæ fecis habentem,
Vix ita limitibus diſcreuerat omnia certis,
Cum, quæ preſſa diu maſſa latuere ſub ipſa,
Sidera cœperunt toto fulgeſcere cælo,
Neu regio foret ulla ſuis animalibus orba:
Aſtra tenent cæleſte ſolum: formæq;. Deorum.
Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus undæ
Terra feras cœpit, uolucres agitabilis aer.

*Lucretius*

& diſponuntur. Ita diuina bonitate conſeruantur & pficiuntur: quę quidem diuina bonitas ſe creaturę rationali ſumme communicauit. eius humanitatem ſibi hypoſtatice uniendo: ut idem ſit deus & homo: nō idē ptitate naturæ. ſed ſuppoſiti: qui nobis uiam ad æternę felicitatis præmia. Lucretio teſte oſtendit Inquit enim.

Viridicis hominū purgauit pectora dictis,
Et finem ſtatuit torpedinis atq; timoris.
Oſtēditq; bonū ſummum quo tendimus omnes,
Quid foret: atq; uiam monſtrauit limite paruo,
Quo poſſemus ad id recto contendere curſu.

Et non ſolā oſtēdit: ſed ēt pręceſſit. ne quis difficultatis gratia iter uirtutis horreret. ¶ Igitur quem Oui. fatet ſe ignoraſſe (cū ſcripſit. Quiſquis fuit ille deorum) etiam ſi uiueret uictori palmam daret. deumq; omnipotētē cuncta produxiſſe fateretur. Sed more huius mundi ſapiētum Paulo teſte. euanuit ī cogitationibus ſuis.

*Rapha.* — *Fulmē* — *uentus quid ſit*

¶ ET cum fulminibus: Fulmina quoq; inquit & uenti frigora adducentes in aere gñant. Fulmen aūt ignis eſt ex concurſu uentorum eliſus: in terramq; delatus Fulminum uero multa ſunt genera, de qbus copioſe Plinius ſcribit. Ventus aūt eſt impetus aeris in unā partē fluēs. Vēti uero pricipales ſunt q̄tuor. quos eleganter Ouidius deſcribit. Omnis ſane uentus frigidus eſt natura: q̄uis auſter. qui per torridam zonam tranſit calidus eſſe uideatur. Motura: commotura ac terrefactura. ¶ Vix nunc obſiſtitur illis: hoc eſt cum difficultate reſiſtitur uiolentie uentorum: q̄uis unicuiq; eorum ppria loca fuerint aſſignata. Quod ſi tot⁹ aer illis fuiſſet permiſſus: de rebus humanis actum foret. ¶ Sua flamina: ſuos ſpiritus. ¶ Diuerſo tractu: diuerſis regionibus. Nam Eolus ab oriente. Zephyrus ab occidente: Auſter a meridie. Boreas a ſeptentrione flare dicunt. ¶ Quin laniēt mundum: diſſipent ac dilacerēt. ¶ Tāta eſt diſcordia fratrum. pulchra acclamatio: quali Virgilius quoq; utitur. Tātæ molis erat Romanā condere gentem. Venti autem idcirco fratres dicuntur q Auroræ & Aſtręi gigantis filii fuiſſe finguntur.

*Eurus* — *uulturnus* — *Quatuor mundi ptes* — *Nabatheus* — *Perſis*

¶ Eurus ad aurorā: quēadmodū ſinguli e principalibus uētis ſingulas mūdi partes ſint ſortiti. perſpicue elegāterq; deſcribit poeta Notum eſt autem mundū in quatuor partes diſtingui: in oriētem: occidentem: meridiem. & ſeptentrionē. Eurus ἀπὸ τῆς ἑώρεως: ab oriente flat, noiat: qui latine dicit uulturnus, a cōtinēti uulturis uolatu, cui ſimilis eſſe uidet. ¶ Nabathæaq; regna orientalia: Nabath. n. Iſmaelis filius (ut Ioſephus in antiquitatibus iudeorū ſcribit) una cū undecim fratribus ſuis omnē terram ab Euphrate ad mare rubrū uſq; poſitā tenuit. Nabathæamq; prouinciā nominauit. Vnde Nabathæa regna fuere appellata. ¶ Perſidaq;: Perſis: quæ & Perſia dicitur, regio eſt Indię finitima. Variis. n. hic mod⁹ oriētem. unde flat Eurus. deſcribit.

*Matuta* — *zephyrus. i. Fauonius*

¶ Iuga ſubdita: Mōtes ſubiectos. ¶ Radiis matutinis: radiis Solis exorientis. Matuta. n. eadē eē cū aurora (q̄ antecedit Solē) phibetur. unū matutinus declinat. ¶ Veſper & occiduo: Euro cōtrari⁹ zephyr⁹. quē Fauoniū (q ſatis oībus faueat) latini appellāt: ab occidēte flat. ¶ Proxima ſunt zephyro: Zephirus uētus eſt occidentalis ἀπὸ τοῦ ζωὴν φέρειν: hoc eſt a ferenda ſatis omnibus uita.

*Boreas. i. Aqlo* — *Scithia* — *Triōes Septē* — *Septētrio*

¶ Scythiam, ſeptemq; triones: Boreas uentus eſt frigidiſſimus flans a ſeptentriōe: qui latine ab impetuoſo aquilæ uolatu Aquilo nominatur. Boreas autem dictus eſt (ut ſcribit Oriō) a ſtrepitu quem efficit. uel (ut alii uolunt) ἀπὸ τῆς βορᾶς: hoc eſt a nutrimēto: q corpora maxime nutriat. & ſana faciat. Scythia autem regio eſt ad ſeptentrionem ſita. a Scitha rege denominata. ¶ Septemq; triones: priſca lingua triones boues dicebātur aratorii. Septem autē ſtellæ ita in ea parte cæli ſunt collocatæ: ut plauſtrū cum bobus effingere uideantur: quæ & ſeptētriones uocantur. & illi regioni ſeptentrioni nomē impoſuerunt. Non eſt autem hoc loco Temeſis (ut quidam putant: qui eam Temeſin impente uocant) cum byſyllaba dictio ſit. non triſyllaba. Sunt enim duæ dictiones. quæ iunctæ quidem ſeptētrionis nomen efficiūt. ¶ Horrifer. horrorem ac frigus ferens.

*Meridis*

¶ Contraria tellus: hoc eſt meridionalis plaga ſeptentrioni contraria. ¶ Pluuio auſtro: auſter uentus eſt calidus & pluuioſus a meridie flans: qui græce dicitur notus ἀπὸ τῆς νοτίδος hoc eſt ab humiditate. Auſter autem ab hauriēda aqua latine uocatur. Qui plura de uentis uidere cupit. legat & Vitruuium & Plinium & A. Gelli. & Senecam de queſtionibus naturalibus. Illi nanq; plures uentos conſtituunt. Cæterum Ouidius Homerum, Virgiliumq; eſt ſecutus: qui ſingulis cæli regionibus ſingulos attribuunt uentos. ¶ Hæc ſuper impoſuit: aeri iquit quo uēti regnant ſuperimpoſitus eſt ęther: qui & grauitate & omni perturbatione caret. Vnde Lucanus. Pacem ſumma tenent.

*Aether* — *Diſcer ante,* — *Sidera*

¶ Liquidum ęthera: purum, ab omniq; fece & perturbatione remotum, Aether: autem qui ἀπὸ τοῦ αἴθειν: ut quidam putant: hoc eſt ab urendo. Vt uero ſcribit Ariſtoteles ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν hoc eſt a ſemper currendo, deriuat idem eſſe cū cęlo a Cicerone perhibet: in quo ignee formę curſus determinatos efficiūt. ¶ Vix ita limitibus. Cū primū iquit elemēta ſic fuere diſtincta (ut ſuperius eſt deſcriptum) ſtellę quę antea latuerāt. totū celū illuſtrare cœperūt. ¶ Diſcreuerat: diſtinxerat unde diſcreti homines a uulgo appellari cœperunt. q res diligēter diſcernere ſciūt, de⁹ aūt ſiue melior natura ſubaudiat. ¶ Limitib⁹ certis: hoc ē terminis fixis ac imutabilib⁹. ¶ Sub ipa maſſa: ſub ipo aceruo. qd chaos p̄ſci uocarūt. ¶ Preſſa ſidera: cōpſſa ac coercita, ne ſpēdore

Sidus ſuum emittere poſſent. Sidus autem latiuum eſt nomē
neq; cum y græco ſcribendum: ut quidam putaut. Eſt
uero ſidus id quod græce ἄστρον uocāt: hoc eſt ſignū
ex multis ſtellis compoſitum. Stellæ enim ſunt ſingula
res ac ſolæ. neq; cum aliis mixtæ: quæ ἀστέρεα a græ
Stella cis appellantur: ut ſunt planetæ. Sydera uero ex pluri
bus conſtant ſtellis: ut Aries, Taurus. Corona: ut Ma
crobius in Somniū Scipionis ſcribit. ❡ Neu regio. Ani
malibus ita mundi partes fuerunt exornatæ. ut Dii &
aſtra cælum tenerent. Piſces Maria ſortirētur. Feręter
ras occuparent. Volucribus aer ſit aſſignatus. ❡ Neu ꝑ
& nc. ❡ Orba: priuata. ❡ Suis animalibus: propriis. ac
ipſi conuenientibus. ❡ Aſtra tenent cæleſte ſolum: Eo
Neu rum ſequitur opinionē qui aiūt ſydera & Deos eē ani
malia: propter quod in diffinitione hominis mortale
apponitur. ut a ſtellis & diis quæ ſunt īmortalia diſtiu
Homo guatur. Eſt enī homo animal rationale mortale. Solū
Solum autem eſt quicquid rem aliquam ſuſtinet: ut nauium,
quid ſit piſciumq; mare dicitur eſſe ſolum. hominum uero ter
Exul ra, auium aer, ſyderum ac Deorū cælum. Vnde etiaꝫ
Cedere natale ſolum patriam dicimus. & exulem qui ex pa
tria ſit expulſus. quaſi extra ſolum ſit eiectus. ❡ Ceſſe
rūt: proprie dixit. hoc eſt in diuiſione obtigerūt. Cede
re namq; interdū ſignificat in ius alicu⁹ uenire. ut hoc
Fera mihi cedit: ideſt in ius meuꝫ tranſit: alias cedere eſt abi
re & locum dare. ❡ Nitidis piſcibus: ſplendidis ob aſſi
duam lotionem. ❡ Terra feras cœpit: ideſt terra ani
malia bruta accepit. Feræ enim q̄uis ꝓprie ꝓ his ania
libus. quæ feritatem habent, accipiātur: ut ſunt Pardi.
Volucris Leonis. Vrſi: a poetis tamen frequenter pro omnibus
Agitabi brutis ponuntur. Feræ autem dictæ ſunt ꝙ toto corpo
lis re ferantur. ❡ Volucres: Aues a uolando dictæ. Volu
cris: interdum eſt adiectiuum & alatum ſignificat ac ue
lox. ❡ Agitabilis aer: mobilis qui facile huc atq; illuc
impellitur.

LAVI.

E T cum cum fulminibus facientes frigora uē
tos: Ventos principales deſcribit Ouidius. q
Seruii & Lactātii teſtimonio Aſtrei Titanis
& Auroræ fuere filii. Hos tradidit. Lactau
tius a Iunone ob natū Epaphū incitatos ī Io
uem: quam ob cauſam & atris ſpeluncis abditi. & ſub
Eoli imperio ſunt relegati. Pronapides uero in protto
coſmo litigium e cælo deiectum ad inferos deſcēdiſſe
contētis furiis oraſſe in uentis quieſcētibus uenena in
Veritas cerēt. ut furiis agitati iouis regna inquietarēt: & omne
fabulę cælum terramq; concuterent: & ea cauſa ſub Eoli im
perio cauernis recluſos ſcripſit. ❡ Phyſica autem ratio
poetico tegitur uelamine: quæ talis eſt. Ventos omnes
& ab aſtrigero cælo. quem aſtreum uniuerſalem cau
Ventorū ſam. mundum hunc inferiorem. motu: lumine & influē
ꝓgreſſio tia gubernantem poæte uocant. & in aurora phyſici ge
nerari uoluerunt: ꝙ ea hora nautarum & auctoritate
& conſuetudine (qui eo tempore ſublatis anchoris: &
naues. & uitam uentorum fluminibus uelluoloq; mari
credunt. & ſuam nauigationem ut plurimum incipiūt)
oriri cōſueuerint. Quos in Iouēꝫ a Iunone armatos ea
cauſa cecinere poetæ: quia e terrę (quę Iuno eſt) antris
emitti: & in aerem (quem iouis nomine accipimus) cuꝫ
alibi nequeant impingi certū ſit. Eos autem ſub impe
rio Eoli ſpeluncis clauſos ideo fictum eſt: quia Eolides
uent⁹ qd inſulæ quibus olim prefuit Eolus: a quo & nomen ac
Ariſto. ceperunt: antris ſint refertæ: in quibus notum eſt uen
auerro. tos generari. Vētus enim ex Ariſtotilis in Meteoris ſen
tentia: eſt uapor ſiccus a terra reſolutus: cum aliqua uir
tute cæleſti compoſitus. Auerro. ait Ventum uaporem

eſſe frigidum & ſiccum ex terris & aquis per calorem
ſolutuꝫ. Dictus eſt autem uentus a uehementia. quę in
illo eſt: qua cælum ac terram cōturbat: maria concitat.
❡ Sub hoc poeſeos uentorum uelamine allegorico ſen
ſu: pulcherrima continetur Geneſeos hiſtoria. Etenim
uenti ſuis flaminibus terrarum orbem concutientes. ac
Iouis regnum perturbantes. & ob eam rem in Eolicis
carceribus recluſi. Teterrimos illos ſtygios ſpirit⁹ quo
rum pars in uindices tartarorum flammas. Pars in hūc
aerem caliginoſum ob noſtrum exercitium: ut in carce
rem detruſa eſt. non inepte ſignificare poſſunt. Aſtrei
uenti finguntur filii. Dæmones. n. & cęlo aſtrigero ſunt
concreati: & eius qui aſtris imperat creatiōe (& ſi non
culpa) ſunt filii: Iob dicente. Affuit etiam Sathan inter
filios Dei. In Aurora quodam ſplendore Solem pręue
niente (qui perfecta lux non eſt) uentos uolunt genera
ri. Angeli ſua malicia reprobi effecti in ſplendore gra
tiæ. qui dietu ęternę beatitudinis (cū fuerint uiatores)
pręueniebant: ſunt producti: quo ſplendore gratuito ſi
bene uſi fuiſſent. illius ſplendidiſſimi Solis lux perfe
ctiſſima. dies noctem non habens. ſummi omniuꝫ opi
ficis uiſio beatifica. in eorum intellectu fuiſſet ſubſecu
ta. A Iunone (quę & terra eſt & diuitiarum Dea) ob
natum Epaphum in iouem uentos animatos finxerūt.
Maligni ſpiritus illi. & ab eorum natura quę terrea: &
fragilis ſi diuinę comparetur dici poteſt: & a ſuę excel
lentię diuitiis quas ingrati a Deo acceperant. ob Luci
ferum natum & productum (cuius excellentia cæteris
pręſtabat) in deum inſurrexiſſe. etiam Eſaię uaticinio
dicuntur. Aſcendam in cęlum ſimilis ero altiſſimo. Ae
ternam ſiquidem felicitatem. quę ſoli naturę (cum ſit
ipſa felicitas) propria eſt. Ventoſi illa ſpiritus ambitio
ne elati ſine meritis habere uoluerunt. Appetierūt nō
naturę diuinę ęqualitatem. (cum eos maxima ſapien
tia pręditos hoc eſſe impoſſibile non lateret) ſed perfe
ctam beatitudinem diuina gratia & eorum libero arbi
trio ad actum meritoria eliciēdum minime concurren
te: merito: ſcilicet non pręcedente. ut ſuę excellentię de
bitam uoluerunt. Vnde exploſi e ſumma cęlorum ar
ce in tartareas flammas. & in hunc aerem caliginoſum
ceciderunt. Diuiſit enim deus (Moſe ſcribente) Lucem
a tenebris. angelos bonos & malis. Quibus malignis
ſpiritibus. ut ſub uentorum uelamine ſcribit Ouidius:
ſummus opifex deus libere aera non promiſit flamini Ouidi.
bus (ut uolent) perturbare. ❡ His quoq; non paſſim
mundi fabricator habendum aera permiſit. Homines
ſcilicet uitales aeris auras attrahētes pro uiribus & per
uerſa uoluntate infeſtare. Niſi enim uiatores homines
in aſſidua cum dęmonibus pugna diuino fauore iuua
rentur. omnes periclitari neceſſe eſſet. ❡ Sed pro do
lor. nimium uera de infeliciſſima noſtrorum temporuꝫ
conditione Ouidius intulit. ❡ Vix nunc reſiſtitur illis:
quibus: dęmonibus. omnes mundi ſtatus non iam im
pugnātibus: immo uerius expugnantibus. Vbiq; enim
ambitio. Vbiq; auaritia. Vbiq; ueneręæ uoluptates. Senſus
ubiq; bella. ubiq; diſcordię: & (ut paucis multa comp̄ tropolo
hendam) totus mundus in maligno poſitus eſt. ❡ Sen gicus
ſu tropologico Eolus prudentem uirum (cum Eolus et
ipſe rex prudentiſſimus extiterit) ſignificat: qui Ven
tos ſuos regit artibus in carcere clauſos frenat. Paſſio
nes. ſ. per uentos denotatas appetitus ſenſibilis. & ille
cebres carnis motus in rationem inſurgentes. quos uir
prudens freno liberi arbitrii prudentia & ratione mo
deratur & regit. ❡ Sed uix reſiſtitur illis: omnes enim
carnis deſyderia ſpreto rationis regimine ſequuntur.

Fabulę



❡ Fabulæ tertiæ primi libri argumentum.
❡ Santius &c. Separata erat terra a cæteris elemētis.
Sed homo nondū natus ipſius terræ futurus cultor ac
dominus. Itaq; prometheus Iapeti filius terrā ibi mol
liuit. & ex hac hoiem ad Dei ſimilitudinē & imaginem
finxit cuius facies nō prona ut cęteroꝝ aīalium ſimilis
eſſet. & ī terrā, ſed eę
cęlū ſpectaret erecta.

Sanctius his animal, mentiſq; capacius altæ
Deerat adhuc: & quod dominari in cætera poſſet,
Natus homo eſt. ſiue hunc diuino ſemine fecit




Ille opifex rerum, mundi melioris origo.
Siue recens tellus, ſeductaq; nuper ab alto,
Aethere cognati retinebat ſemina cæli.
Quam ſatus Iapeto miſtam fluuialibus undis
Finxit in effigiem moderantum cuncta Deorum.
Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram:
Os homini ſublime dedit: cælumq; uidere
Iuſſit: & erectos ad ſydera tollere uultus.
Sic modo. quæ fuerat rudis: & ſine imagine tellus
Induit ignotas hominum conuerſa figuras

Raph. ❡ SANCTI⁹ his ani
mal: Vltim⁹ aīaliū hō
ex terrę limo ad imagi
ginē & ſilitudinē dei
fuit creat⁹, ſiue a Deo
toti⁹ mūdi opifice: qđ
uerum eſſe cōſtat, ſiue
a Prometheo Iapeti fi
lio. quod poetæ finxe
rūt. ❡ Sāctius his ani
mal: Feris. piſcibus. &
auibus. nō Diis. hoieꝫ
ſanctiorē pfectioreq;
accipiam⁹. ❡ Altę mē
tis: pfundę memorię:
magniq; ingenii. ❡ Et
qđ dn̄ari ī cetera poſ
ſet: qđ in reliq̄ īperiū
hr̄et. oīa. n. pſtati homi
nis De⁹ ſubiecit. ❡ Il
le opifex reꝝ: piphra
ſis ē Dei. nā deus rerū
oīuꝫ ē auctor. ❡ Sedu
cta ſepata. ❡ Cogna
ti cęli: ſimī nati. Nā ter
ra una cū cælo ex illo
aceruo qđ chaos uoca
rūt. orta eſſe phibet.
❡ Quā ſatus Iapeto:
hoc ē pmethe⁹ Iapeti
fili⁹. q ſi fuerūt hoies,
falſū ē hoieꝫ primū a
pmetheo ex terra cuꝫ
aq̄ cōmixta fuiſſe for
matū. Sꝫ cū fabula ſit
minie mirādū ē ſi lōge
Effigies a ueritate abeſt. ❡ Fin
xit formauit ❡ In effigiē: ī ſilitudinē et imaginē. ❡ Mo
derātū. regētiū et gubernātiū. ❡ Prōaq; cū ſpectē. Col
ligit hominē ad imaginē & ſilitudinē Dei fuiſſe creatū.
cū. n. alia aīalia curua ſint ī terrā. hō ſol⁹ ore ſublimi ad
cęlūq; erecto pditus eſt: ut Deū ad cui⁹ effigiē creat⁹ ē.
aſſidue cōtēplet. & cęlū (unde originē traxit) ītueat. Vi
det aūt poeta ex ſcđo Ciceronis de natura Deoꝝ uolu
mine hī ſumpſiſſe. Ita nāq; illic ē ſcriptū. Ad hāc pūidē
tiā naturę tā diligētē. tāq; ſolertē q̄ adiūgi multa poſſūt
ex qbus intelligat. q̄tæ res hoib⁹ a Diis q̄q; eximiæ tri
butæ ſint. q primū eos humo excitatos celſos & rectos
cōſtituit. ut Deoꝝ cognitionē cęlū intuentes cape poſ
ſent. Sunt. n. ex terra hoies: nō ut icolæ & habitatores:
ſed q̄ſi ſpectatores ſuperaꝝ reꝝ atq; cæleſtium. quaꝝ
ſpectaculū ad nullū aliđ gen⁹ animātiū ptinet. ❡ Cęlūq;
uidere iuſſit. Sic Cicero in legib⁹ cum cetera animātia
abieciſſe ad paſtū. ſolū hoiem erexit ad cæli cognitio
Modo nē. ❡ Sic mō: hoc inqt modo terra. & ex illa reꝝ cōge
rie fuit educta. & hoies antea ſibi ignotos acceperit: ex
q̄uoꝝ uariis morib⁹ quatuor diſtinctę ſunt ętates: quę
a metalloꝝ noib⁹ fuerūt appellatę. ❡ Sic mō: nup. pau
lo ante. ❡ Sine imagine: ſine forma & facie. ❡ Induit:
accepit. ❡ Cōuerſa: in figurā eā quā habet cōmutata.

LAVI

S Anctius his animal mētiſq; capacius altę.
Ouidius pfecto iā mūdo & uniuerſis ani
malibus figuratis. ut in domū cōpaginatā
habitatorē īntroduceret. cum cuius gr̄a oīa
corpora creata fuerāt.
hominē ex luto a Pro
metheo ad īaginē dei Prome
dei ſcđm deſcribit. Fuit thei fa
āt pmethe⁹ (Varro. te bula.
ſtimōio) Iapeti ex aſia
nympha filius qui pri
mus hominē ex limo
¶ Senſu allegorico. tribꝰ ultimis ætatibus principa les eccleſiæ perſecutiones optime accipere poſſumꝰ. In prima ſiquidem (quæ tyrannorū fuit) martyres uelut argentū igne tribu lationibus & perſecutioni bus probati: & cōſtātię & ampliſſimaꝝ uirtutum ſplē dore emiſerūt. Secunda ꝑſecutione ab hereticis in hor thodoxę fidei documenta inſurgētibꝰ: ad hoīes catho licos peſtiferę doctrinæ uirus. ut ab aqua pęris mine ralia trāſeunte q̄ ea inficiūtur potati. mors emanauit. Hypocritaꝝ ſæuiſſimā in eccleſię filios perſecutionem iamdudū hac infeliciſſima tēpeſtate inchoatā. hoīes. n. uitia amplexi, ad explodendas ab orbe uirtutes coniu

Ferrum

rati uident̄ ſub filio ꝑditionis Antichriſto hypocritaꝝ principe conſumēdā. ętas ferrea ſignificat. Ferrum ſiq̄ dem & duꝝ eſt. & rubigini ipſum corrodēti obnoxiū. Hypocritæ & duriſſimi ac obſtinatiſſimi animi ſub ſi mulata ſanctitate cōprobant̄: & nefandiſſimis omniū ſcelerū ſordibꝰ ſint rubigīe fœdati. Heu noſtroꝝ tēpo rū calamitatē: in qua cōſumata hominū uidetur nequi tia. experiunt̄. Hypocriſeos autē homines labedetur patos acerrimis inter declamandum obiurgationibus æternū uerbū caro factum arguens. huius perditiſſimi ſceleris grauitatē innuit. Nos etiam in eos diſtichō cec inibus. Fallitur indoctum ficta ſub imagine uulgꝰ. Mē te Lychaonia fallitur omnis homo.

Raph. Opes Irritamentū

¶EFFOdiuntur opes: Lapillos ꝓcioſos: Auꝝ & argē tū opes appellat poeta. Opes aūt ducunt̄ ab ope Satur ni uxore: qua terra ſignificat̄: ut Pompeius ſcribit. ¶ Ir ritamenta malorū: incitamenta ac ſtimuli q̄dā ad mala perpetrāda. ¶ Iāq; nocens ferrū. ex eo nāq; conficiunt̄ enſes. q̄bus homines iterimunt̄. Ferrū aūt in Creta He ſiodus ſcribit inueniſſe eos. qui idęi Dactyli uocati ſue rūt. ¶ Ferroq; nocētius aurū: uere. Nam propter aurū adipiſcendū grauiſſima quæq;. fœdiſſimaq; ſcelera cō mitunt̄. Vnde Virgilius. Quid non mortalia pectora

Auri inuentor

cogis Auri ſacra fames? Auri autem metalla & cōflatu ram Cadmus phœnix inuenit ad pangæ montem: ut alii, Thoas & Eaclis in panchaia, aut Sol Oceani filiꝰ, cui Gellius medicinę quoq; inuētionem ex mella aſſi gnat. ¶ Quod pugnat utroq;: et ferro et auro. Victoria nāq; (ut Ariſtophanes inq̄t) ſolet in illis reſidere caſtris in q̄bus plus auri, peculiariūq; habet̄. Primi autē afri aduerſus aegyptios prælia feciſſe dicuntur fuſtibus: quos phalangas uocari Pli. ait. ¶ Sāguinea manu: ſan guinolenta: Bello aūt ut homini & manus & ſenſum ꝑ metonymiā attribuit poeta. Sic Virg. Furor impiꝰ in tus Sæua ſedens ſuprema: & centū uictus aenis poſt

Effodiuntur opes, irritamentamenta malorum.
Iamq; nocens ferrum ferroq; nocentius aurum
Prodierat: prodit bellum, quod pugnat utroq;.
Sanguineaq; manu crepantia concurit arma.
Viuitur ex rapto: non hoſpes ab hoſpite tutus:
Non ſocer a genero, fratrum quoq; gratia rara eſt.
Imminet exitio uir coniugis. illa mariti.
Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.
Filius ante diem. patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas, & uirgo, cæde madentes.
Vltima cæleſtum terras Aſtræa reliquit.

tergū nodis fremit horridus ore cruento. ¶ Crepitan tia: reſonantia. ¶ Viuit̄ ex rapto: rapina. ¶ Nō hoſpes ab hoſpite tutus: hoſpitem tā qui hoſpitio aliū ſuſcipit.

Hoſpes. Lurid

q̄ qui ſuſcipit̄ appellamus. ¶ Gr̄a: cōcordia. ¶ Lurida nigra ab effectu: ꝙ nigra corpa eoꝝ, q illa comederint

Acōitū

efficiunt. ¶ Aconita: ueneña. Nā acōitū herba ē. maxie uenenoſa ex ſpuma cerbe beri canis primū in cotibꝰ nata: unde & nomen acce pit. Nā ἀκόνη græce cotē ſignificat: unde Aconitū eſt deductū. ¶ Terribi les nouercæ: crudeles in priuignos. Nouerca autē

Nouerca

dr̄ (ut ſcribit Pompe.) quā quis liberis ſublatis nouā uxorem ducit: arcende fa miliæ gratia. ¶ Inq̄rit ī pa trios ānos, Vtꝝ. ſ. multos annos pater ſit uicturꝰ ab paucos ſortilegos filiꝰ cō ſulit. ¶ Victa iacet pietas. ſuperata inquit ab impie tate pietas contemnitur. Proprie autē pietas dicit̄ cul tus. quē Diis, patrię, parentibus ſanguine coniūctis de bemus. ¶ Iacet: in nullo eſt ꝓcio. ¶ Virgo Aſtręa. i eſt

Pietas Aſtræa

iuſtitia. q̄ aſtrei gigātis filia fuiſſe dr̄. ¶ Cęde: ſāguinis effuſione. Ab eo. n. q̄d ꝓcedit in q̄d ſequit̄ eſt intelligē dum. Cædes uero ꝓcedit: & ſanguinis effuſio ſequit̄.

LAVI. auaritia Philargiria

EFfodiunt̄ opes irritamēta maloꝝ. Auaritia: (quā græci philargiriā uocant) ſceleꝝ. oīum parētes. atq; effactrix: ab Ouid. ſcribit̄ Effo diunt̄ opes irritamēta maloꝝ: Auaritia ſiqui dē corpus animūq; uirilē effœminat. nullā; dat aīo q̄etē: modo huc modo illuc agit auarū. & rapit turbinis modo & ꝓcellæ. Cor auari ut mare uētis agi tatū fluctuat. nihil ſanctū habet, nil ęquū. nil iuſtū. nil charū ꝑter pecuniā. Nō ſeruat religionē erga dñm. nō pietatē in parētes. nō charitē in proximos. non in cęte ros dilectionē. ſed ſturbatis humanę ſocietatis officiis. oīa ad quæſtū: omnia ad cōmodū ſuū refert. Nullā. n. iuſtitiam ſeruare nullā colere pietatem nulla æquitatis iura tueri qui ardet auaritia. q habet rebus oībus pecu niam chariorē: & eruditiſſime. & uiriſſime cecinit Oui dius. ¶ Viuit̄ ex rapto. nō hoſpes ab hoſpite tutus, nō ſocer a genero: fratrum quoq; gratia rara. Et ut paucis multa cōprehenderet tandē intulit. ¶ Victa iacet pie tas & uirgo cæde madentes Vltia cæleſtū terras aſtręa relīq̄t: Iuſtitia ſiquidē auaritia ab hoīum ſocietate pul ſa eſt. Nunc experimur heu. nimiū uerā eſſe ſententiam qua dictū eſt pecunię obediūt oīa. Venalis iuſtitia. Ve nalis mulierū pulchritudo. Venalis deniq; facta eſt no ſtris tēporibus eccleſia. O peſtē truculentiſſimā. O aua ritia uirtutū præclariſſimarū ruinā. Quid enim non au deat auaritia? Quid tam nefandū: quod pecunię non perſuadeat cupiditas? O malorū omniū radix. O ido lorū ſeruiturē. O cęcū habēdi amorē. Tu iudā ab apo ſtolorum cœtu deieciſti. O iuda auariſſime ꝑ triginta argēteis magiſtro tuo crucē paras. Pro triginta argēteis iuſtū ſanguinē prodis. Pro pauxillulo prætio. Pro luto & harena dominū uendis. Pro creatura creatorē: qui tibi etiam non contemnēdæ auctoritatis doctorū ſen tentia: euchariſtiā ſuis ſanctiſſimis manibus tribuit: q te numerum apoſtolatus aſciuit. Qui per uniuerſū or bem prædicaturum: incarnati uerbi euangelium mi ſit. Videte obſecro: quę germina. qui fructus de ſtirpe

naſcantur auaritię? Siccine ingrate diſcipule tāti bene
ficii uicē reddis? Siccine totius mūdi recognoſcis aucto
rem? Excuſentur iamiam uel minori ſaltem culpæ ſub
iaceant. Traſylaus. Eucāpida. Mirtis. Euxitheus. Tra
ſylotus. Ariſtatus. Cinarchus. Prodor⁹. Onometa &
Biparc⁹. Qui Theſſallos. Archades. Argiuos. Elięſes.
Meſſanios. Siciōios. Co
rinthyos. Megarenſes.
Thebanos. Euboios ſuas
patrias prodiderunt. Illi
enim in hoſtium manus:
& remterrenā. & regnādi
dedidere cupidineȝ. Sed
impius & ſcelerat⁹ uidas.
(O infandum ſcelus. O in
auditum facinus. O rem
tragœdia dignam) mun
di dominum & mercat &
prodit, rem proculdubio
ſceleſtā. facinoroſam. mō
ſtruoſam. Sed non intelle
xerat miſer iſte q̄ prope
ad auſtraleȝ plagam loc⁹

> Neue foret terris ſecurior arduus æther,
> Affectaſſe ferunt regnum cæleſte gigantes,
> Altaq; congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes:
> Tum pater omnipotens miſſo perfregit olympum
> Fulmine. & excuſſit ſubiectum Pelion Oſſæ.
> Obruta mole ſua cum corpora dira iacerent:
> Perfuſam multo natorum ſanguine terram
> Immaduiſſe ferunt, calidumq; animaſſe cruorem:
> Et ne nulla ſuæ ſtirpis monumenta manerent:
> In faciem uertiſſe hominū: ſed & illa propago
> Contemptrix ſuperum, ſæuæq; auidiſſima cædis,
> Et uiolenta fuit, ſcires e ſanguine natam

ſe offerebat Acheldemach: ubi erat paulopoſt (exem
plo Aman & Achithophel) ſuas fauces perſtricturus.
Nō intellexerat quod de ipſo ante prænunciatum fue
Pſalm⁹ rat. Lacum aperuit & effodit eum & incidit in foueam
quā fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: & in uer
ticem eius iniquitas eius deſcendet. Auaritiā igit̄ o prī
cipes. o prælati. o uiri quæ ad ſtigios amnes ducit ablu
cite: mundum & quę mundi ſunt ingenti animo conte
nite: non hic perpetuo manēdū, alia quærenda eſt uita.
Vbi diuitiæ. ubi uoluntatis perfecta fruitio. ubi diuini
tatis ab intellectu clara uiſio.

NEVE foret terris. Gigātes uatiſſimorū corporum
Raph. homines terrę filii ſine patre pedes ſerpētinos habētes
non cōtenti cędibus terras fœdaſſe: in tātū furorem ue
nerūt. ut e cælo Iouē depellere ſint conati. Montes. n.
montibus imponētes uiā ſibi munierāt. qua Iouē cæ
lo detraherēt. Sed Iuppiter fulminibus & gigātes inte
remit: & montes in uarias orbis partes deiecit. Qui ue
ro montium ceciderūt in maria: iſulę ſunt factæ: ut Du
ris ait. Qui aūt in terrā permāſere mōtes. E terra autē
gigantum ſanguine madefacta nati feruntur homines
ſanguinarii ac cædibus maxime gaudentes. Gigantes
aūt (ut ſcribit Macro.) qd aliud credēdū eſt fuiſſe q̄ ho
minum quādā impiam gentem Deos negantē, & ideo
æſtimatam Deum pellere de cæleſti ſede uoluiſſe. Gi
gantes autē dicti ſunt παρὰ τὸ ἐκ τῆς γῆς γενέσθαι hoc
eſt ex eo ꝙ ex terra exierint: ut ſcribit Orpheus in. viii.
ſacri ſermonis οὓς καλέουσι γίγαντας ἐπωνύμον ἐν
μακάρεσσιν. οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρα
νοῖο. Illud nō eſt ignorādū Lyciam fuiſſe appellatā gi
gantiā, & gigantes illā habitātes. Arduus æther: altū
cęlū. Affectaſſe: pprie dixit. Nā affectare ſignificat
aliqd nimium appetere: qd aſſequi nō poſſis repugnā
affectare te natura. Olympū: mons eſt Macedoniæ Olymp⁹
Olym altiſſimus: iterdū tn̄ p ipſo cælo ponit: quaſi ὁλολαμ
pus πὴς hi eſt totus lucens pp aſtra quibus illuſtratur. Vn
Excutere de Olymp⁹ Iuppiter fuit denominat⁹. Sex aūt Olym
Pelion pi eſſe phibent. Macedoniç. Theſſaliç. in quo ē tolym
pia fuiſſe celebrata Apollodorus ait. Miliæ. Ciliciæ.
Elidis. Archadię. Excuſſit: quatiēdo deiecit. Pelię
Oſſę, mōtes ſunt Theſſalię notiſſimi. Obruta mole
Oſſa ſua: oppſſa ſua uaſtitate: magnitudie ac pōdere. Dira

corpa: crudelia a deo♃ ira miſſa. Vnde & diræ furiæ
dicuntur. Natorum ſanguine: nam gigātes terrę filii
fuiſſe dicuntur. Calidum animaſſe cruorem: hoc eſt Anima
aīam calido cruori imiſiſſe. Et ne nulla: & ut aliqua
memoria ſuę plis maneret ac reſtaret. Duas. n. negatio
nes in affirmationē cōuerti certū eſt. Monumēta ſuę
ſtirpis: Memoria ſuę pro Monu
lis. Monumētū. n. dicit qc mentuȝ
qd ad poſteritatis memo
riā conficit. Stirps autē cū
prolē ſignificat. fœminini Stirps
eſt generis: cū radicē trun
cūue ſignificat. incerti. Vir
gilius. Imo de ſtirpe reci
ſum. Horatius. Stirpeſq;
raptas & pec⁹ & domos.
In faciem hoīum: in fi
gurā humanā. ac deniq;
in homines: non in ſimias
(ut quidā putāt) id qd fa
cile ex iis quæ inferuntur
colligi poteſt. Neq; enim
ſimiæ. aut deoruȝ ſunt cō
temptrices. aut cædis auidiſſimę. aut uiolentæ. Quare
intelligamus terrā gigantum ſanguine madefactā: in
homines crudeles. gigantumq; ſimiles fuiſſe cōuerſaȝ.
Se & illa propago Cōtemptrix ſuperuȝ: ueruȝ inqt
etiam illa progenies. quę ex ſanguine gigātū orta eſt.
impia fuit in Deos ab omniq; humanitate, æquitateq; Propa
aliena. Propago autē (quę & propages dicitur) cum ui go
tem uetulam terra obrutam ſignificat. ut ex una plures
fiant. primaȝ producit ſyllabā. Vir. Flexos propaginis
arcus. Cum uero progeniem demonſtrat. eandem cor
ripit. Virgi. Si Romana potens itala uirtute propago.
Hinc fit propagare. uerbū. quod ſignificat uitem uetu
lā ſupprimere: ut ex una plures nouellæ fiāt. Interdū
extēdere genus ac dilatare ſignificat. Scires: ſcire poſ Propa
ſes ex auiditate cędis ex gigantum ſanguine genitam gare.
eſſe. Eſt autem figurata locutio. A tertia nāq; perſona
ad ſecundam eleganter fit tranſitus.

NEue foret terris ſecurior ardu⁹ ęther: Affe LAVI.
ctaſſe ferunt regnū cęleſte gigātes. Gigan Fabulo
tes uatiſſimorum corporum homines ali ſum nō
quādo fuiſſe: & Moſes in ſacra hiſtoria. & eſt gigā
Ioſephus in antiqtatib⁹ ſcripſerit, ac ſuis tes fuiſ
carminibus cecinere poetę ſacrę ſiqdē litteræ de his al ſe
tiſſimę ſtaturę uiris ita teſtant. Gigantes erant in die
bus illis ſuper terrā. In deuteronomio etiam de hoc re
ge Baſan gigante moſes meminit fortitudinis cui⁹ (Io Ioſeph⁹
ſephi in quarto antiquitatū libro ſententia) & magnitu
dinis ſunt experti. qui lectum eius uiderunt in ciuitate
Rabbata regni Ammanitidum factum ex ferro: qua
tuor cubitorum latitudinem habentem longitudinem
duplicem: & uno cubito fortiorem. Gigantis etiaȝ illi⁹ Golias
de quo regis pſaltes Dauid in balearis ſaxoſo uerbere
funde & baculo triumphauit: corporeaȝ magnitudinē
(ſacro teſte eloquio) ſex cubitorum & palmi unius fuiſ
ſe notiſſimum eſt. Aurelius etiam doctor Auguſtinus
in decimoquinto libro de ciuitate Dei de gigantuȝ pro auguſti
ceritate ita ſcripſit. De corporum magnitudine: plerſq; nus.
incredulos nudata per uetuſtatem. ſiue per uim flumi
num uarioſq; caſus ſepulchra cōuincerunt: ubi apparue
runt uel unde ceciderunt. incredibilis magnitudis oſſa
mortuorum. Vidi ipſe non ſolus. ſed aliqui mecū in uti
cenſi littore molare hominis dētē. tā ingētē: ut ſi in no
ſtrorum



ſtrorum dentium modulos minutim concideretur: cen
tum nobis uideretur facere potuiſſe. Sed illum gigan
tis alicuius fuiſſe crediderimus. Nam propter ꝙ erant
omnium multo maiora q̄ noſtra tunc corpora gigantes
longe cæteris ante ibant. Sicut aliis deinde noſtriſq; tē
poribus (rari quidē) ſed nunq̄ ferme defuerūt. qui mo
Ci. iii. dum aliorum plurimū excederent. Plinius quoq; ſecū
dus uir doctiſſimus (Auguſtino referente) quanto ma
Plinius gis magiſq; preterit ſeculi excurſus. minora corpora na
turam ferre teſtatur. Quod etiam Homerum comme
morat ſępe carmine fuiſſe conqueſtū: nō hęc uelut poe
Home tica figmenta deridens. ſed ita hiſtoricam fidem: tanq̄
rus miraculorum naturalium ſcriptor aſſumens. Virgilius
Virgi. deniq; corporum magnitudines. priſcoruȝ temporum
ętate longe ampliores q̄ ſint noſtra tempeſtate (cum de
ingenti lapide: quē in agrorum limite infixum Turn⁹
pugnans rapuit, ſcriberet) fuiſſe uoluit. Saxuȝ antiquū
ingens campo qui forte iacebat Limes agro poſitus, li
tem ut diſcerneret aruis. Vix illud lecti bis ſex ceruice
ſubirent qualia nunc hominum producit corpora tell⁹
ille manu raptū trepida torquebat in hoſtem. Significa
uit. n. Virg. maiora tunc corpora q̄ nunc ſolere tellureȝ
producere. De horum autem procerę magnitudinis
hominum origine, & poetarum & doctorum uaria eſt
in primis opinio. Poetarum ingenioſiſſimus Pelignus
uates. ex Titanorum ſanguine a ioue interfectoruȝ &
terra natos teſtari uidetur. Alii Titāi & terrę filios di
xerunt. Nonnulli a terra ſine patre genitos ſcripſerunt
Ioſep. Ioſephus in antiqtatibus iudaicis ita teſtatus eſt. Mul
ti angeli Dei mulieribus coeuntes iniurioſos filios ge
nuerunt: qui omne bonū deſpicientes ppter. cōfidētiā
fortitudinis. ſimilia his qui dicti ſunt a græcis gigantes
perpetrare traduntur. Cui opinioni Lactantius & Eu
ſebius de pręparatione euangelii lib. vii. aſtipulari ui
dent. per angelos Dei Dęmones incubos & ſuccubos
intelligi uolentes. Pręclariſſimo autem Aurelii & Au
guſtini in elaboratiſſimo de ciuitate Dei opere teſtimo
monio. Multi ſe exptī uel ab expertis audiſſe ɔfirmāt
Siluanos & Faunos (quos uulgus incubos uocat) impro
bos ſępe extitiſſe mulieribus. & earū expetiſſe concu
bituȝ areq; peregiſſe. Vn̄ hoc negare impudentię uide
tur. Si tamē ex Dęmonum concubitu nōnulli aliquan
do naſcant. Non hoc ex ſemine ab eis aut a corporib⁹
aſſumptis deciſo, Sed ſemine alicui⁹ hominis a dęmo
Augu. ne ad hoc accepto, pcedit. Nōnunq̄ enim dęmō. qui eſt
ſuccubus ad uirum. fit incubus ad mulierē. & ſemen ac
ceptum ad hominis generationem. ſicut & aliarum re
rum ſemina ad aliquarum re♃ generationem (ut teſtat̄
Auguſtinus tertio libro de trinitate) aſſumit. Homo au
tem eo modo genitus: non dęmonis. ſed hoīs. a quo ſe
men eum acceptū pr̄ filius. Qđ ēt de gigantuȝ origine
Moſes ſcripſit. Vidētes filii dei filias hominū ꝙ eſſent
Gen. vi pulchrę acceperunt ſibi uxoris. Poſtq̄ ingreſſi ſunt filii
dei ad filias hominū: illęq; genuerūt. iſti fuerunt potē
tes a ſeculo uiri famoſi. Auguſtini determinatiōe ſic ac
cipiendū eſt: non illos ita fuiſſe dei angelos (quo nomi
ne etiā aliquādo ſacro teſtāte eloquio hoīes uocati ſūt)
ut homines nō eſſent, ſicut quidā arbitrātur. ſed hoīes
proculdubio fuiſſe ſcriptura ipſa ſine ulla ambiguitate
(ut uult Auguſti.) declarat. Filios aūt dei, filios Seth
accipere poſſumus hoīes ſiquidem ex Seth geniti dei
dicti ſunt filii: cum ob legitimos deo impēſos honores
tum ob iuſtitiæ uirtutuſq; ornamenta: & uitę ſanctimo
niā ac ſimplicitatē, i qua aliquādiu uixerūt. priuſq̄ filia
bus hominū, ex Cayn ſcilicet deſcēdētiū, laſciuię & lu
bricati dediſſimis coniugio: qđ Seth ex dei uoluntate

prohibuerat, iungerentur. Hos autē gigantes ut fabu
lam referamus. & corpo♃ pceritate. & pedibus ſerpē
tinis admirandos adeo furiis agitatos ſcripſere poetæ Gigātū
ut iouē e cælo pellere conarentur. Montes ſiquideȝ mō fabula
tibus imponētes. uiā ſibi parare uidebant qua iouē cæ
lo traheret. ipetū igitur Typhoeo duce in Iouē alioſq;
Deos facientes. eos adeo terruere. ut eos in ægyptum
uſq; fugere coegerint. ubi ſe Typhoei metu i uaria aīa
lia (ut in quinto huius operis libro ſcribit Ouidius) con
uerterūt. Mutati ſunt igitur Dii in uaria animalia. Iup
piter in arietē. appollo in coruum. Bacchus in capram.
Diana in felem. Iuno in naccā. Venus in piſcē. Mercu
rius in ibin. Inde factū eſt. ut aegyptii multa animalia
pro diis colāt. Quo♃ cecitatē Iuuenalis & Fulgentius.
tm̄ irridēs ait. Quis neſcit uoluſi Bithynice q̄lia demēs
aegyptus portenta colat. Tandē Iuppiter gigantes &
fulminibus interemit & ad inferos detrubit: ut in ſexto
aeneidos meminit Virgilius. Hic genus antiquū terræ
Tytāia pubes Fulmine deiecti. fundo uoluūtur i imo.
Typhoeuȝ Iuppiter fulmine proſtrauit: & ad eius op
primēdā ſuperbiā corpori (ut uoluit Ouidi⁹) trinacriaȝ
uaſta gigāteis iniecta eſt inſula membris, Virgilii uero
ſentētia inarimē ipoſuit. Tum ſonitu prochyta alta tre
mit; durumq; cubile Inarime. Iouis ipetus ipoſita Ty
phoeo. Terram autē gigantum ſanguine madefactā
in homines. haud parentibus diſſimiles fuiſſe conuer
ſam uoluit Ouidius. Hiſtoria fuit. Iouem Cretēſem
duo inſignia bella geſſiſſe. Primū cum Titanis. ut parē
tes uinculis detentos liberaret. Alterum cum parente Virgil⁹
ſuo Saturno, mortem eius moliente: & nonnullorum Trica
teſtimonio apud phlegram Theſſalia locum conflictū ria
eſt Gigantes autem montes mōtibus impoſuiſſe dicti
ſunt, cum & arces in montibus & turres erigāt pugnā
tes: ut celum. regnum ſcilicet occupent: quę omnia tan
dem a uictore deiciuntur. ut a Ioue factum eſt. Qui cū
a Titanis eſſet bello laceſſitus. & montem occupaſſet
a montis & alto & eminenti loco: inſurgentes ab īferio
ri loco hoſtes facile repellebat. Inde fabulę datus eſt lo
cus: ut Dii ſuperiores dicerentur: inferiores uero terri
genę. Et quia de humillimis ad ſumma reptabant. pe
des ſerpentinos habuiſſe dicti ſunt. Quod deniq;
metu typhoei in aegyptum mutatis formis aufugerint
Dii Senſus phyſicus talis eſſe poteſt. Nam pro typho
eo qui terrę fuit filius. terra ipſa intelligenda eſt: & po
tiſſime ea pars. quæ a Gallis ſub ſeptentrione (Gallia
quippe oīs. Cęſaris in cōmentariis teſtimonio. ſub ſe
ptentrione eſt) incolitur: a qua dii Sol ſcilicet per quem
ut Macrobio placet in libro Saturnaliorū reliqua deo
rum multitudo intelligenda eſt. tunc autē fugiunt quā
do ab ęquinoctio autumnali uerſus antarcticum po
lum. Sed declinare incipit. qui tunc elongatur a terra. a
regione noſtra. ſ. qui ſeptētrionales ſumus: & in auſtrū
tendens ſeu regiones auſtrales. uī tendere ī aegyptū,
Deus autem formas mutaſſe ab Ouidio ſcriptum eſt:
ut rerum per ipſos deos deſignatarum. uarias ſub ani
malium figura proprietates explicaret. Iuppiter ergo Iuppi
in arietem mutatus. planetæ ſui nominis naturam de ter
monſtrat. aries ſiquidem eſt animal & manſuetum &
benignum: nemini ſi in quiete ſua permittatur infeſtū.
Præterea utile plurimum. Nam ad prolem procrean
dam maximo pecudum gregi ſufficit: & non ſolum uir
gregis eſt: ſed dux etiam: ſi enim abſit paſtor. ipſe ſe
paſtorem pecori præuium offert. illudq; itinere recto
reducit in caulas, quæ Ioui conueniunt. Eſt enī plane
ta benignus & mitis: niſi coniunctione alterius depra
uet. Eſt etiam utilis, quia maturos fœtus mulierū mo

uetad exitum:& emittit in lucem.omneſq; iuuat,ut ipſum nomē ſonat.ſic & dux grecis, Rex ſcilicet & dominus deorum:ut deluſa credidit antiquitas. Solē in coruū ea cauſa uerſum finxerē ueteres. Namcoruus quādam uim pręſagiendi a gentilibus habere creditus eſt: & quia Sol diuinationis (Virgilio teſte: Sol ubi ſignā dabit ſolem quis dicere falſum Audeat) dictus eſt deꝰ eidem coruū conſecrauere. qui(ut dicit Fulgentius) ſolus inter aues habet.lxiiii. uocis mutatiōes.quā ob cauſam auguribus antiquis erat in auguriis captādis auiū grauiſſima. Bacchus in capra mutatus.uinum immoderate ſumptum dat intelligi. Vinum ſiquidem homines potatos:& olidos ut capras.& petulcos ac laſciuos reddit. Vini etiam uapores ad cerebrum aſcendētes & rationem obnubilant.unde homines calore aucti animoſiores efficiātur.& ad ſublimiora ac celſiora queq; hyrcino more contendant. Luna in felem mutata fingit.ut eius motus uelocitas deſignetur. Iuno autem in candidam uaccam ideo mutatam uoluere. qua uacca fertile ſit animal. Tertia etiam,quam Iunonis nomine nōnulli intelligunt:fertilis ſit & candida.cum niuibus hyeme tegitur. Quod Venus piſcis affecta ſit eius humiditas. ſeu quod humiditate urgeat Venus oſtenditur. Mercurius autē ibis factus dicitur.eo q Cyconia ſocialis auis ſit.ex quo Mercurii conuenientia cū omnibus deſignatur:& uti ſerpentum hoſtis Cyconia eſt.ſic aſtutiarum diſſipator Mercurius.¶ Hac giganthomachia ſenſu allegorico.multiplex ſacrarum litterarum deprehēdi poteſt hiſtoria. Perpulchre ſiquidem ſuperbos illos ſpiritus gigantes in Iouem inſurgentes ſignificant. Fuere enim homines Titani & terræ filii. Angeli & ab eo. qui Sol dicitur:& qui terris imperat. cæteris creaturis. ut gigantes cæteris hominibus excellentiores altitudinis naturæ ſunt creati duce typhoeo in Iouem impetū gigantes facere. Angeli ſuperbi a Lucifero incitati. eius peruerſæ uoluntati aſſentiendo adhærentes. æternā felicitatem ſine meritis conſequi uoluerunt. Aſcendam in cælum & ſimilis ero altiſſimo. Gigantes a Ioue fulmine deiecti ad inferos detruſi ſunt. Tiphoeo durīcęnā iniectam uoluit Ouidius, Lucifero in uinculū a ſummo omnium rerū opifice coniecto:non ſolū ætna ſed orbis uniuerſus ſuperpoſitus eſt.cū inferi in centro terræ(prophetæ teſtimonio. Eripuit animā meam de inferno)inferiori aſſerantur. Nihil eſt enim centro inferius. Et Dominus inter declamandum dixit:q filiꝰ hominis futurus eſſet tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ. Cētrum autē ita eſt in medio terræ:ut cor in medio corporis. Licet enim omnia grauia ad centrū grauitatis naturali inclinatione tendant.& terræ ſoliditas concauitatem naturaliter non patiatur: nihilominꝰ diuina potentia eſt ibi concauitas.cum theologorū & poetarum ſententia ignis corporeus apud inferos exiſtat:quo ſuperbi angeli omnes poſt tremēdi iudicii diē (nonnulli ſiquidem in hoc aere caliginoſo ad iudicium uſq; ut in carcerem ſunt relegati) & infelices damnati homines cum corpore & anima cruciabuntur. In infima igitur & abiectiſſima naturæ loca.ſuberbi ſpiritus deiecti.conuenientiſſimam ſuæ ſuperbię pœnam acceperunt:ut qui ſupra cæteros ſeſe extollere tentabant. infra cæteros iacerent. Fulminatos autem Dæmones ſub gigantum nomine ingenioſiſſime ſcripſit Ouidius: cum ſacra etiam euangelii doctrina de luciferi caſo loquens intulerit. Videbam Sathanam ſicut fulgitur de cælo cadentem. Gigantibus etiam Iouem cælo pellere uolentibus. primi humani generis parentes. quibus Moſes callidum & mendacem in ſerpente lautantem Luciferū ſua peculiari uerſutia ut eos ab innocentia deiiceret.dixiſſe ſcripſit. Eritis ſicut dii.ſcientes bonum & malum. Elatus autem Adā(ut Auguſtino placet)ſuaſioni ſerpentis obediens preceptum cōtempſit: eiuſq; menti inſuit amor quidam proprię poteſtatis & quędam de ſe ſuperba preſumptio. Non incōgrue igit in deum quemadmodum gigantes in Iouem inſurrexiſſe dicuntur.cum gigantes cum diis pugnare (Cicerone teſte) aliud non ſit q naturę repugnaſ. Quid autē obſecro magis naturę repugnat:q creatori a quo natura dependet non obedit:q naturali rationis lumine ſpreto affectui ſenſibili morem gerere? Quę omnia primi parentes nō ſolū Moſi ſed Ouidii ſententia perpetraſſe feruntur. Moſes. Eritis ſicut dii ſcientes bonū & malum. Quod Ouidium non latuit.¶ Affectaſſe ferunt regnum cæleſte gigantes. Ex giganteo deniq; parente ſuperbo ſcilicet & peccatore peccatrix orta eſt poſteritas. Ex terra gigantū ſanguine madefacta: progeniem parentibus nō diſſimilem ortā fuiſſe uoluit Ouidius. Obruta mole ſua cum corpora dira iacerent Perfuſam multo natorum ſanguine terram Immaduiſſe ferunt.calidumq; animaſſe cruorem &c. Primus parens peccator factus & totam poſteritatē peccato obnoxiā reddidit: & Cayn fratricidam genuit.cuius ſucceſſio cunctis ſceleribus:ac ſi ex ſanguine.peccato ſcilicet ortum trahens non degeneraſſet a radice(ut ingenioſiſſimus poeta noſter deſcribit Ouidius)fuit dedita. Sed & illa propago. Contemptrix ſuperum:ſęueq; auidiſſima cædis. Et uiolenta fuit,ſcires e ſanguine natam. Gigantes etiam robuſtiſſimum illum uenatorem nō ferarum ſed hominum impreſſorē & extinctorē:cui( Moſi ſententia)Nembroth nomen erat & eam impiam gētem,quæ turrim,cuius edificatio in cælum altitudinē molis extolleret in deum erigendam excogitauit: ſignificant. Temeritatem quoq; huius gigantis Nembroth ex Cham deſcendentis.ac ſociorum, Ioſephus uir doctiſſimus in primo libro antiquitatum his uerbis reprehendit. Fecit homines eſſe alatos ad iniuriā dei & cōtemptum Nembroth filius Cham filii Noe. Qui cum eſſet audacior & manu fortiſſimus ſuadebat eis. ut nō deo aſcriberent:quia ſ.hominibus per illū felicitas eueniret.ſed q eis propria uirtute præberet: & cognatos generis ſui ad cauſam tyrannidis adduxit,ſolus ipſe p̄ſumens homines a Dei timore reuocare,& ſpem ſuam in propria uirtute reponere ulciſciq; ſe demētes in deū putabant interminantem ferre diluuiū terræ. Ob quā cauſam turrim altiorem ædificandam ſuadebat. ubi aquæ non poſſent aſcendere. Multitudo autem prona erat,ut Nembroth præceptionibus obedierent: grauē putantes ſeruitium obſequi Deo:& turrim ædificabāt in nullo ſua ſtudia deferentes. Sumebat ergo altitudo facilitatem.& pluſq ſperare quis poſſet. multis manibus fabricata creſcebat. Latitudo tamen ita erat fortiſſima.ut prope eam reſpicientibus. longitudo uidereſ imminui. Aedificabant autem ex latere cocto colligato ex bitumine,ne forte penetrareſ ac ſolueretur aqs. Sic illos inſanientes Deus intendens.exterminare omnes non decreuit(quomodo necaliis dudum perditis formidabant)ſed diſcordiam illis immiſit diuerſarū linguarum.cum prius omnes homines unius uocis exiſterent.ut per multas abſonaſq; uoces intellectu carere potuiſſent. Locus autem in quo turrim ædificabant nunc Babylon prius Sennaar uocatur: dicta propter confuſionem,quam circa locutionem ſuam tunc habuerunt. Hæbrei namq; Babel confuſionem appellabant. Sic illa conſpiratio diſſoluta eſt.cum quiſq; ab eo quem non

Soli corui
Bacchus in caprā
Luna in felem
Iuno in uaccam
Venus in piſcem
Mercurius in Ibin
Sēſus allegoric?
Luce.x.
Gē.iii.
Homerus
Virg.
Ioſeph.
Ioſephus
Augu.
Gē.xi.

quem non intelligebat aſcenderet.nec ſe niſi ei cū quo loqui poterat aggregaret.& per linguas diuiſæ ſunt gētes;diſperſęq; per terras quę tandem in unitatē fidei ab apoſtolis uariis linguis loquentibus cōgregatę ſūt. Hanc autem Nembroth giganthomachiā & turris erectionem pulchre deſcribit Ouidius. Montes ſi quidē montibus gigantes impoſuiſſe uoluit. Nembroth & ſocii lateres lateribus addebant.uel etiam tunc montes montibus impoſuiſſe dicti ſunt:cum ſuperbum ſuperbo.elatum elato( Moſe ſcribente. Venite faciamus nobis ciuitatem & turrem cuius culmen pertingat ad cælum) ad turris conſtructionem aggregauerint. Gigantes fulmine tactos teſtatus eſt Ouidius. Ira dei quę fulmine magis timenda eſt. Nembroth eiuſq; ſocios, fulminauit:cum eorum linguas in ſuę temeritatis pœnam confundit in diuerſas orbis partes Iouem montes deieciſſe ueteres tradiderunt. Summus omnium opifex deꝰ occulto quodam iudicio,hanc elatam gentē. rectiſſime per montes.in altum ſe tollentes deſignatam diſperſit. Et gigantum ſanguine ortam progeniem Deorum cōtemptricē dixit Ouidius. Ex nēbroth ac eius ſociis in uarias orbis partes ſeparatis nati ſunt idolorum cultores qui maxime deum contēnere dicti ſunt cum honorem deo debitum impenderent creaturę.¶ Senſu tropologico Gigantes(Macrobii teſtimonio:quid aliud credēdum eſt fuiſſe q hominum impiam gentem Deos negantem.& ideo exiſtimatam Deum pellere de cæleſti ſede uoluiſſe) unumquemq; utriuſq; reipublice Chriſtianę ſuperbum,& ambitioni deditum principem nō incongrue repreſentant. Principum ſiquidem nonnulli dominandi cupiditate irretiti montes montibus tūc impouere dicuntur.cum propriis non contenti. & finitimis & remotis nonnunq bella inferunt:& principatū principatui coniungentes.ſubditorum bona diripiunt ſibi quoq; omnia licere arbitrantur. Qui deum ignorare facile conuincuntur.cū aliam uitam a mundana eſſe non credant.& Deum ſuę impietatis punitiorem non expectent. Nam ſi crederent:tantorum ſcelerum turpitudine animam non fœdarent. Quis enim ſua eloquētia explicaret.quantum Chriſtiani ſanguinis.ea regnādi libidine fuſum ſit. Quot uirgines deo ſacratæ fuere ludibrio. Quot ueteres ciuitates diruptæ. Quid enim bella cōmodi pariant,ſacrorum locorum oſtendūt ruinæ.non iam turci pro delenda religiōe chriſtiana bella mouent. Principum chriſtianorum diſcordię ( proh Deum atq; hominum fidem)quantum Chriſti reipublicæ exterminio fuerint noſtra infelici tempeſtate experimur. O crudeles tyrannos. O gentem cæcam. O truculentam ambitionem. Quid enim eſt adeo ihumanū adeo ſceleratum.adeo execrandum:q in eos ferarum more ſęuire.pro quibus Chriſtus homo factus ſanguinem non dubitauit effundere? O effrenatam hominū ſuperbiam. O gigāteos mores. O cæcum habēdi amorem.qui nec uiduis parcere.nec pupillos fouere.nec uiros ſacratos reuereri:homines cæteris præeſſe ſpretis iuſtitię legibus uolentes.inducit. Hęc imperandi ſuperbia.ſocietates ſanctiſſimas dirimit. Bella iter homines excitat. Arces munitiſſimas euertit: Vrbes quamplurimas & domos diruit. Hęc cuiuſq; ſtatus quietem peruertit.uariis curis uexat pectora nec rebus mediocribꝰ homines ſinit eſſe contentos. Hęc prima inter gentes domina. Hęc imperia excogitauit. reſpublicas peruertit nec tamen animus dominandi illa rerum mundanarum copia ſatiatus quieſcit. Nā quemadmodū gigātes montes montibus imponebant.ſic hi regnandi gloria illecti dominiū dominio,principatum principatui aggregant:quos tandem(ut diuinę legis cōtemptores)Deus optimus maximus a terreni ſtatus eminentia: ad inferos(ut de gigantibus fabulanſ poetę)detruſit. Eccleſiaſticę deniq; reipublicę ſacrorum uirorū nonnulli giganteos mores imitati:montes montibus imponunt. cū dignitatem dignitati.beneficium beneficio. epiſcopatum epiſcopatui.abbatiam prioratui aggregant:ut lōgo clientum ac famulorū agmina ſtipati incendant:ut eis ſumptuoſa ſint conuiuia.epulę magnificentiſſimę:uaria undiq; quæſitorum ferculorum genera:pocula exquiſita: uaſorum aureorum & argenteorum copia:ueſtium crebra mutatio palatia ingentia:peregrinis marmoribus. pariis columnis.elaboratis teſtitudinibus. lapidibꝰ politis.& uariarum imaginum cęlatura inſculpus extructa. Vt hi ſuperbi gigantes naturæ fragili repugnātes aliam hac excepta uitam non credere conuincatur. Mutant ſiquidem quadrata rotundis.ut malorum monumenta delentes ſuam & non prędeceſſorū poteſtatis memoriam relinquant. Nihil autem de animarum cura eorum fideicōmiſſa ſolliciti.ſolum redditus quęritis iam non de ſubditorum moribus.patroni ſuarū eccleſiarum nomine:apud eos eſt.ſed de cenſibus quęſtio. Vt illud Satyrici poetæ eis optime conueniat. Protinꝰ ad cenſum.de moribus ultima fiet. Quęſtio. Ad ea ſiquidem hac infelici temporum conditione deuentum eſt demetiam.ut eos mundus celebriori fama extollat. ampliori laudum cumulo proſequatur.quos pluribus dignitatibus(& ſi cum animæ periculo)abundare didicerit. Qui cum ſeipſos regere nequeant,quo pacto cęteros dirigant experimur. O perdita tempora. O corruptos mores. O inanes hominum cogitationes. O rem ſceleratiſſimam:eos qui cæteris dati ſunt in doctores in magiſtros,in ſpeculum.adeo omnium ſcelerū labe deturpari.ut iam his quibus deberent eſſe in exemplum facti ſint & in ruinam & in ſcandalum. Quis nunc de te obſecro o homuntio, ex cœno & luto cōpoſitę,apud tibi ſubditos ſermo habetur? Te omnia aiunt poſſidere. Te in hoc exilio hortos delitiarum( ut alterā paradiſū ) plantare. Aedes ſuperbiſſimas. deductis terra pelagoq; marmoribus erigere. Tecta magnifica maurare. Aedium culmina mobilibus ad uētorum arbitriū uexillis decorare. Picturis & uenatoriis & lenonū,meretricumq; laſciuiis prurientibus parietes ueſtire: econtra Dei ædes negligere. nec de tua,nec de eorum ſalute ſollicitum eſſe:eoſq; potius in Scyllam & Charibdī q ad portum deducere. De corporeis uoluptatibus & luxu.non de animarum ſalute curā gerere in domibus ornatiſſimis moram trahere. Chriſti uero eccleſiam ſitum ducere. Hęc de te uulgus prędicat. An euangelium Chriſti & apoſtolorum doctrina te illa facere, de quibus populus(& longe ante eos Deus)queritur docuerunt? An talia ſanctorum patrū fuerunt eccleſiaſticis uiuendi inſtituta? An talem uiuendi normam præbuerunt? O te miſerum.o infelicem. Dic queſo ubi gentiū legeris aliquem.cuius uitā ita uiuens ſequeris.ſanctorum cathologo aſcriptū? Quem obſecro uniuerſalis eccleſia populis uenerandum approbauit:incompaſſibilibus dignitatibus inſignitum:cui titulus ( quo tantum extolleris)fuerit epiſcopi & abbatis? In Euſebio Cęſarienſi plerumq; me legiſſe meminit:epiſcopi.& martyris:epiſcopi & cōfeſſoris:abbatis & cōfeſſoris:uirū aūt epiſcopi & abbatis nō ſeinuicē cōpatientibus eccleſiaſticis dignitatibus,nec doctorū pater Hieronymꝰ. nec uenerabilis Beda:licet pleraq; ſacrorū uirorū geſta ſanctiſſima cōſcripſerint iter ſanctos retulerūt. Eā ob rem maiores noſtri ad cęleſtes theſauros anhelantes. mūdi

Senſus tropologicus
Horatꝰ
Iuuenā.

ſuſus diuitias magno animo contempſerunt: nō aſſen-
tationibus. non ambitione. non arte. non largitionibus.
non ſimulatiōe magiſtratus in eccleſia Dei & prælatu-
ras aucupantur: ſed uocati a deo tanq̄ Aaron ad aliorū
curam: non tanq̄ ad iuri rapinam. ſed ad opus ſibi a di
uina prouidentia delegatū: ad labores: ad miniſteriū.
ad ſollicitudines. Ad mar
tyrium deniq; aſcēdebāt.
ut gregem dominicū ſum
ma uigilantia cuſtodirēt.
& repromiſſam iuſtitiæ
curam acciperent. Horū
igitur ueſtigia, o prælati
o eccleſiaſtici. qui ſequi-
mini. giganteos mores iam reliquite: ne tandem
fulmine tacti ſcelerum ueſtrorum meritas luatis pœ-
nas.

Quæ pater ut ſumma uidit Saturnius arce.
Ingemit, & facto nondum uulgata recenti
Fœda Lycaoniæ referens conuiuia menſæ.
Ingentes animos dignas Ioue concipit iras.

Fabulæ ſextæ libri primi
Argumentum.

Lact. ℭ Quæ pater &c. De gigantum ſanguine nati, q̄ ſacri-
legā mente uerſati ſint, Lycaonis teſtatur exemplum:
qui tyrānus Archadiæ cum aduenas hoſpites trucida-
ret: etiam Iouem in ſe accendit iratum. Nā Iuppiter hu-
mani ſceleris impatiens ī deos querimonia delata. ho-
minis ſpecie ſimulata ad Lycaonis regiam uenit. Cui,
Lycaon tanq̄ mortali præparās morte prius humana
membra deuoranda. uelut hoſpitali humanitate appo-
ſuit. Quæ poſtq̄ Iuppiter ſenſit: non eum penitus inte-
remit. ne ſupplicii amitteret ſenſum. ſed in lupi ſequi eū
formā conuertit: qui & mores in rabiem. & nomē Ly-
caonis in appellationem ſeruaret. Non contentus fuit
Iuppiter cæteros homines unius Lycaonis terrere ſup-
plicio. niſi in genus omne ſæuiret. Inde deniq; tātā iuſ-
ſit aquarum copiām redundare, ut operti diluuio mō-
tibus cuncti homines interirent.
Raph. ℭ QVAE PAter in ſumma: Iuppiter cum cora homi-
num crudelitatem. qui e ſanguine gigantum nati erant.
foret contemplatus: ac in primis terram Lycaonis arca-
diæ regis feritatem ſecum ipſe cogitauiſſet: non minus
indoluit. q̄ eſt in uniuerſum genus humanum indigna-
tus. Quare Diis omnibus congregatis, & cōſilium ſuū
de perdendo genere humano. & quæ ab Lycaone ma-
la paſſus ſit, exponit: ac quemadmodum Lycaonē ip-
ſum Archadiæ regem crudeliſſimum, rapaciſſimumq;
in lupum commutauit. ℭ Vt uidit: poſtq̄ uidit & conte-
Lycaon in lupū platus eſt. ℭ Summa arce: a ſummo cæli uertice. ℭ Fa-
cto recenti: cauſa eſt cur nondum uulgata eſſent teterri-
ma Lycaonis conuiuia. propter ſcelus nāq; pauloante
commiſſum nondum erant cognita Lycaonis conuiuia
Ioui appoſita. ℭ Referens: animo reuoluēs. ℭ Fœda
conuiuia: tetra & crudelia. Nam Lycaon Pelaſgi filius:
hoſpitio ſuſceptos: non ſolum interficiebat. ſed etiā cō-
uiuis comedendos apponebat. Quod quidem cū Iup-
piter cognouiſſet. ubiq; eius domum ingreſſus factas
inſidias comperiſſet: & domum incendit, & Lycaonē
in lupum animal rapaciſſimū conuertit. Quod quidē
idcirco fictū eſt: q Lycaon (ut Pauſanias ait) in arā Ly
cæi Iouis infantem impoſuit, atq; immolauit. & ſangui-
nem libauit: atq; eueſtigio in lupum mutatus fuiſſe me-
moratur. Fuit & alius Lycaon Priami filius, Pyndari
pater. q ab Achille fuit interfectus. Sane Lycaon ἀπὸ
τοῦ λύκου qui lupum ſignificabat, denominatus uidet.
LAVI. ℭ Ingētes animos. maximas īdignatiōes.
Q Væ pater ut ſumma uidit Saturnius arce.
Deſcripturus diluuium Ouidius Lycaōis
fabulam (quam nos ut Geneſeos ſeqmur
hiſtoriam Cayn fratricidam intelligimus) in Deorum
concilio a Ioue recitatam premiſit. Hic autem Creten-
ſis Iuppiter eius nominis tertius: in quem geſta a cæte-
ris eiuſdē nominis reuocata ſunt. Saturni regis ex ope
uxore filius. Anno uigeſimoſecundo principatus Moſi
patre e regno expulſo in Cretea inſula (a qua cogno-
meū accepit) regnare cœ-
pit. Hic cum Iunone ſoro-
re eodē partu editus fuit,
qui mox a matre in Idam
montem Cretenſem (ut
autem Seruio placet in di-
cteum montem) alendus
tranſmiſſus eſt. Ibidemq;
curetibus religioſis commendatus. Variæ tamen de ip-
ſius enutritione feruntur ſententiæ: ſed omnes in hanc
conuenire uidetur. q melle tantum fuerit nutritꝰ. Aliis
uero placet eum nymphis alendum datum: inter quas
Meliſſei Cretenſium regis duæ fuere filiæ, Amalthea
& Meliſſa: quæ caprino lacte atq; melle Iouem nutrie-
runt. Qui cum adoleuiſſet (ob captos parentes) cū Ti-
tanis bellum habuit & parentes liberauit. Haud mul-
to poſt etiam patrē regno expulit. eo q comperiſſet ip-
ſum ſuæ uitæ inſidiari. Et hinc bellum cum gigantibus
confectum fuiſſe. quos ſuperatos montibus ſuppoſuit.
Deniq; orbe ſubacto. imperium cum fratribus partiri
uoluit. Dato Plutoni fratri infernorum dominio. & Ne-
ptuno maris. ſibi olympo reſeruato. Quæ dominia ad
diuerſas orbis partes: in quibus regnauerunt. referun-
tur. Olympus ſiquidem (quo etiam nomine cælum ap-
pellamus) mons eſt. & ita de reliquis. Cum igitur Iup-
piter rex potentiſſimus factus fuiſſet. ut erat uir admo-
dum gloriæ cupidus. & plurimū ambire cœpit. & nō
minus aſtutia q̄ uiribus & laudes humanas. & diuinos
honores ſibi acquirere procurauit. Vnde et templa plu-
rimis in locis ſibiipſi conſtruxit. ac ſuo nomini dicauit.
Et eam ob rem in quacunq; regionem acceſſiſſet: & re-
ges principeſq; populorum hoſpitio & amicitia ſibi co-
pulabat: & cum ab eiſdē digrederetur. inter cætera im-
perabat ſibi templum ædificari. Atq; ita hac aſtutia fa-
ctum eſt. ut Iuppiter hic ſibi diuinum honorem in græ-
cia acquiſierit cum quadam religione conuexum. Plurii-
mi & enim reges eidem obſequi uolentes: ob nominis
ſui gratiam etiam annuos ritus & feſta celebrabant. Et
hoc modo Iuppiter hic per orbem terræ ſui cultus reli-
gionem diſſeminauit: & exemplum cæteris ad hoc
imitandum dedit. Et quantumcunq; circa honores
ambitioſus eſſet. libidinibuſq; intemperanter deſer-
uiret. multa tamen humanæ uitæ utilia adinuenit.
ac mala plurima ſuſtulit: & inter cætera ab homi-
num moribus conſuetudinem humanas carnes come
dendi (quibus illo tempore ueſcebantur) amouit.
Eum quippe aiunt corporis robora animi uirtutibus
ualuiſſe ac ſummopere ſtuduiſſe. ut & impii puniren-
tur: & probi ſummis afficerentur beneficiis. Et quam-
q̄ propter eius ſingularem corporis & membrorum
elegantiam rex cæleſtis ab omnibus diceretur: nihilo-
minus adeo puellarum exarſit amore (& præſertim
Europæ) ut poſt eam mugire taurorum more coactus
fuerit: atq; ita habent quē præclara geſta ſuper aſtra
extu'erant fœmina brutis comparaſſe uiſa eſt. Deniq;
cum terrarum orbem quinquies circuiſſet. & omnibus
amicis atq; cognatis ſuis imperia diuiſiſſet, leges mo-
reſq; hominum compoſuiſſet. ad alia multa beneffe-
ciſſe: quibus quidem immortalem gloriam, memoriā-
que ſempiternam adeptus eſt, ætatemque turpiſſi-
me actam



me actam in creta uitā cum morte cōmutauit. & inter
Deos (ut deluſa credidit antiquitas) relatꝰ eſt: cuius fu-
nus Curetes curarūt. Cretēſes itaq; ſuū Iouē poſtmo-
dū aſſerentes ſepulchrū eidē magnificū extruxerūt: qd
apud ſe diu oſtēderūt. Mirari aūt ſatis nequeo illius ru-
dis antiquitatis inſaniā in quē ex hoīe natū. paſſibilē
atq; mortalē experimēti
to didiciſſent: non ſolum
Deū: ſed & oīum deorum

Conciliumq; uocat: tenuit mora nulla uocatos.

patrē atq; ꝓgenitorē crederent. An ne obſecro ante Io-
uē aliquis fuit. qui prēclarā mūdi huius machinā cōde-
ret? Abſit ut ante Iouē nihil fuiſſe arbitremus. cū & ad-
uerſariorum ualidiſſimo teſtimonio Iuppiter initiū ha-
buerit Saturni ſiquidem & Opis eū teſtant filiū deꝰ āt
optimus maximus perfectus eſt: quia aūt perfectus eſt
eum eſſe ęternū & unū neceſſe eſt: ut & a nullo depen-
deat. & in eo ſint oīa. Iuppiter aūt quē patrē domin. iq;
deorū & cæli regē ueteres uoluere in throno eburneo
ſedere: ac dextra manu ſceptrū ex ebore cōfectum te-
nere & altera manu fulmina in gigātes ſub pedibus cō-
preſſos mittere fingit. Huic aquilā puerū pulcherrimū
Senſus allegoricus uncis pedibus rapientē tribu ūt. cuius & quercū arborē
fuiſſe cōtēdunt poetę. ℭ Summū oīum regē opificē deū
hic Iuppiter pulchre ſignificat. Quē. n. ueteres Iouē pa-
Apoca. xix. trē dominūq; deorū dixere. Deus optimꝰ maximꝰ eſt:
quē aquilę uolātis reuelatione regē regū: & dñm dñan-
tium uocatū dicimus. Iuppiter in throno eburneo ſede-
Synec... re: ac gigātes fulminare deſcribit. Deus & in throno ſe-
det (dixit qui ſedebat in throno) & ſuperbos quoſq; ac
peccatores obſtinatos. diffinitoria damnationis ſenten-
Apoca. xxi. tia (ut fulmine) niſi penituerit: ad amnes ſtygios & co-
chitidas undas detrudet. Ioui puerū dilectum rapien-
tē aquilām. ſibi quoq; fulmina miniſtrantē ueteres tri-
Ioānes buere. Deus homo factꝰ: dilectiſſimū illū & cādore uir-
gineo pulcherrimū adoleſcentē: quē de nuptiis nubere
uolentē uocauit Chriſtus Ioannē Zebedei filiū: quem
Hiero. I prolo. Ezechiel admiratus ait. Aquila grandis. magnarū ala-
rū. longo membrorū ductu. plena plumis & uarietate:
Eze chielis. xvii. uenit ad lybanū & tulit medullā cedri, eo proſecutus
eſt amore. ut myſteriorū ſingulariū. quę in terris dū cō-
uerſaretur operatus eſt, cōſcium fecerit: archanorum par-
ticipem habuerit. unū elegerit. quo ſecreta cæleſtia cæ-
teris abundantius mortalibus reuelauerit. Qui ſcite lo-
qui deo oīpotenti. ſ. fulmina in gigantes miniſtraſſe dici-
tur: cum quot euāgeli uerba ſcripſit. tot in hereticos: qui
gigantes ob animi elationem (cum ſapere uelint pluſq̄
oporteat ſapere) dici poſſunt: fulmina trāſmiſerit. In cu-
ius aquilę uolātis laudes cum diu tone ſuperiore anno
declamationi operā darē epigrāma quod te o genero-
ſiſſime dñe preterire nolim recolo ceciniſſe.

ℭ In laudem diui Ioannis Apoſtoli & Euan-
geliſtę Lauinii epigramma.

Priſcorum ſileat miranda uolumina uatum
Roma, nec Illiados grēcia iactet opus:
Hactenus immerita celebratos laude poetas
Carmine, qui Chriſtum non cecinere ſuo.
Linquite: uileſcant fidei non conſona ſanctę
Informi noſtro tempore ſcripta ſitu.
Maxima diuini repetantur dicta Ioannis,
Altiſonum plenus numine ſcripſit opus,
Aquila dr ales Iouis Cælica regna petens ſummi Iouis ales: ad orbem
Phœbum. uiſu non renuente uolat.
Antiquo referat cęleſtia numina mundo.
Cognita ſunt ſcriptis quęq; futura ſuis.
Virgo. propheta. canens diuina docenſq; ferendo:
Parthenicę cuſtos matris & ipſe ſuæ.
Immortale populi cuius iam regnat in arce.
Corpus habes: meritis præmia trina ſuis.

Aquila etiam doctorem quemlibet catholicæ ueritatis
defenſorem. ac errores in fidei orthodoxæ documēta
inſurgentes: ſua & doctrina & facundia extirpantem
intelligere poſſumus, quorum facile princeps litterarū
peritia, linguarum uaria-
rum cognitione, præclaro-
q; dicendi genere, ac ſua-
uiſſimo eloquio fuit eruditiſſimus. eloquētiſſimuſq; il-
le ſenex Hieronymus, quem & epigrammate (& ſi nō
ornandū) ſaltem memorandum curaui.

ℭ Epigramma in laudem Diui Hieronymi.

O fidei columen Hieronyme norma corruſcans
Virtutum docti gloria prima chori.
Scibile te nullū latuit. tu uirgo fateſq;
Doctor: adeſt meritis laurea bina tuis.

Aquila etiam Iouis alite. quemlibet animam fidelē cę-
los geminis alis recta ſcilicet uolūtate & dei gratia: quę
ad meritum concurrere neceſſe aſcendentē ſignificat.
Nec hoc prophetā latuit. Accipient pēnas: ut aquilę uo-
labunt & nō deficient. Ioui deniq; poetę quercū arbo-
rem attributā uolūt: quia eius fructu primę ætatis ho-
mines paſcerentur. & ideo uiſum eſt eam arborem rite
illius dici. ad quē ſpectat educare homines, quos ipſe
producit: ſeu quorū gerit imperiū, quæ ſummū oīum
opifici rectiſſime conueniunt.
ℭ CONCILIumq; uocat. Conſiliū & multitudo dici- Raph. Cōſiliū Cōciliū
tur ad conſulendum cōgregata. & ratio faciendę alicu-
ius rei aut nō faciendę. ut ſeruitium & ſeruos & ſeruitu-
tem ipſam ſignificat. Concilium uero multitudinem tā-
tum ſignificat ad conſultandum congregatam.
C Onciliumq; uocat: tenuit mora nulla uoca- LAVI.
tos. Ouidius multa Ioui in his carminibus
īgenioſiſſime tribuit. quę deo optimo ma-
ximo cōcedimus. deus. n. hūc ordinē crea-
turis indidit: ut īfima entia mediis, media
ſupremis perficiant. ut Dionyſiꝰ Areopagita libro de Diony.
cæleſti hyerarchia ſcripſit. Angelis ſiquidem, quibꝰ re-
uelationes in illa ęterni conſilii aula fiunt. a deo tūc uo-
cari dñr. cum & eis miniſteria peragenda cōmittunt. &
in eis diuina myſteria reuelantur. Reuelationes ſiqui-
dem ſupremis a deo īmediate fiunt, a ſupremis p me-
dios. ad infimos angelorū ordines perueniūt. Licet. n.
ipſe ſummus opifex oīa per ſeipſum poſſit nihilominꝰ
multa angelis peragenda cōmittit. ut linguarū confuſio-
nem. ſodomitarum euerſionem. & diluuii (de quo agi-
mus) executionem. Igitur cum diluuio humanum genꝰ
perdendum deſcribere uellet, Ouidius intulit. Conci-
liumq; uocat. tenuit mora nulla uocatos. In gratia ſiqui-
dem & confirmati ſunt angeli & deiformes. diuinæq;
uolūtati ita cōiuncti: ut aliud q̄ deus uult uoluntate de-
liberata uelle non poſſint. recte igitur ſubiunxit Oui-
dius. Tenuit mora nulla uocatos. Eſt uia ſublimis. Viā
ad æternam beatitudinem rectiſſimam theologi inno-
centiam ex prophetæ teſtimonio poſuere. Regius ſiqui-
Pſalm. xxxii. dem pſaltes Dauid uiam ad cęlos inquirens īterrogat.
Quis aſcendet in montem domini. aut quis ſtabit in lo-
Matth. octauo co ſancto eius? Queſito ſatisfaciens ueriſſime ſubiun-
xit. Innocens manibus & mundo corde. Hanc ad cæ-
leſtis aulæ prēmia innocentię uiā Ouidius tetigit. Eſt
uia ſublimis cælo manifeſta ſereno Lactea nomen ha-
bet. candore notabilis ipſo. Quid ſibi uult hic ethnicus
in tanta uerborum expreſſione Ouidius? Si enim uer-
borum uim animaduertimus. multa noſtræ fidei con-
ſentanea reperire poterimus.

Raph. Lacte⁹ circulus

EST uia ſublimis. Lacteum circulum deſcribit. per quem ad regiam Iouis iter Diis eſſe ait. Eum uero circulum græci galaxiã uocant ἀπὸ τοῦ γάλακτος: hoc eſt a lacte: unde & latini lacteum appellarunt. nam cãdidus eſſe uidetur. De quo ſi quis plura uidere cupit, legat Macro. in ſomnium Scipionis. ¶ Cęlo manifeſta ſereno: ſcite. Nam (ut inquit Macro.) lacte⁹ circulus unus ex omnib⁹ oculis noſtris conſpicit: alii nanq; ſola percipiũtur cogitatione. ¶ Candore notabilis ipſo: notatu & uiſu facilis ob ſuum cãdorẽ. ¶ Magni Tonãtis: periphraſis eſt Iouis. ¶ Deorũ nobiliũ: hoc eſt clarorũ qui maiores gentiũ dii appellani (ut iquit Macrobi.) Sunt autẽ duodecim numero. Ex his quidẽ mulierum ſex. Iuno. Veſta. Minerua. Ceres Diana. Ven⁹. Virorũ aũt ſcie totidẽ. Iuppiter. Mars. Mercurius Neptunus: Vulcanus. Apollo. ¶ Atria: aulæ. ¶ Celebrant: frequentant. ¶ Valuis apertis: ianuis patẽtib⁹. Valuæ aũt dictæ ſunt, q dum aperiunt in ſe reuoluũtur. Fores uero proprie dicũt: quę foras aperiũtur. ¶ Plebs habitat diuerſa locis: plebẽ uocat multitudinẽ deorũ miorũ. ¶ A fronte: in frõte lactei circuli potẽtiores inquit dii habitãt: ibiq; ędes ſuas collocauere. Videt aũt Ouidius alludere ad palatiũ Romænũ in quo imperatores cũ principibus habitabant. ¶ Si uerbis audacia det: hoc eſt ſi id aſſerere audere. ¶ Palatia magni cæli: hoc ẽ regiã cæli. Palatiũ nanq; un⁹ eſt ex collibus Romãis in quo magnifice iperatorũ ædes conſpiciebatur. Inde factum eſt. ut ampliſſimas quaſq; ædes uulgus palatia uocet. ¶ Marmoreo receſſu: in interiore ædiũ parte marmoribus incruſtata. ¶ Celſior ipſe loco: ſublimior cęteris, ut reges ſedere cõſueuerunt. ¶ Sceptroq; innixus eburno: ſceptro ex ebore cõfecto inhærens. Ex quo colligimus reges quoq; apud antiquos non ſedentes (ut fere nunc fit ab ineptis & artis oratorię imperitis) ſed ſtantes principibus ac populis orationes habuiſſe. Sceptrum autẽ baculus eſt, quo priſci reges utebantur, qualibus nunc pontifices noſtri inniti ſolent. Sceptrũ uero ſi primis Ioui attribuitur: ut qui rex ſit hominum atq; deorum. Sceptrum autem dictum eſt παρὰ τὸ σκήπτεσθαι hoc eſt ab innitendo: q illi ſtantes reges innitantur, litteras interpoſitione. ¶ Terrificam Cæſariem: terrorem incutientes. ¶ Cocuſſit terq; quaterq; ſępius cõmouit atq; agitauit. Hoc aũt habitu ſignificat Iouẽ fuiſſe iratum. Crebra enim ocuſſio capitis indignationẽ ſignificat. ¶ Cum qua: magnã Iouis oſtendit potẽtiam. qui una cum capitis motu uniuerſũ mundũ cõmouit. ¶ Talibus modis: hoc modo. iratus atq; indignatus Iuppiter locut⁹. ¶ Nõ ego pro mundi regno: hac orõne Iuppiter oſtẽdit genus humanũ dignũ eſſe q perdat. cudit quoq; ipſi minime ab illius ſiſdis ſint tutis. Nã Lycaõn ipſum Iouẽ deorũ hoiumq; parẽtẽ interficere conatus eſt. Attẽtos aũt ſimul & beniuolos deos reddit. & rei magnitudinẽ oñdẽs & aium ſuũ pro ſalute eorũ anxiũ atq; ſollicitũ eſſe demõſtrãs. ¶ Nõ ego p mundi regno: de mũdi regno Iuppit cũ gigãtibus grauiſſimum bellũ geſſit: eoſq; tandẽ in phlegreis cãpis ſupauit. et iferos detruſit. ut paulo ante diximus. ¶ Quiſq; anguipedũ: quiſq; gigãtũ. Nã anguipedes dicũ ſũt gigãtes q anguinos pedes hre uiderent: in quo Faſtorũ Ouidi. ipſe narrat. Quod ſignificat (ut ſcribit Macro.) nihil eos rectũ. nihil ſupernũ cogitaſſe totius uitæ eorũ greſſu atq; proceſſu in inferna mergẽte. ¶ Cẽtũ brachia: cẽtũ manus. Vnde & gigãtes Centimani a cẽtũ manib⁹ nocant. Alludere aũt poeta uĩ ad Briareũ gigantẽ & Cottũ & Gigẽ illius fres quos Heſiod⁹ in Theogonia ſingulos cẽtũ man⁹ habuiſſe ait. ¶ Cęlo captiuo q captiuũ redderẽ cupiebãt. Nã qq rõne aſſignat Iuppiter cur magis nũc ſit ſollicitus. q cũ gigãtes cælo manus inicere conati ſunt. Nam quis inquit gigantes uiri eẽnt fortiſſimi. mihi tñ bellũ minime cum toto hominum genere ſuſcipiendũ fuit ſed cũ una ſolũ gigãtũ progenie. ¶ Ab uno

Dii nobiles — Valuæ — Fores — Iouis oratio — Palatiũ — Sceptrũ — Gigantes — Angui pedes — Centi mani

Eſt uia ſublimis cælo manifeſta ſereno:
Lactea nomen habet, candore notabilis ipſo.
Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis,
Regalemq; domum. dextra, leuaq; Deorum
Atria nobilium ualuis celebrantur apertis.
Plebs habitat diuerſa locis: a fronte potentes
Cælicolæ, clariq; ſuos poſuere penates.




Hic locus eſt, quem, ſi uerbis audacia detur,
Haud timeam magni dixiſſe palatia cæli.
Ergo ubi marmoreo ſuperi ſedere receſſu,
Celſior ipſe loco, ſceptroq; innixus eburno,
Terrificam capitis concuſſit terq; quaterq;
Cæſariem, cum qua terram, mare, ſydera mouit.
Talibus inde modis ora indignantia ſoluit.
Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempeſtate fui, qua centum quiſq; parabat
Inicere angui pedum captiuo brachia cælo.
Nam qq ferus hoſtis erat, tamen illud ab uno
Corpore, & ex una pendebat origine bellum.
Nunc mihi, qua totum Nereus circũſonat orbem,
Perdendum eſt mortale genus: per flumina iuro
Infera, ſub terras ſtygio labentia luco
Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile uulnus
Enſe recidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.
Sunt mihi Semidei, ſunt ruſtica numina Fauni,



Corp⁹

¶ Ab uno corpore: ab una hominũ cõgregatione. Nã corpus interdũ pro multitudinis congregatione ponit. ¶ Et ex una origine. Exponit id qd ab uno corpe dixit. Ab una. n. gigantum pgenie Ioui bellũ fuit indictũ. De gigãtũ aũt origine uarię ſunt priſcorũ opiniões. Alii nãq; illos titani, & Terræ filios fuiſſe ſcribunt. Alii ex ſanguine Titanorũ a Ioue interfectorũ e terra natos eẽ aiunt. Ioſephus uero in antiquitatib⁹ iudaicis cõtẽdit eos ex coitu dæmonũ cũ mulieribus fuiſſe procreatos: cui quidẽ opinioni & Lactãtius & ſacra hiſtoria aſtipulari uĩ. ¶ Nũc mihi qua totũ: nũc inqt nõ uniuſ hoium corpus: ſed totũ gen⁹ humanũ prſus mihi eſt perdẽdũ. ¶ Qua quatenus & quouſq;. ¶ Nereus: deus eſt marinus. ſed pro Oceano ponit: q uniuerſam circumit terrã. ¶ Circũſonat: circũſtrepit fluctibus. ¶ Per flumina iuro ifera per Stygiẽ paludẽ iurat mortale genus tñ eſſe perdẽdum. Stygis aũt numẽ dii fallere metuebãt. ut ait Virgilius dii cuius iurare timẽt & fallere numẽ. ¶ Stygio luco: nemori ſtygi paludi imĩneti. ¶ Cũcta prius temptanda: oĩa inquit prius ſunt experiẽda q̃ genus humanum perdat. Sed mali tñ ſunt perdendi ne boni periclitentur. ¶ Sed imedicabile uulnus: hac ſilitudine colligit uniuerſum genus humanũ eſſe perdẽdũ. cum totũ ſit corruptũ. Vt. n. corporis partes corruptæ ſolẽt pręcidi. ne reliquũ corpus putrefaciãt: ſic genus humanũ eſt pdendũ. ne Satyri. Nymphę. ac Fauni. hoium ſcelerib⁹ inquinent atq; infeſtent. ¶ Immedicabile: inſanabile. ¶ Pars ſyncera: integra ac ſana & incorrupta. ¶ Trahatur: in putredinẽ & corruptionẽ ducat. Argumentatur autẽ Iuppiter ab utili & honeſto. ¶ Sunt mihi ſemidei quę nã ſit ea ps ſyncera: cui timet Iuppiter ab humão genere. exponit. ¶ Semidei. heroes alio noie uocitur. maiores. n. hoibus, ac diis minores fuiſſe uidentur. aut ¶ Fauni. Satyri. Siluani. dii habiti ſunt ruſticani.

Gigãtũ origo — Nereus — Syncerum — Semidei — Satyri — Siluani

LAVI.

EST uia ſublimis. Altiſſima nãq; & difficilis eſt uirtutis (qua iter eſt ad cęlum) uia infallibilis ueritatis teſtimonio. Arcta eſt uia quæ ducit ad uitã & pauci ingrediunt per eam uichilominus & ſi difficilis Cælo tñ manifeſta ſereno. Quid. n. homini ſecũdũ rectę rationis dictamẽ uiuenti. uirtute ad quã natura inclinati ſumus manifeſtius eſſe põt: Cælo igitur ſereno: intellectu prudẽtia regulato. non dictaminis erronei obnubilatiõe obtenebrato. uirtus eſt manifeſtiſſima. Nam quemadmodum in luce omnia faciliime cognoſcuntur. in tenebris autẽ nec uidemus. nec quo ambulam⁹ cognoſcimus. Ita uirtutes quæ arma lucis a Paulo uocantur intellectũ eleuant in ſplendorẽ lucis. æternę. Sunt eni uirtutes lux quedã ſpiritualis. & formaliter & effectiue ipſius animæ: quim uirtuoſo anima in luce clareſcant. Ouidii teſtimonio. Lactea non habet. candore notabilis ipſo. Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis: & rectẽ. Nihil ſiquidem coinquinatum intrabit in regnum cælorum. Ambulant enim albis ſtolis amicti Ioãne ſcribente. ambulabunt mecum in albis quia digni ſũt. ¶ Plebs habitat diuerſa locis. In æterna felicitate: licet idem ſit beatifice uiſionis obiectum. nihilominus ſecundum abundantiorem charitatis perfectionem: quæ nõ erit equalis in omnibus & lumen gloriæ unus altero clarius deũ uidebit. Et etiam in cæleſti patria accidentale quoddã præmium. aureolæ nomine deſignatum. non cuilibet meritorio operi. ſed excellenti dumtaxat & priuilegiato debitum. Ouidius itaq; & ſi in tantam ingenii eleuatione ſe raptũ nõ cognouerit: hoc tamen ſuis uerbis ſpiritualiſſiat nobis aperuit. Plebs habitat diuerſa locis. Et conſonum uidet. qd Chriſtus (euangeliſta referente) cum de beatitudine loqueret, dixiſſe fertur. In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Celſior ipſe loco. Sũma & incõprehenſibilis illa Dei oipotẽtis maieſtas. cuius nutui oĩa obediũt (Ouidii teſtimonio: Terrã mare ſydera mouit) in ſummo entiũ culmine poſita per eẽntiã eſt ſola beata. & ſua felicitas. ſuaq; beatitudo. cæteris participatione beans. Quod innuere uidet Ouidi⁹ cũ Iouem ſummũ locum in cæleſti palatio tenere deſcribit. Celſior ipſe loco. ¶ Nõ ego pro mũdi regno. Deus uarias ad beatitudinẽ creaturas. angelum ſcilicet & hominẽ ordinarat. Præuaricat. e Angelus cecidit. Homo etiã ſua culpa corruit. Malignus aũt angelus ueniã non meruit. Homo uero & ſi pœnituerit. nihilominus eius poſteritas ſua iniquitate deum ad iracundiam adeo puocauit (ut Moſes cum dixiſſe referat. Me pœnitet feciſſe hominem quem creaui) itaq; humanũ genus aqs diluuit paucis exceptis deleuit. Ouidius. igitur & Dei iracundiam retulit dignas Ioue concepit iras: & quod Moſes de deo ſcripſerat. Delebo hoiem quem creaui a facie terrę: non tacuit. ¶ Nunc mihi qua totum Nereus circunſonat orbem. Perdẽdũ eſt mortale genus. ſed immedicabile uulnus. Enſe recidendum eſt. In extremitudici uniuerſalis die ſeparabit Deus malos de medio iuſtorum. ¶ Sunt mihi ſemidei, deus ut ſuam ſapientiã non ſolum uariarũ creaturarũ productione. ſed eodẽ hominũ genere demonſtraret: uarius hominibus diuerſa gratiarum dona unus atq; idem dominus diues in oibus diſtribuit. Nam quoſdam dedit apoſtolos. quoſdam autẽ prophetas. alios uero euangeliſtas. alios autem paſtores & doctores ad conſumationem ſanctorũ in opus miniſterii. in ędificatione corporis Chriſti. donec occuramus omnes in unitatem fidei. & agnitionis filii dei. Ouidius ſub nominum uelamento hanc dei pclaram familiam ingenioſiſſime cõprehendit: cũ Ioue dixiſſe retulit. Sunt mihi ſemidei. ſunt ruſtica numina Fauni. Semidei ſiquidem Patriarchæ. Prophetę. Apoſtoli. & Martyres. ob uirtutis heroicæ excellentiã dicũ ſunt, ampliſſimaq; etenĩ uirtutũ perfectionẽ amplexi: Maiores reliquis hoibus (cum eorũ cõmunem uiuendi modum ſuperarent) Deo tamen minores fuiſſe uident & ſic i ſimilimi extiterent, Vita non quidẽ eorũ potius cæleſtis q̃ mundana. propter uirtutũ ornamẽta dici poterat. Virtus ſiquidẽ eſt quæ bonũ facit hñtem. & opus eius reddit bonum. Hęc eſt q̃ facit hominem laude dignũ. Virtuti. n. (Philoſophi teſtimonio) debetur laus. Hæc eſt quę (ut Ariſtoteli in ethicis placet) facit hominem deum. Homines dicuntur dii propter uirtutis excellentiam. Nec hoc prophetam preterũt cũ dixit. Ego dixi dii eſtis. Virtus deniq; hoies filios dei (ut aquilę uolanti ſuæ Euãgeliſtę hiſtoriæ capite primo placuit) efficit. dedit eis poteſtatem filios dei fieri. Non incongrue igitur deum dixiſſe cecinit Ouidius. Sunt mihi ſemidei. ſunt ruſtica numina Fauni. Ruſtica etiã numia Faunos, monticolaſq; Siluanos, Ioui aſcripſit Ouidi⁹. Nos deos bonorũ oium largitori, eos ſanctiſſimos rurcolas: in cœnobiis longe ab hominũ mũdanorũ cõuerſatione erectis. bene beateq; uiuẽtes. Et anachoritas ſiluiſeræ heremi, rupiumq; deſertarũ incolas, tribuimus. De quibus Paulus ſcripſit. Circuierũt in melotis. in pellibus caprinis egẽtes, anguſtiati, afflicti quibus dignus nõ erat mũdus, In ſolitudinibus errantes. in mõtibus & ſpeluncis. & in cauernis terrę. & hi oẽs teſtimonio fidei pbati inuẽti ſunt de eis ẽt pulchre Hieronym⁹ ad Paulinum presbyterũ ita ſcribit. Habet unũquodq; ppoſitum principes ſuos. Romani duces imitant Camillos, Fabricos, Regulos, Scipiões, Philoſophi pponũt ſi

Ad Roma. xiii. — Apoca. xxi. — Apoca. tertio — Ioãnes xiii. — Ge. vi. — Ariſtoteles Virtus

bi Pythagoram. Socratem. Platonem. Ariſtotelẽ. poe te æmulant Homerũ. Virgiliũ. Menandrũ. Terentiũ. Hiſtorici Tucididẽ. Salluſtiũ. Herodotũ. Liuiũ. Oratores Lyſiã. Gracchos. Demoſthenẽ. Tulliũ. Et ut ad noſtra ueniamus. Epi & Preſbiteri habeãt ad exemplum apoſtolicos uiros. quoꝶ honorẽ poſſidẽtes hẽc nitant & meritũ. Nos autẽ habeamus ꝑpoſiti noſtri principes, Paulũ & Antoniũ. Iulianũ. Hylarionẽ. Macharlũ. Et ut ad ſcripturarum auctoritatẽ redeam. Noſter princeps eſt helias noſter Helyſe⁹. noſtri duces filii ꝓphetarũ: qui habitant in agris & ſolitudine: & faciebant ſibi tabernacula prope fluenta Iordanis: quos Ouidi. ad dei familiam pertinere uoluit ſunt ruſtica numina Fauni.

Raph. Nympharum noĩa

ℭET nymphæ: Nympharum. uaria ſunt nomina aliæ namq; dicuntur Nereydes, quę mare incolunt. Aliæ Naiades, quæ fontes. Alię Napeę, quæ ſaltus & ſiluas. aliæ oreades, quę mõtes. alię Dryades. alię Hamadryades quę in ſiluis habitare, una q; cũ arboribus naſci moriq; dicuntur, ἅμα namq; ſimul & δρυὸς τὺ ω arborẽ & quercum ſignificat. ℣ Quos quoniam cæli: occurrit tacite obiectioni. Poſſet enim quis dicere. Si times a genere humano Semideis & nymphis et diis ruſticis, tráſferas ipſos in cęlum ac genus humanum inter ſe debacchari permittas. Sic enim ſua ſtulticia ſatis ſuperq; punietur. At inquit Iuppiter nondum illos cenſeo dignos qui in cælum recipiantur. ℣ Dignamur: dignos cenſemus. Sic Vir. Haud equidem tali me dignor honore. ℣ An ſatis o ſuperi: hoc argumẽto a maiori ſumpto colligit genus humanum omnino eſſe perdendum. Naꝫ ſi mihi inquit cui imperium eſt Deorum & hominum inſidias ſtruere Lycaon feritate ſua notiſſimus eſt auſus quomõ dii minores ab hũano genere poterunt eſſe tuti. ℣ Habeoq; regoq;: hoc eſt cõtineo & guberno. Grę cum aũt uerbꝫ expreſſit. Nam δρυς & habeo & contineo ſignificat. ℣ Notus: nobilis & famoſus ſua feritate Lycaon autẽ Pelaſgi filius Lycoſurã urbem in Lycæo monte ędificauit, Iouemq; Lycęum appellauit, & Lycæa certamen in Iouis Lycæi honorẽ inſtituit (ut Pauſanias ſcribit) ac infantem in Iouis ara primus oĩum immolauit. Vñ locus fabulę dat⁹ uſ. ℣ Cõfremuere oẽs: ſimul oẽs fremuere & murmurauere facinoris immanitate cõmoti. ℣ Studiis ardẽtibus: inflãmatis uoluntatibus. ℣ Depoſcũt: ad pœnã ſubaudiẽdũ eſt. ℣ Sic cum man⁹ impia ſæuit: in Auguſti grãm hęc ab Ouidio referũt. Vt inquit totũ gen⁹ humanũ Iuli Cęſaris indigna cęde cõmotũ eſt: qua i ſe natu ab ingratis ĩpiiſq; ciuib⁹ fuit affect⁹. Sic dii auditis Ioui ſtructis ĩſidiis ĩflãmati ſunt. Tametſi de cõiurationibus & ĩſidiis cõtra Auguſtũ Cęſarẽ ſtructis hęc mihi dicta poti⁹ eſſe uident. Sic n. & Ioui & deoꝶ indignatiõi pulcherrime accõmodaſ hęc ſilitudo. Nã ut Iuppiter a Lycaone: quis inſidiante nõ fuit iterfectus. ita nec Auguſt⁹ qdẽ a cõiuratoꝶ quo

Lycaon

Et nymphæ: Satiriq; & monticolæ Siluani:
Quos quoniam cæli nondum dignamur honore,
Quas dedimus: certe terras habitare ſinamus,
An ſatis o ſuperi tutos fore creditis illos,
Cum mihi, qui fulmen, qui uos habeoq;, regoq;,
Struxerit inſidias notus feritate Lycaon?
Confremuere omnes, ſtudiiſq; ardentibus auſum
Talia depoſcunt. Sic cum manus impia ſæuit
Sanguine Cæſareo Romanum extinguere nomẽ,
Attonitum tanto ſubitæ terrore ruinæ
Humanum genus eſt, tutuſq; perhorruit orbis.
Nec tibi grata minus pietas Auguſte tuorum,
Quam fuit illa Ioui, qui poſtq̃ uoce, manuq;
Murmura compreſſit, tenuere ſilentia cuncti.
Subſtitit ut clamor preſſus grauitate regentis.
Iuppiter hoc iterum ſermone ſilentia rupit:
Ille quidem pœnas (curam hanc dimittere) ſoluit,
Quod tñ admiſſum, quæ ſit uindicta docebo,
Contigerat noſtras infamia temporis aures,

quã fuit oppreſſus. Cũ alii aũt mlti uariis tpib⁹ (ut ſcribit Suetonius) in Auguſtũ cõiurarũt. tũ Telephus mulieris ſeruus nomẽ clator. Is. n. q̃ſi debita ſibi fato dñatiõe & ipm & ſenatũ aggredi deſtinauerat. Quõdã ẽt iuxta cubiculũ ei⁹ lixa qdã ex illyrico exercitu ianitoribus deceptus noctu dephẽſus eſt, cultro uenatorio cinctus. inopis ne mẽtis an ſimulata demẽtia incertuꝫ. Nihil. n. exprimi qõne potuit. De iſidiis aũt Augu. ſtructis potius eſſe intelligendũ q̃ de iulii Cæſaris cęde facile ex ipſius Ouidii uerbis percipi põt, cuꝫ inqt. ℣ Nec tibi grata minus pietas Auguſte tuoꝶ. quaꝫ fuit illa Ioui. Hoc uero ab iſtis ſcalfornis ſi quo ingenio iudicioue forent. notanduꝫ erat. Mihi certe prior expoſitio, ut de iulii Cæſ. cæde intelligamus, non ꝑbaſ. ℣ Manus impia: ipioꝶ coniuratoꝶ & multitudo. Nam ſexaginta & ampli⁹ C. Caſſio. M. q; & decio bruto principibus (ut refert Sueto.) in iuliũ Cęſarem cõiurarũt. eumq; in ſenatu tribus & uiginti uulneribus trucidarunt. ℣ Sæuit extinguere: ſęuit ut extingueret: poetica enim locutio eſt. ℣ Sanguine Cęſareo: Iuli Cæſaris cæde: ſiue potius Auguſtus, qui iulii Cęſaris filius fuit adoptiuus. ℣ Attonitũ: ſtupefactũ. ℣ Romanũ nomẽ: qd iulius Cę. auguſtuſq; filius eius geſtis ſuis clariſſimum reddiderat. ℣ Nec ti. gra. mi. pi. nõ minus inqt pietas populi Ro. q tuos inſidiatores ultus eſt. tibi grata fuit: q̃ Ioui deorũ indignatio: quã cõceperũt, cũ audiſſet iſidias Ioui ipſi a Lycaone fuiſſe ſtructas. ℣ Qui poſtq̃ uoce manuq; geſtũ exprimit eoꝶ q ſilẽtiũ indicit. ℣ Cõpreſſit: compeſcuit. ℣ Subſtitit in clamor: poſtq̃ ceſſauit clamor Iouis auctoritate cohibitus. ℣ Silentia rupit: locutus eſt. Sic Vir. Quid me alta ſilẽtia cogis rũpere. ℣ Ille qdẽ. Lycáõn inqt ille feritate cõſpicu⁹ pœnas dedit. Nã ſoluere pœnas eſt pati pœnas & ſuſtinere. ℣ Curam hãc dimitte: ipm depoſcẽdi ad pœnam. Eſt aũt parentheſis. ℣ Q d tñ admiſſum: q̃uis inqt dederit pœnas Lycaon uolo uos tñ docere & pctm qd admiſit. & pœnã q̃ fuit affect⁹. ℣ Cõtigerat nr̃as. Narrat Iuppiter queadmodũ inqſitur⁹ hoium ſcelera e cælo deſcẽdit in terras. ſuſceptaq; hũana figura orbẽ terrarũ pagrarit: ac tãdẽ ad lycaonẽ Archadię regẽ hoſpites crudeliſſime iterficientem peruenerit: quẽ in lupũ idcirco ſe ait cõmutaſſe. q ſe quoq; iterficere conat⁹ eſt. ℣ Infamia tpis: ignominia ſeculi: quo teterrima quæq; ſcelera cõmittebantur.

Manus

Silẽtiũ rũpere

Soluerẽ pœnas

LAVI.

ET nymphæ Satyriq; &c. Deſcripta Iouis optimi maximi ꝑ pte familia. Cui reliquã deſcriptur⁹ intulit. Et nymphæ Satyriq;. Rabanus Satyros homũtiones uncis naribꝰ eſſe & cornua i frõtib⁹ hr̃e: pedeſq; caprarꝶ ſĩles tradidit. Ex his diu⁹ Hiero. unũ meminit a beato Anto. ꝑ ſolitudĩes heremi thebaidos ſactiſſimũ uirꝶ Paulũ heremiticã agẽtẽ uitã exqrẽte uiſũ: atq; ab eodem interrogatum, reſpõdiſſe. ſe mortalẽ & ex accolis heremi

Raba nus Satyri Hiero.



heremi unum: ex his quos cęca ſuperſtitione deluſa gẽtilitas Fauos Satyroſq; appellauit. Alii ſilueſtres homines putãt. Nõnulli Dęmones incubos in hac homũtionũ ſpecie: aut latitantes. aut ſub eadẽ in humani generis pernitiẽ apparentes (ut in errorẽ hoies inducãt) arbitranſ. Satyros ſiquidẽ antiq nemoꝶ uocauerũ Deos. Et ut auctor eſt Rabanus uoce nõ ſigno futura oſtẽdebãt. Ab his apud romanos Satyricũ carmen nomẽ accepit. Eſt aũt Satyra carmen maledicum. & ad carpenda hoium uitia cõpoſituꝫ. Olim uero carmẽ qd uario poemate conſtabat Satyra uocabaſ. Satyri igitur. quos Ioui tribuit Ouidius diuinæ legis doctores, acerrimis obiurgationibus in præceptorum Dei cõtẽptores. ac in nefandiſſima ſcelera: tum rectæ uiuẽdi exemplo. tũ diuini uerbi gladio irruentes denotãt. Qui uariis ſacraꝶ lraꝶ auctoritatibus ſuas ad uirtutẽ exhortatiões uallatas ac firmatas (ut decet Satyrã diuerſo poemate) oñdũt. Nymphas aũt ſacras uirgies (q̃rũ principalẽ dei genitrix merito ſibi uẽdicat) eẽ nõ ambigimus. qbus & Nereides & napeas (licet alia ſint ẽt nymphaꝶ noĩa) cõiungemus ne reliquã ſexus muliebris turbã ſilẽtio ꝑteriiſſe uideamur. Nereides mare incolẽtes. Mulieres uiris iũctas: coniugio (ob mr̃imonii matris nomine deſignatas anguſtias (denotãt. Naiades) q̃s fontiũ ueteres dixere (puellas decoꝛ ĩſignes uirgineo: q grę fontẽ ſitũ ꝑpetuo extinguẽtẽ carnis triũpho ꝑ fõtẽ denotato acqrũt. cũ i fõte aqua clara & nõ turbida ſcaturiat: & uirginitas luteę carnis labe) ſi pfecta ſit ñ polluaſ (ſignificat. Napeis deniq; q̃ ſaltus & ſiluas incolũt: uiduas hominum cõſortio: priuatas omniq; maritorum ſolatio deſtitutas. ſoli aũt deo (ut eas decet) amore ĩhærẽtes. itelligeſ poſſum⁹. q̃s Oui. Ioui eſſe curę ſubiũxit Sũt mihi Semidei. ſunt ruſtica numina Fauni. Et nymphę. deo ãt oĩpotẽti eẽ gratiſſimas q̃s dubitet: cũ ſcriptũ. ſit. Qui diligit cordis munditiã diligeſ a dño. ℣ Quos qm cæli nõdũ dignamur honore. Patriarchę. Prophetę. ac iuſtus priſcoꝶ patrũ & legis naturalis & ſcriptæ cœtus. & ſi dei beniuolẽtiã & amicitiã bene beateq; uiuẽdo ſibi cõciliaſſet (in grã ſi qdẽ decedebat) nihilominꝰ añ diuini uerbi incarnationẽ. & (quæ fuit redẽptiõis generis humani pretiũ) eius paſſionẽ: cęlũ ſatiſſactiõis põdere grauatus nequibat aſcẽdere. ſed interea tartareoꝶ ergaſtuloꝶ ſuprema (cui nomẽ Lymbus eſt) clauſi a cęlo exules primi parẽtis lapſu detinebaſ. Id Ouidius inuit quos qm cæli nõdũ dignamur honore. ac ſi omniũ opifex deus diceret, Primi parentis caſu. humanũ genus Lymbo detẽt⁹. felicitatis æternę præmia cõſequi nõ põt. niſi ęterni uerbi filii mei unigeniti paſſione. cuius nondũ tẽpus aduenit (Paulo ſiquidem teſte. Cũ uenit plenitudo tẽporis miſit deus filiũ ſuũ) interea Lymbũ carcere terrenũ habitãt. Vñ ſubiunxit Ouidi⁹. Quas dedimus. certe terras habitare ſinamus.
ℭQVAM cupiẽs falſũ: deus. n. uult oẽs hoĩes bonos eſſe. ℣ Luſtro: peragro: circũeo. Alias luſtrare eſt purgare & illuſtrare. ℣ Lõga mora eſt Enumerare: longa mora eſſet inquit ſi enumerare uellẽ quãtũ ubiq; ſceleris iueneri. ℣ Noxę: culpę: ſceleris: Noxa. n. & culpã & ſcelus & maleficiũ ſignificat. Vnde noxi⁹ declinari uſ. Sãe noxa iterdũ ẽt pœnã ſignificat. Vñ apd iuriſcõſul

De ſatyris opiniones

Satyri, cum carmen

Napeæ

Paulus

Rpah.

Luſtraſ

Noxa

Quam cupiens falſam. ſummo delabor olympo
Et Deus humana luſtro ſub imagine terras
Longa mora eſt: quantum noxæ ſit ubiq; repertũ
Enumerare, minor fuit ipſa infamia uero.
Mænala tranſieram latebris horrenda ferarum.
Et cum Cyllene gelidi pinera lycæi.
Arcados hinc ſedes, & inhoſpita tecta tyranni
Ingredior: traherent cum ſera crepuſcula noctem.
Signa dedi ueniſſe Deum: uulguſq; precari

tos. Noxæ dedere. hoc eſt pœna tradere ob damnum illatũ. Vñ & noxales actiones ab iiſdeꝫ appellanſ. q̃ ex noxa atq; maleficio ſeruoꝶ aduerſus dños iſtituunſ. ℣ Minor uero: eo q uerꝶ erat. Maiora nãq; ſcelera. & plura ab Ioue deprehẽſa fuere q̃ ferebanſ. ℣ Męnala tranſierã deſcribit iter quo ad Lycaonẽ peruenit. Męnalus aũt & urbs & mõs eſt arcadię celeberrim⁹ a Męnalo Archadis filio denominat⁹. ℣ Latebris: latibulis. ℣ Et cum Cyllene Cyllene mons Arcadiæ Mercurio dicat⁹. Vñ etiã Cyllenius appellaſ. ℣ Pinita: loca pinis conſita: ut olineta. ℣ Lycei: mõs eſt Arcadię Lycæus pani ſacer. ℣ Et inhoſpita: inhoſpitalia. ℣ Arcados tyrãni lycaonis Archadiæ regis. cũ ãt Lycaõ mlto ante Troica tpa fuerit: mirãdũ eſt cur poeta ſub perſona pręſertim Iouis ipſum Tyrannũ uocat: cum hoc nomẽ ne Homeri quidẽ aut Heſiodi tpib⁹ (ut ſcri. Ariſtophanes grãmaticus) i uſu fuerit. Nuſq̃. n. in ipſoꝶ prior ſiue ſcriptorũ opibus inuenit tyrãn⁹. Reges nãq; appellabant oẽs: q tpe Archilochi iãborũ ſcriptoris (ut Hippias ſophiſta teſtaſ) Tyrãni cœperũt appellari. Homer⁹ qdẽ Echetũ crudeliſſimũ hoium interfectorẽ nũcupat regẽ. Tyrannus uero dictus eſt: uel a Tyrrhenis (ut qdã putãt) qui olim prædones crudeliſſimi fueſ. Vel ἀπὸ τοῦ τύρειν τοὺς λαοὺς: hoc ẽ a domandis populis quibus inſidias ac dolos ſtruerũt. Ariſtoteles uero i cumæorũ rep. honeſto uocabulo Aeſymnetas prius fuiſſe uocatos: qui poſtea tyrãni appellari cœperũt. Nã Aeſymnetes diciſ honeſti laudator. Sed Oui. ex cõſuetudine ſuorũ tẽporuꝫ locutus eſt. Sane Tyrãnus apud priſcos etiã ꝑ bono principe accipiebatur. Virgili. pars mihi pacis erit dextrã tetigiſſe tyrãni. uſus deide obtinuit. ut ꝑ eo demũ poneref q dominatu crudeliter abutereſ. Arcas ſane & ꝑpriuꝫ filii Caliſtus nomen eſt & gẽtile, unde arcadius & arcadicus deriuaſ. Arcadia uero ab arcade Caliſtus filio denoĩata eſſe uideſ. Nã antea tũ Parrhaſia: tum Lycaonia: tũ Gigãtis. tũ Azania. tũ Pania (ut iquit Sthephanus: qui de urbibus & uicis diligentiſſime ſcripſit) uocabaſ. ℣ Traherent cum ſera crepuſcula noctem: hoc eſt cũ aduerſpera ſceret. ℣ Traherent: adducerent. ℣ Sera crepuſcula. Crepuſculũ dicitur dubia lux. Nam creperus dubium ſignificat. Vnde & decrepiti ſenes dicunſ. quoruꝫ uita dubie eſt conſtituta. ℣ Signa dedi: hoc eſt ſignificaui me eſſe Deum. ℣ Precari: colere ac uenerari.

SVmmo delabor olympo: & De⁹ hũana luſtro ſub imagine terras. Si iuxta Philonis ſnĩam, q̃ terrena ſunt cũ difficultate cognoſcim⁹: quo ĩgenio. qua mẽte. qua dicẽdi copia. quo rõnis acumine apphẽdeſ: qbuſue uerbis cõſeq diuinæ icarnatiõis eiuſq; & ęternæ & ex tpe natiuitatis (ab Oui. his uerſib⁹ cõcluſuꝫ. Sũmo delabor olympo: Et De⁹ hũana luſtro ſub imagie terras) poterimus miſteriũ oẽm ſiqdẽ metã, oẽmq; terminũ hũanę rõis excedit diuini opis magnitudo. Aeterni ſiqdẽ uerbi natiuitas: nõ ſolũ ſm diuinitatẽ de pr̃e. ſed ẽt ſcdm carneꝫ de mr̃e: facultatẽ hũani iraſcẽdit eloq. nl'la nẽpe hũani igenii acrimõia capit. Patrẽ ſibi coęqlẽ ac coęternũ cũ dẽ nũero hñꝫ cõicãdo filiũ gẽuiſſe. cuinã obſecro ꝑſtitiſ pſuaderi pt. ſalua ṽgitatis itegritate ṽginẽ pꝑeꝑ potuiſſe.

Noxæ dedere

Noxales actiões

Mænalus

Iuppiter in hoiem

Cyllene

Cyllenius

Pineta Lycæ⁹

Tyrannus

Aeſymnetes

arcas

Crepuſculum

Crepetus

Decrepiti

LAVI.

Quis adeo lynceis oculis naturæ ſecreta penetrauit.ut duas diſperatas.ſubſtantias remanentibus utriuſq; ꝓprietatibus in unã cõueniſſe pſonã accipiat. Niſi animi hæc fides credat/ſermo non explicat nec effectus diuini operis ratiocinatio humana diſcutiat. Rationibus ſiquidẽ naturalibus inueſtigãdis nõ inſultãdũ eſt.ex diui Pauli ſniã ſic monẽtis. Videte ne quis uos decipiat ꝑ philoſophiã.& inanẽ fallaciã:ſecundũ traditionẽ hominum:ſecundum elementa mundi.& nõ ſecundũ Chriſtum. Omiſſis itaq; terrenis huius philoſophię auctoribus. Incarnationibus uerbi miſteriũ quod tetigit. Quidius (ex apoſtolico pręcepto in captiuitatẽ redigentes omnẽ intellectum in obſequiũ Chriſti)ꝑut ſacræ ſcripturæ.quibus falſum ſubeſſe nõ põt(cũ infalibili inuitantur ueneran)nos edocent.aggrediamur. Coęternũ igitur patri uerbũ humanum genus in tartarea uincula ob primi parentis flebilem caſum detruſum redimeret Deus: Dei filius de ſempiterno & igenito patre unigenitus ſempiternus per modũ intellectus ꝓcedens manenſq; in natura Dei.& incõmutabiliter habẽs: nõ aliquod eſt q̃ pater ſerui naturã ſine ſuę detrimento maieſtatis accepit. In utraq; ſiquidem natura.idẽ eſt Dei filius noſtra ſuſcipiens & ꝓpria nõ amittẽs.in homine hominẽ renouãs.in ſe imutabilis perſeuerãs. Vtriq; ſiquidẽ naturę ſuas proprietates retinẽt, tanta eſt unitatis facta cõmunio.ut quicq̃d ibi eſt dei:nõ ſit ab humanitate diſiunctũ:quicq̃d aut eſt hominis.non ſit a deitate diuiſum.deitas quippe quę illi cum patre cõis ẽ:nullum detrimentũ omni potentiæ ſubiit:nec dei formam ſerui forma uiolauit:quia ſumma & ſempiterna eſſentia.quę ſe ad humani generis inclinauit ſalutẽ: nos quidem in ſuã gloriã tranſtulit:ſed quod erat eſſe nõ deſtitit. Vnde cũ unigenitus dei minorẽ ſe patre cõfitet. cui ſe dicit ęqualẽ, ueritatem in ſe naturę utriuſq; demonſtrat:ut humanã ꝓbet imparilitas.& diuinam declaret ęqualitas. Maieſtati igit̃ filii dei corporea natiuitas nihil abſtulit:nihil cõtulit:q̃a ſubſtãtia incõmutabilis:nec minui potuit.nec augeri. Q d̃.n.ex euãgelica hiſtoria

Ioannis pri.ca.

Ioannis legimus. Verbũ caro factũ eſt. Non hoc q̃dem ſignificat.q in carnẽ ſit dei natura mutata:ſed q a uerbo in unitatem perſonę ſit caro ſuſcepta: in cuius utiq; noie totus homo accipitur:cũ quo intra uirginis uiſcera ſanẽto ſpiritu fœcundata.& nunq̃ uirginitate caritura tam inſeparabiliter dei filius eſt unitus.ut q̃ erat in tẽporaliter de eſſentia patris genitus:ipſe ſit tẽporaliter de utero uirginis natus.impletũ eſt in fine ſeculoꝝ.qd̃ fuerat ante tpa ab æterno pręſtitutũ. Patriarchaꝝ etenĩ promiſſiões:ꝓphetaꝝ oracula:ſanctoꝝ patrũ: Sibylla quoq; ac poetaꝝ uaticinia.q̃ Chriſtũ uẽturũ cecinerãt ſunt adimpleta. Anno ſi q̃dẽ imperii Cæſaris Augu. xlii. Orbe uniuerſo lõge lateq; pacato, Olympiadis uero cẽteſimę nonageſimęter tię anno tertio:cũ a prima mũdi origine.q̃nq; miliũ ducẽtorumq; fere annoꝝ curricula effluxiſſent. Noxq; mediũ in ſuo curſu iter teneret in Bethleẽ iudę:quo ꝓles Dauidis Ioſeph. cũ Maria ſibi deſpõſata uxore pgnãte.cẽſuꝫ nomeq; terreno principi datur⁹ uenerat.iuiolato hymine. Deũ & hoiem m̃r & uirgo enixa eſt. Nõ q̃dẽ i ędib⁹ pegrinis marmorib⁹ erectis.nõ aurea uelabãt aulea domos: nõ aureis laquearibus lichni pẽdebãt. Nõ lauro uirginea colũnę ueſtiebant.nõ cytharas:nõ gẽialia taubulia:nõ tibias nõ organa:illic reſonare abdias. In ortu regis regũ.nõ cultũ regiũ regras.niſi quiſpiã dixerit. Illud pręſepe ſoliũ,niſi diuerſoriũ aliq̃s aulã regiã uocauerit. Si rex:ubi miniſtroꝝ frequẽtia:ubi lõgus militũ ordo. Vbi principũ aſſiſtẽtiũ corona: An ne Maria & Ioſeph? Vbi muſicę modulatę ſuauitatis cõcẽt⁹ uerſantes? Anaſinũ rudẽtẽ.bouẽq; mugiẽtẽ:cytharœdos.& tibicines dixerim⁹? Elinguis fio.cũ ꝓfundã uerbi icarnati hũilitatẽ itueor. O immẽſa diuinę charitatis amplitudo. O ꝓfunda bonitas optimi maximiq; dei. Sic.n.dilexit mũdũ: ut filiũ ſuũ unigenitũ daret. Peccauimus oẽs.cecidimuſq; in captiuitatẽ ifernę uoraginis:ipſe uero piẽtiſſim⁹ De⁹.ut nos tartareis ergaſtulis liberaret mortis uinculis abſolueret:nos pditos redimet:nos p abrupta quęq; uitioꝝ collabẽtes:& p uitioꝝ deſerta errantes. ad uirtutes & ouile dñicũ reuocaret:miſit nõ angelũ.nõ archãgelũ.ñ patriarchãq;.nõ ꝓphetã.nõ deniq; q̃ piã creaturã:ſed uerbũ q̃d ęternaliter ſemel locut⁹ eſt:ut caro factũ carnales hois.ab ęternę mortis uĩculis eripet. O ieffabile ſacrm. O iauditum ſpectaculũ. O ſtupendũ & admirabile ꝓdigiũ. O nullis antea ſeculis uiſa miſeratio.nã & ſi in orbis ꝓductiõe:incõprehẽſibilis Dei potẽtia innotuerit in reꝝ ordinatiſſima gubernatiõe:inenarrabilis ſapiẽtia ſe mortalibus reuelauerit:i ei⁹ tpali natiuitate ineffabilis benignitas,hũanitaſq;(ut uult apl's)apparuit. O q̃ fœlix & beata dici põt ſiętas nr̃a. O fortũata tpa. Paulus O uere aureũ ſeculũ:i quo uerbi icarnati expimur dulcedinẽ. O cũctis gẽtib⁹ deſyderatũ ſaluatorẽ.q ſeipſuꝫ ueniſſe ſub humana carne miraculis teſtat⁹ eſt. Quod Ouidi⁹ nõ ſuo igenii acumine:ſed ſpiritu ſancto eũ(ut Cayphã)monẽte cecinit,et De⁹ hũana luſtro ſub imagie terras.& p⁹ pauca ſubiũxit. Signa dedi uẽiſſe deũ. Quid elegãti⁹:q̃d ueri⁹:q̃d deniq; fidei nr̃e magis cõſẽtaneũ dici poterat:uł deniq; ſalubri⁹:ſꝫ q̃d i his moror.

¶De incarnationis natiuitatiſq;, dominicę myſteriis magiſtri Petri Lauinii philoſophi,poetæ,ac theologi epigramma.

Aetherea tandem Chriſtus demittitur arce
Virgineo uerbum fit quoq; uentre caro.
Claudere quem nequeunt cæli,nequit orbis:in aluo
Exigua clauſit uirgo tenella Deum.
Annuit ut ſuperis:mox iunxit hypoſtaſis arcto
Naturas uero cælitus una duas.
Filia,uirgo patrem genuit factura manente
Aedidit auctorem uirginitate ſuum.
O miranda Dei miſeratio:carcere uictos
Solueret ut retro:natus in orbe gemit.
Paupere quiq; caſa tegitur cui lactea præbet
Pectora pauperior uirgo creata regit.
Horrida ſæuit hyemis:alternis anhelitus oris
Brutorum pueri paruula membra fouet.
Carne ſub humana ſunt ſaſſa latere tonantem
Bruta:pio(ſed non uocibus)officio.
Cynthia non roſeis abigebat crinibus umbras,
Nox obſcura,Dei lumine clara fuit.
Concentus cecinit cæleſtis turba canoros:
Laus ſuperis: homines fœdera pacis habent.
Vocibus æthereis accitus poplite flexo
Paſtor adorauit numina tecta Dei.
Ore puer tenero uagitus nunc dat:& aſtrum
Illius eos ducit ab orbe magos.
Hic puer eſt Cæſar:cui templa relinquit & aras;
Vt monuit Tybur docta Sibylla colens.
Fonte prius gelido lymphei fluxere liquores
Nunc olei:flores.balſama uitis olet
Numina falſa ruunt Memphi:colliſa Quirini
Effugies:pacis corruit ędis opus.
Se redigi triplices phœbi mirantur:in unum
Factorem clamant cuncta creata ſuum.
Quanta feneſcenti renouat miracula mundo
Conditor:hęc memor,mente tenere decet.





Cœperat:irridet primo pia uota Lycaon.
Mox ait:experiar Deus hic diſcrimine aperto,
An ſit mortalis:nec erit dubitabile uerum.
Nocte grauem ſomno,nec opina perdere morte
Me parat:hæc illi placet experientia ueri.
Nec contentus eo eſt:miſſi de gente moloſſa
Obſidiis unius iugulum mucrone reſoluit.
Atq; ita ſemineces partim feruentibus artus
Mollit aquis:partim ſubiecto torruit igni.
Quos ſimul impoſuit menſis,ego uindice flamma
In dominum dignos euerti tecta penates.
Territus ipſe fugit,natuſq; ſilentia ruris
Exululat,fruſtraq; loqui conatur ab ipſo
Colligit os rabiem:ſolitæq; cupidine cædis
Vtitur in pecudes:& nunc quoq; ſanguine gaudet.
In uillos abeunt ueſtes,in crura lacerti,
Fit lupus:& ueteris ſeruat ueſtigia formæ.
Canicies eadem eſt,eadem uiolentia uultus.
Iidem oculi lucent,eadem feritatis imago eſt.

Raph. ¶PIA uota.pioꝝ preces. ¶Mox ait experiar:prio inquit Lycaon piorum uota:qui me uenerabantur:irridere cœpit.deinde periculum facere de mea diuinitate cogitauit. ¶Diſcrimine aperto:manifeſto periculo: hoc eſt experientia. ¶Nec erit dubitabile uerũ: nemo inquit poterit dubitare an Deus ſit:an mortalis. Si.n. Deus erit interfici non poterit: Sin homo fuerit facile perimetur.

Opin⁹ ¶Nec opina: inopinata. ¶Nec contentus eo:ne ſatis inquit ei uiſum eſt me uelle perdere. niſi etiam mihi in cœnam carnes humanas partiꝫ elixas:partim toſtas appoſuiſſet.

Moloſſi ¶De gente moloſſa: Moloſſi populi ſunt Epyti:a q̃bus bello uictis Lycaon obſides acceperat. quorum unum iugulauit:ut ipſum Ioui apponeret epulandum. ¶Reſoluit:aperuit. ¶Semineces artus:ſemimortua mẽbra & adhuc palpitantia. ¶Mollit aquis coquit & mollia reddit. ¶Quos ſimul impoſuit mẽſis:poſt q̃ ait humanę illæ carnes mihi appoſitæ fuerũt:ego ſtatim ædes Lycaonis incendio corripui dignas q̃ in tam crudelem dominum euerterentur: Cæterum ipſe territus in ſiluas auſugit:& in lupum feritati ſuæ maxime conueniens animal fuit commutatus. ¶Vindice flamma:ultrice. ¶Tecta:domum:a parte enim totum intelligimus. ¶Dignos penates:qui incẽderentur.cuꝫ tam ſceleratum dominum pati poſſent. ¶Territus:incẽdio ædium perterritus. ¶Exululat ualde ululat.

Exululare Iam.n.in lupum fuerat conuerſus. Nam ululare(quod factitium eſt uerbum)luporum eſt proprium. ¶Ab ipſo Colligit os rabiem:quia inquit loqui non poterat in rabiem actus eſt quam ab hoibus in pecudes trãſtulit. ¶Et nunc quoq;.quẽadmoduꝫ cum erat homo. ¶In uillos abeũt ueſtes:in pilos inquit ueſtes mutatę fuerũt Brachia abit in crura. Sicq; Licaõ in lupũ fuit cõuerſus. Quod quidẽ idcirco fingit:quia Lycaon auaritiæ deditus ex rapto tanq̃ lupus uiuebat. Auari nãq; lupis(qui nunq̃ ſatiant̃ pecudũ cæde)q̃ ſimillimi eſſe uident̃. Homines autẽ in lupos cõuerti rurſuſq; reſtitui.ſibi falſuꝫ eſſe contẽdit Plinius. Vnde tamen iſta uulgo infixa ſit fama(in tantum ut in maledictis uerſipelles habeant̃)

Verſipellis oſtendit cuꝫ inquit. Euantes inter auctores græciæ nõ ſpretus tradit Arcadas ſcribere ex gente Antei cuiuſdam forte familia electum ad ſtagnum quoddam regionis eius duci:ueſtituq; in quercu ſuſpenſo tranare, atq; abire in deſerta. transfigurariq; in lupum & cum cæteris eiuſdem generis congregari per annos nouẽ. Quo tempore ſi homine ſe abſtinuerit.reuerti ad ideꝫ ſtagnũ:& cum tranauerit.effigiem recipere,ac priſtinũ habitum:addito nouem annorum ſenio. Addit quoq; Fabius eandem recipere ueſtem. Hæc uero Plinius fabuloſa eſſe putat. ¶Et ueteris:adhuc inquit ſigna priſtinæ formæ retinet. Nam eandem & canidem & uultus uiolentiam habet. Oculi præterea ipſi ut prius lucent:ac demum eandem feritatem quã etiã prius exercet.

LAVI. lycaõis fabula

Ridet primo pia uota Lycaon. Lycaoneꝫ Archadiæ regem. Titanis & terre fuiſſe filium dicunt poetæ: ſeu ob regium ſplendorem: ſeu ob inſigne aliquod facin⁹ ſeu(quod mgis credendũ eſt ) quia ſceleratiſſimus homo extitit & Deorum ſpretor:atq; uilipenſor:ſicut plurimũ Titanes fuiſſe legimus. cuius talis ab Ouidio refertur fabula, Cum aſcendiſſet in cæluꝫ clamor.quoniã omnia male agerentur in terris: uoluit Iuppiter experiri:præſentia: & forma hominis ſumpta:deuenit in regiaꝫ Lycãõis,ægitq; ut aduerterent populi: quia Deus eſſet in terris:qui cum ſacris operam darent a Lycaone ſunt oẽs irriſi. Qui tamẽ ut experiret̃: nunq̃d ut dicebatur hoſpes ſuus Iuppiter eſſet: cõſpiraſſetq; in nocturnaꝫ eius necẽ nec peregiſſe potuiſſet:ad aliud facinus repente intendit animuꝫ, & occiſo ex obſidibus moloſſorum uno undis partim: partimq; prunis excoqui iuſſit. & illum comedendum Ioui appoſuit. Qui cum cognouiſſet ſcelus / ſpreuiſſetq; cibum ignem in regiam Lycaonis iniecit.& abiit. Lycaon autem territus abiit in ſiluas:& in lupum uerſus, morem rapinæ priſtinum ſeruarẽ cœpit in greges ſęuiens ſanguinis auiditate. ¶Hiſtoriæ ueritas fuit. Olim cũ inter

Senſus hiſtoricus Moloſſi

Epyros(ex q̃bus aliqui poſtea a Moloſſo Pyrrhi filio Moloſſi dicti ſunt)& pelaſgos( qui poſtea Archades) eſſet controuerſia: de qua cũ in cõcordiam itum eſſet: petiit Lycaon qui tũc præerat Pelaſgis.ut ſibi in robur initæ concordiæ daretur ſaltem obſes unus ab Epyris eo q ab eis fuiſſet primit⁹ exorta diſcordia. Cui a Moloſſis uſq; ad certum tempus iuuenis unus ex nobilioribus conceſſus eſt. Qui cum non remitteretur in termino a Lycaone, per legatos gentis ſuæ requiſitus eſt. Lycaon autem ſeu quia ſuperbe requiſitus uideretur ſeu ob aliam cauſam turbatus:eo q peſſimus eſſet homo.& elati animi:reſpondit legatis: ſe in ſequenti die obſidem redditurum:iuſſitq; in mane ſequẽti ſecuꝫ in cõuiuio eſſent:& clam obſide occiſo.atq; decocto:legatis aliiſq; conuiuantibus iuſſit apponi. Erat forte inter eos epulans iuuenis Lyſania(is qui poſtea Iuppiter dictus eſt)homo ea tempeſtate apud archades exiſtimationis per maximę. Qui cũ membra humana nouiſſet: electis mẽſis turbatus atrocitate facinoris ꝓſiliit in publicum:& in Lycaonẽ ſibi fauẽtibus popularibus omnibus.e ueſtigio conſpirauit. Et congregatis uiribus eũ traxit in pugnam:ſuperatumq; regno priuauit. Lycaõ autem deiectus:exul:& inops cum paucis fugit i ſiluas

& cœpit itinerantibus inſidiari & raptu uiuere: qđ fabulæ locum dedit: ꝗ in lupum uerſus ſit. Nam ſi recte uolumus inſpicere, nulli dubium eſſe debet: quin ꝗcito ad auariciam & rapinam mentem apponimus: humanitate exuta. lupi ueſtigio induamus: atq; tamdiu perſeueramus in lupū ꝗdiu talis appetitus perſeuerat in nobis. humana tantum reſeruata effigie. Fabuloſo Lycaonis uelamento: Variæ ſacrarum ſcripturarum allegorico ſenſu teguntur hiſtoriæ. Sceleratiſſimus ſiquidē Lycaon: qui Ioui hominem occiſum epulandum appoſuit. Nephandiſſimum illum fratricidā. Cayn denotat qui ſummi omnium rerum opificis ante conſpectum (omnia ſiquidem & nuda ſunt & aperta coram oculis eius) Abelem fratrem uelut Deum ad execrandas Lycaonis inuitaret epulas, interfecit. Fuit autē hic cayn omnium cupidiſſimus in primis. ac inuidia plenus: nec non & alienæ felicitatis impatientiſſimus: quamobrē fratrem ſuum unicum Abelem peremit. Conuenerunt quippe ſimul Deo ſacrificare. Cayn enim de agricultura ſua ſacrificium offerebat. Abel uero lac & grægum ſuorum primogenita ardentiſſime. Deus autem (ut Ioſephus in primo antiquitatum libro teſtatur) agnū eo in ſacrificio ſibi oblatum fuiſſe. plurimū delectatus eſt: & maxime ꝗ ſpontaneis & naturaliter ortis fructibus honoratus eſſet. ꝗ in ſacrificiis fratris ſui Cayn: cuius auaritia fruct⁹ quos offerebat, reperiſſet. Q uapropter Cayn ipſe non minime indignatus eo ꝗ frater ſu⁹ fuiſſet ei præpoſitus: eum turpiter peremit: necatumq; protinus abſcondit: ex hoc credēs latere reatum: ſed Deus ipſe (qui etiam abſcondita cordis noſtri apertiſſime nouit) ipſum fratricidam repente ad ſe uocatum acriter increpauit. dicens eum eſſe fratris ſui interemptorem nequiſſimū. quem e ueſtigio maledixit. At ipſe Cayn ex Dei ſententia effectus profugus: & uagus in Indiam a facie dei commigrauit: eo in loci genere humano poſtmodum multiplicato. pro mali ſui incremento ſuos ad latrocinia inuitauit & docuit. Nam opes multas quoad uixit (ut ioſephus in primo antiquitatum auctor eſt) ex latrociniis & rapinis ſemper aggregare ſtuduit: Hominum ſimplicitatem ex inuentione ponderum & menſurarum (homines in calliditatem & corruptionem compellens) permutauit. Cumq; Cayn ſenio confectus fuiſſet: & inter frutecta (tanq̄ alter Lycaon) aliquādo feſſus ſederet: a pronepote ſuo lamech (qui & ipſe iam ſenectutis uitio cecus effectus fuerat) interfectus fuit. Nam lamech ipſe dum uenationi inſiſteret pueri ductoris ſuaſu: credens Cayn eſſe feram. eum ſagitta occidit. Lamech uero cum ſe Cayn proauum interfeciſſe deprehendiſſet. ira ſuccenſus: ipſum puerum poſtea interfecit. Vnde ipſe apud Moſen ita ſuis uxoribus loquens introducitur. Audite uocem meam uxores Lamech: auſcultate ſermonem meū. Q uoniam occidi uirum in uulnus meum: & adoleſcentulum in liuorem meum: ſeptuplum ultio dabitur de Cayn de lamech uero ſeptuagies ſepties. Cayn igitur Licaone non incongrue ſignificatum ſcripſit ſub uelamento Ouidius. Moſes Cayn maledictum a Deo uoluit (maledictus eris ſuper terram) & paucis interpoſitis ſubiunxit. Vagus & profugus eris ſuper terram. hoc Ouidius tetigit eo carmine. Territus ille fugit: natuſq; ſilentia ruris Exululat. Lycaonis etiam fictione populi iudaici in Chriſtum ſeuitiam accipere poſſumus. In ultima ſiquidem ætate indignata iam die: & appropinquante mundi termino ex populo iudaico ſecundum corpulentam ſubſtantiam: & ſi non ſecundum rationem ſeminalē: deſcendens in mundo homo factus apparuit. Ouidi⁹ Iouem regiam lycaonis eadem tempeſtate ingreſſum uoluit. In hoſpita tecta tyranni ingredior: traherent cū ſera crepuſcula noctem Chriſtus miracula fecit: quib⁹ ſuam deitatem efficaciſſime probauit. Naꝫ plurima diuerſo miracula geſſit in orbe. Signaq; ueniſſe teſtificata Deum. Miracula ſiquidem (quæ facultatem cuiuſq; naturæ creatæ excedunt) ſolo eius imperio, cui omnia obediunt (quod nullus eo excepto facere potuit) operatus eſt. Vnde ad lycaonios iudæos uerba faciens & eorum duritiam increpans, ait Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit peccatum non haberent. Ouidius eadem fere uerba referens dixit. Signa dedi ueniſſe deuꝫ. Prophetæ ſiquidem teſtimonio. Deus in terris uiſus eſt: & cum hominibus cōuerſatus eſt. Iudei Chriſti diuinitatem ſæpiſſime experimento cognoſcere (licet eius opera ipſum uerum manifeſtiſſime probarent) euangeliſta referente noluerūt. Dic nobis in qua poteſtate hæc facis. Et illud. Aliū ſignum de cælo quærebant. Ouidius fabuloſo uelamine populum iudaicū de Chriſto loquentem introducens ait. Mox ait experiar Deus hic diſcrimine aperto an ſit mortalis. Aeternum uerbum carne ſub humana latitans: & ſi iudæos præſens uerbo & exemplo ad uirtutum excellentiam. & fidei ueritatem euocare uoluerit: nihilominus. nec Scribæ, nec phariſæi. nec iudeorum maiores (paucis exceptis eius uerbis aſſenſum præbentes) uitam in melius commutarunt. De turba autē (ut Euangeliſta Ioannes auctor eſt) multi crediderunt in eum: Ouidii carmine eadem manifeſta ſunt. Vulguſq; precari cœperat: irridet primo pia nota Lycaon. Mox ait experiar: qđ huic (de quo nunc loquimur) fidei noſtræ miſterio magis conſentaneum referre poterat Ouidius: Q uem. n. fidelium latet (qui ſcripturarum ſanctarum noticiam habeat) iudeorū maiores de Chriſto dixiſſe: Q nomodo hic litteras ſcit cum non didicerit: Et alibi legimus: Nonne hic eſt filius fabri. Et unde huic hec omnia: recte igitur Ouidius ſcripſit. Irridet primo pia uota lycaon. iudaicus. ſ. populus & eorum preſertim maiores. p lycaonem regia poteſtate inſignitū. deſignati. Experiri etiam ſatagebant manifeſte Chriſti deitatem iudei (cū eum mōtis uertice precipitem dare & lapidibus opprimere) uoluerunt. Vnde ſubiunxit Ouidius. Mox ait experiar Deus hic diſcrimine aperto an ſit mortalis iudei Chriſtum in horto orante; noctis tempeſtate ab eis captum. & uinculis irretitum: ut eum morti traderent. ad uarios iudices deduxerunt. Ouidii uerba hec innuere uidentur, Nocte graue ſomno. nec opina perdere morte. Me parat. Nocte grauem ſomno. Anima ſiquidem Chriſti inſtante paſſionis tempore Euāgeliſte teſtimonio: Triſtis erat uſq; ad mortem ſomno (ſacro teſtante eloquio) deſignatam. Aut etiam eos Apoſtolos intellige de quibus ſcriptum eſt. Erant autem oculi eorū grauati. Iudei. n. Deum inter eos humana ſub carne cōuerſante inuidia excæcati peremerūt unde in hodiernum uſq; diē effecti ſunt fugitiui. profugi: & per orbem uniuerſū more luporū uagabūdi. Prophete teſtimonio dicēs. Diſperdā eos di gēte in gentē. Ouidius aūt populi iudaici diſperſionē deſcribēs cecinit. Territus ille fugit. natuſq; ſilētia ruris exululat lycaō. Deniq; Herodē innocētes (ut Chriſtū pimeret) interficiēte ſignificat. pt.

ℭOccidit

Senſus tropologicus. Senſus allegoricus. Ioſeph⁹. Geneſis quarto. Miche. Ioānes.



Fabulæ ſeptimæ libri primi argumentum.

Lactā. ℭOccidit una &c. Iuppiter propter audaciam Lycaonis, cæterorumq; mortalium: qui ſceleribus ſuis etiam Deorum potentiam tentabant: itaq; orbem terrarum perfuſis imbribus inundauit. Et cum duo pietate cæteros mortales antecelliſſent, Deucalion Promethei filius ac Pyrrha eadem ſoror atq; coniunx e Parnaſo monte proluuiem imbriū effugiſſent, forte moniti Themidis (quæ eo tēpore Antiſtes terræ fuiſſe traditur) a Deis ueniam acceperunt per preces generandæ prolis: ita ut lapides poſt tergum iacerent. ex quibus homines naſcebantur: & a Deucalione miſſi in uiros uertebantur. A Pyrrha autem in fœminas.

Occidit una domus, ſed non domus una perire
Digna fuit: qua terra patet, fera regnat Erynnis,
In facinus iuraſſe putes: dent ocyus omnes
Quas meruere pati (ſic ſtat ſententia) pœnas,
Dicta Iouis pars uoce probant: ſtimuloſq; frementi
Adiiciunt, alii partes aſſenſibus implent.
Eſt tamen humani generis iactura dolori,
Omnibus: & quæ ſit terræ mortalibus orbæ
Forma futura rogant: quis ſit laturus in aras
Thura: feris ne paret populandas tradere terras,
Talia quærentes (ſibi enim fore cætera curæ)
Rex ſuperum trepidare uetat: ſobolēq; priori
Diſſimilem populo promittit origine mira.

Raph. ℭOCCIDIT una domus. Poſtea quam Iuppiter exemplo Lycaonis oſtendit. ꝗ terris ſceleribus infecti ſint homines: concludit totum genus humanum penitus eſſe perdendum. Sicq; poeta fabulam cum fabula: ac mutationeꝫ cum mutatione connectit. Narraturus enim quemadmodum lapides a Deucalione & Pyrrha poſt terga iacti partim in mares, partim in fœminas fuere conuerſi ante deſcribit diluuium: quo genus humanum fuit extinctum. ℭSed non dom⁹ una perire digna fuit. Omnes inquit hominum domus ſunt euertendæ, & exterminandæ non una ſola. Vbiq; enim nefanda ſcelera perpetratur. ℭFera regnat Erinnys: Feritas, impietas inhumanitas. Erinnys enim dicitur furia infernalis diſcordia, bello, contentioneq; gaudens. Sunt autē Erinnyes Deæ ultrices illorū. qui ſunt impii erga parētes: dictæ (ut Etymologici ſcribunt) παρὰ τὸ ἐν τῇ ἔρα ναίειν: ꝗ in terra habitent hominum facta ſpeculantes. ℭIn facinus iuraſſe putes: poſſes īquit putare omnes homines ſe mala omnia ꝑpetraturos coniuraſſe. ℭFacinus: ſcelus: quis in bonam quoq; accipiatur partem. ℭDent ocyus omnes Quas meruere pati: pœnas: hoc eſt cito ac repente omnes puniantur. Dare & perſoluere pœnas dicuntur, qui puniuntur. ℭSic ſtat ſententia talis eſt inquit ſententia mea: ut omnes perdantur. Stat: fixa eſt & immota. Eſt autem parentheſis. ℭDicta Iouis pars uoce probāt: omnes inquit Dii Iouis ſententiam partim uerbis. partim nutu approbauerunt. ℭAſſenſibus implent: nutibus & manibus ſe Ioui aſſentire ſignificant. ℭIactura dolori: perditio. ℭOrbæ terræ: priuatæ. ℭRogant: interrogant Iouem. ℭQ uis ſit laturus in aras Thura: quis ſit Diis ſacrificaturus. ℭPopulandas terras: uaſtandas. ac depredandas. ℭSibi enim fore cætera curæ: ſubaudiendum eſt ait. uerbum: quod eleganter in huiuſmodi prætermittitur locutione. Eſt autem parentheſis. ℭRex ſuperum trepidare uetat: Iuppiter. ℭOrigie mira: quia lapides (ut paulo poſt narrabit) in homines fuere conuerſi: quod quidem maxime mirandum eſt.

LAVL. ℭCidit una domus: ſed nō domus una perire Digna fuit, diluuiuꝫ (quo paucis exceptis omnia ſuper terram uineta aquaruꝫ inundatione deleta ſunt) deſcriptur⁹ Ouidius: tam ſeueri in peccatores iudicii cauſas præmittes cecinit. Qua terra patet: fera regnat Erinnys. In facin⁹ iuraſſe putes. Non ſolum enim Moſi. ſed & Ouidii ſententia: in peccatorum punitionem diluuium factuꝫ eſſe conſtat. deus ſiquidem optimus maximus uniuerſali exterminio nunq̄ genus humanū punire uoluiſſet niſi peccatorum non ferenda turpitudo: niſi hominum peccantium effrenata multitudo: niſi delictorum, quæ homines ad malignandum inuitat impunitas: niſi ad ſcelera uſꝗ quaq; perpetranda. mortalium hominum inclinata eſſet: & dedita intentio. Niſi deniq; diuinā ultionem in ſe prouocaret hominum peccatis deditiſſimorum obſtinatio. Q uæ ſanctiſſimus legiſlator ille Moſes. luce clari⁹ (cum diluuium diuino furore in libidinoſi incendii. extinctionem: a ſummo omniū rerum opifice immiſſum deſcriberet) innuit. Videns auteꝫ deus ꝗ multa malitia hominum eſſet in terra: & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad maluꝫ: omni tempore pœnituit eum ꝗ hominem feciſſet in terra. Ouidius paucis admodum uerbis id explicauit. Q ua terra patet fera regnat Erinnys. In facinus iuraſſe putes. Quid Ouidius Moſi. & ueriſſimæ & catholicę ſententię magis conſentaneum ſcribere potuiſſet: Tanta ſiquidem ea tempeſtate erat mortalium libido: ut ad iracundiam. & ad delendum genus humanuꝫ prouocaretur deus. Cum. n. uideret orbem terrarum malitia ſceleribus oppletum ſtatuit hominum genus diluuio perdere. Ad multitudinem nihilominus hominum reparandam Noe patriarchā ſanctiſſimum unum delegit: qui corruptis omnibus ſingulare iuſtitię ſuperat exemplū. Hicci quingentorꝫ eſſet annorum archam ex precepto diuino fabricauit: quam ipſe cū coniuge, tribuſq; filiis, ac totideꝫ nuribus ingreſſus (cum aqua montes operuiſſet altiſſimos) ex tanta clade ſuperſtes fuit. Factum eſt etiā diluuium (ut auctor eſt Lactantius) ad perdēdā tollēdāq; ex orbe terrarum maliciam. Nefanda ſiquidē malignitas uniuerſum genus hominum tūc. & Moſi. & Ouidii ſententia occupauerat. Moſes ſiquidem ſcripſit deum Noe ita allocutum fuiſſe. Finis uniuerſe carnis (hominum ſcilicet ſecundum carnis petulantiam uiuentium) uenit coram me. Ouidius eo tempore malitiam hominum fuiſſe per maximam non tacuit. In facinus iuraſſe putes. Filii ſiquidem Seth cum filiabus Cayn laſduſię deditiſſimis: matrimonia (quod eis prohibitū fuerat) inierunt: quæ in eum libidinoſi pruritus furorem exarſerunt. ut uiris ſupergreſſę prodigioſæ Veneris incendio naturā mentirentur. Viri deniq; ad eam inſaniam deuenerūt: ut in alterutrū turpitudinē operantes. naturalem uſum fœminę reliquerint. Nefandiſſima igitur carnis peccata in dies nouorū ſcelerum excogitata malitia augebantur. totius humani generis fœdata multitudine (ſanctiſſimo duntaxat patriarcha Noe cum uxore & filiis eorūq; cōiugib⁹ excepto) i horrēdas quaſq; cæcę libidinis ſpurcitia collabentes. Vt piēntiſſimus de⁹ tandeꝫ ad iracundiam. execrando carnis fœtore puo

Cauſa diluuii. Ge. vi. c. Noe. Erinnys. Facin⁹. dare pœnas. Stare. Populari.

catus inflammatiſſimum libidinis ardorem diluuio ex
tinxerit: Priuſq̃ tamen id ageret innatæ clementiæ ſum
mus opifex non oblitus: longo annorum centũ ſpacio
comminatorie intimandum diluuium (ut homines for/
midine pœnæ peccata deſerentes pœniterent) curauit
Lento itaq; gradu ad horrendorum criminum punitio
nem procedens, Noe qui in eius oculis (Moſe referen/
te) gratiam inuenerat, uitæ ſanctimonia, & doctrinæ
ac uerborum elegantia admirandum: ad reuocandos
a carnis laſciuia. & ad uirtutis excellentiam deducen/
dos peccatores declamatorem elegit. Qui cum decla/
mationis officium diligentiſſime exequeretur: commi/
nareturq; Deum humanum genus diluuio, niſi pœni/
teret uelle delere. Et irriſus eſt. & a ſceleratiſſimis pec/
catoribus eius uerba deliramenta uiſa ſunt. ei quoq; ſe
mortem illaturos comminati. Quapropter decreuit
Herosus Deus tantam carnis ſpurcitiam inundationum uoragi
Ioſeph? ne perdere. Summi igitur omnium rerum opificis iuſ/
ſu Noe cum uxore ſua, tribuſq; filiis Sem, Cham & Ia
phet: ac eorum uxoribus, cumq; omnium animalium,
quæ mouebantur ſuper terram maſculo & femella ſpe/
cie archam Dei præcepto fabricatam ingreſſus eſt. De
qua & Heroſus caldaicæ deflorator hiſtoriæ: & Ioſe/
phus in antiquitatibus meminerunt. Itaq; ſecundum
domini præceptum Noe in archam cum animalium &
uolucrum indiuiduis ad procreãdam diuerſarum ſpe
cierum prolem neceſſariis (quæ & diuina uoluntate &
angelorum miniſterio ad archam adducta ſunt) ingreſ
ſus eſt. O horrendum poſt ingreſſum Noe in archam
mundi huius ſpectaculum. O ineuitabilem omnipotẽ/
tis dei furorem. O tremendam ſummi omniũ opificis
in peccatores iracundiam. O Dei ineuitabilem ſenten/
tiam. O formidandam iudiciorum diuinorum ſeuerita
tem. Factus eſt repente, ſolito nebuloſior aer: uenti ſtri
dere cœperunt, & ignibus crebris Aether micans ho/
mines terrebat. Exalatio in nube clauſa: & ad eius late
ra impulſa: in uiolenta nubis fractione, ſono uehemen
ti mortales perterrefaciẽs: eoſq; qui pauloante decla/
manti: & eam uenturam calamitatem comminanti Noe
iuſtiſſimo inſultauerant: adeo attonitos reddebat: ut
quid acturi eſſent ignorarent. Hymbribus ſiquidẽ lar
giſſimis profluentibus: mortis ineuitabilia ſibi immine
re pericula uidebant. Vidiſſes terram aquis oppleri:
& ſua fluuios littora perdere. Vidiſſes homines eo tẽ/
pore trementes palleſcere. Vidiſſes manducãtes cibũ
dentibus contritum ruminare: nec poſſe cibũ præ ani
mi anguſtia deglutire. Vidiſſes eos qui pauloante &
choreas deducebant: & ludentibus pedibus ad orgãno
rum ſonitum & mouebantur & ſaltitabant, ingenti pa/
uore adeo perterritos, ut exangues & ſemineces appa
rerent. O quantus luctus omnium mox inſonuit. O
quot querelis aera replebant: quot lamenta. dum bre/
ui ſpacio excreſcentes aquæ rapere cœperunt corpora
mergendorum. Videbat pater ſubmergi filiũ: uidebat
frater fratrem. & ipſe necandus clamabat ad ſydera.
Heu heu ecce perimus in aquis. Filius patrem aut ma/
trem forte precabatur. O genitor. O mater. miſero mi/
hi fer opem. Adiuua me natum tuum pereuntem. At
pater reſpondere poterat. O me miſerum. O me infeli
cem. & ego tecum pereo. Vix (ut arbitrari poſſumus)
dies pertranſit. quin hominum & animalium maior ps
aquis diluuii perierit. Si qui autem in montibus erant
ſuffocati tandem ſunt & ipſi: pluit ſiquidẽ quadragin/
ta diebus & quadraginta noctibus. & aquæ excreſcen
tes omnia montium cacumina ſuperarunt. Expergiſci/
mini ergo o peccatores polluti. o carnales. o laſciui. o ſa
crilegi. o inceſtuoſi. o libidinibus ſpurciſſimis fœdati
& denuo diſcite. & uereri & timere. Libidinũ pruri/
gines deponite: abiicite uoluptates. Ad mentẽ hoc tre/
mẽdũ diluuii iudicium reuocate: quo cõſumpta eſt om/
nis caro. quæ mouebatur ſuper terram: non tamen ho/
minũ. ſed etiã (exceptis illis animalibus & uolucribus
quæ introierunt in archam) omnium uolucrum animã/
tium, beſtiarum, omniumq; reptilium, quæ reptant ſu/
per terram: uniuerſi homines perierunt. & cuncta ani/
mantia in quibus ſpiraculum uitæ erat, Moſi teſtimo/
nio, extincta ſunt. Piſces autem diluuio non perierunt,
ad hominum nefandiſſima ſcelera, quæ & in aere &
in terra (non autem in aquis) perpetrata fuerant dete/
ſtanda. ¶ Hoc tremendum in mundũ laſciuientem dei Ouidi?
iudicium ingenioſiſſime deſcribit Ouidius, ut rẽ ipſam,
ante oculos admiranda uerborum ſerie ponat, Iouem.
etiam potius aqua q̃ igne ſceleratiſſimos peccatores, ip
ſumq; genus humanum laſciuiis debitum, delere uo/
luiſſe: licet Iouem non lateret, igne tandem omnia cor/
ripi debere. Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tem
p?. Quo mare. quo tell?. correptaq; regia cæli Ardeat.
Vnde hic gentilis: adueniente uniuerſalis iudicii tem/
pore mundi conflagrationem (ignis ſiquidem prophe/
tæ regii teſtimonio ante ipſum præcedet) intelligere
potuit? Ioſephus in antiquitatibus retulit Adã de duo/
bus iudiciis prophetaſſe. Peccatores quoq; in priore
aqua in poſteriore igne puniendos: & eam ob rem tra/
dit Ioſephus Tubal artem muſices inuentam ne peri/ Pſal.
ret in duabus columnis in qualibet totã ſcripſiſſe. Vna Ioſe
columnarum erat marmorea. ne dirueretur diluuio. phus
Altera latericia ne ſolueretur incendio. Adam igitur
diluuium prædixit. Sed quid ad Ouidium? An Gene
ſeos hiſtoriam uidit? An Platonem. qui Aegyptum pe Plato
tierat: & Mercurii trimegiſti uolumina (non autem le/
gem nondum in græcam linguam ſeptuaginta interp/
tum labore uerſam: cum hoc, teſte Auguſtino, tempo
rũ diſſonantia non patiatur) in quibus multa fidei no/
ſtræ conſentanea habebantur. legerat de diluuio & ex Sibyllæ
tremo iudicio diſſerentem. perlegerit. non temere. dif
finio: arbitror tamẽ Ouidiũ Sibyllarum uaticinia: quæ
multa fidei noſtræ ſacramenta prædixerant. non la/
tuiſſe. Quis etiam prohibet Romanos principes uni/
uerſo orbi imperantes. legem Iudæorum ut uictoriæ
trophæa Romam detuliſſe, & eam Ouidium perle/
giſſe potuiſſe: cum iam dudum Ptolomæi Philadelphi
ſuaſu græca facta fuiſſet? Quonã pacto ſe rei ueritas
habeat. me ignorare ingenue fateor. Vnum nihilomi/
nus exploratum habeo. Ouidium utrunq; iudicium te/
tigiſſe. Diluuium ſiquidem quod pulcherrimæ deſcri/
bit, innuit. Pœna placet diuerſa genus mortale ſub un
dis Perdere. Extremum etiam iudicium eum non præ
teriiſſe probauit. Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affo
re tempus, Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cæ
li Ardeat. Quare autem ſummus omnium opifex de/
us: potius aquarum diluuio laſciuientem mundum q̃
igne punierit. Reſpondere poſſumus. Deum immiſiſ/
ſe diluuium, ut petulcæ carnis libidinoſum incendiũ
aquarum frigiditate extinguens peccatores deleret.
Mundum uero iudicaturus ignem in peccatorum pu/
nitionẽ inflammabit, ut auaritiæ deditiſſimos ea tem/
peſtate homines, & charitatis igne uacuos (refrigeſcet
ſiquidem charitas multorum) igne conflagrationis pu/
niat: ut quos auaritia frigidos affecerat, ignis in pœnã
ſuccendat.



Raph. IAMq; erat: ſtatim inquit Iuppiter fulminib? genus
humanum perdidiſſet, niſi ueritus eſſet ne cælũ quoq;
terrarũ incendio conflagraret: cũ præſertim in fatis me
minerit eſſe. ut aliquando totus mundus igne abſuma
tur. Quare non fulminibus ſed aquarum inundatione
genus humanum perdere decreuit. ¶ Iamq;: ſtatimq;.

Iamq; erat in totas ſparſurus fulmina terras:
Sed timuit: ne forte ſacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas, totuſq; ardeſceret axis,
Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus:
Quo mare: quo tellus, correptaq; regia cæli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.
Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopum.
Pœna placet diuerſa: genus mortale ſub undis
Perdere, & ex omni nimbos demittere cælo.
Protinus Aeoliis Aquilonem claudit in antris:
Et quæcunq; fugant inductas flamina nubes
Emittitq; Notum. madidis Notus euolat alis
Terribilem picea tectus caligine uultum.
Barba grauis nimbis, canis fluit unda capillis.
Fronte ſedent nebulæ, rorant pennæq;, ſinuſq;:
Vtq; manu late pendentia nubila preſſit:
Fit fragor, & denſi funduntur ab æthere nimbi,
Nuntia Iunonis uarios induta colores
Concipit Iris aquas, alimentaq; nubibus affert,
Sternuntur ſegetes: & deplorata colonis
Vota iacent: longiq; perit labor irritus anni.
Nec cælo contenta ſuo eſt Iouis ira. ſed illum
Cæruleus frater iuuat auxiliaribus undis.
Conuocat hic amnes: qui poſtq̃ tecta tyranni
Intrauere ſui: non eſt hortamine longo
Nunc ait utendum: uires effundite ueſtras.
Sic opus eſt: aperite domos: ac mole remota,
Fluminibus ueſtris totas immittite habenas.
Iuſſerat. Hi redeunt: ac fontibus ora relaxant:
Et defrenato uoluuntur in æquora curſu.
Ipſe tridente ſuo terram percuſſit: at illa
Intremuit, motuq; uias patefecit aquarum.

¶ Sacer æther: ſacrum cæ
lum. ¶ Tot ab ignibus:
quot opus eſſet ad totam
terram cõburendã. ¶ Cõ
ciperet: cõtraheret. ¶ To
tus axis: totum cælum. Sy
axis necdoche eſt: axis enim q̃
pars eſt cæli, p toto ponit
cælo. Nam axis proprie il
Polus lud eſt plauſtri lignum cir
ca quod rotæ uertuntur,
ad cuius ſimilitudinẽ axis
in mundi ſphæra uocatur
circa cuius cacumina ſphæ
ra ipſa rotatur quibus con
tigui ſunt duo poli, qui &
uertices dicuntur; quibus
ueluti cardinibus (ut ſcri/
bit Apuleius) maxime ſphæ
ra nititur: arctic?. & antar
cticus: ſiue borealis. & au
ſtralis. ¶ Eſſe quoq; in fa
tis: in diſpoſitione fatorũ.
Alia ratio eſt qua deterri/
tus eſt ab incendio iuppi/
ter: ne id eueniret: quod
in fatis eſſe ſciebat: ne ui/
delicet totus mundus con
flagraret. Eſt autem fatũ
(ut Stoici aiunt) connexa
Fatum rerum ſeries: per quã mũ
dus adminiſtratur. ¶ Af/
fore: aduenturum eſſe.
Operoſum ¶ Et mũdi moles: machi/
na mũdi. ¶ Operoſa: mul
ti operis. ¶ Laboret: in la
bore & periculo propter
incendium futura ſit. Hoc
autem maxime cum do/
gmate Chriſtiano conue/
nit: Nos. n. credimus mun
dum in nouiſſimo die con
flagraturum. ¶ Tela re/
Cyclopes ponuntur: fulmina a Cyclopibus cõfecta. Cyclopes.
n. Ioui fulmina confeciſſe dr̃. Fuerũt aũt populi Si/
Diuerſum ciliæ, unũ in media frõte oculũ habẽtes. ¶ Pœna diuer
ſa: õtraria. Diluuiũ. n. icẽdio õtrariũ eſt. ¶ Nimbos, plu
Demittere uias. ¶ Demitter̃: deorſũ mitter̃. ¶ Protin? aeoliis ſta
tĩ inqt iuppiter clauſis i ſpelũca iis uẽtis: q inducunt ſe
renitatẽ auſtrũ pluuia gaudẽtẽ emiſit. ¶ In aeoliis an/
Aeolus tris: in aeoli ſpelũcis. Notius eſt aũt aeolũ Iouis ex ace/
ſta filium regẽ eſſe uentorũ. q̃ ut hoc loco ſit exponẽdũ.
Quod quidem idcirco fictũ eſt: q (ut Plinius ait) aeo/
Aeoliæ lus uentorũ rationẽ inuenit. Cum. n. ſeptem inſularũ
inſulæ iuxta fretũ Siculũ (quæ ab illo aeoliæ fuerunt cognomi
Flamẽ natæ) princeps eſſet. ac ex nebulis & fumo Hieræ inſu/
læ ardentis uentos prædiceret futuros dictum eſt illos
in ſua habere poteſtate. ¶ Flamina: a flãdo uẽti flamina
dicuntur. ¶ Madidis notus euolat alis: elegãter auſtri
uenti deſcribit effigiem: ſic enim apud priſcos pingeba
tur. Alæ autem uentis aſſignantur propter uelocitatẽ.
Tectus uultum: hoc eſt tectum uultum habens. Eſt au
tem, poetica ſynegdoche. ¶ Picea caligine: nigris nu/
bibus. Nã auſter nubiloſus eſt uentus. ¶ Barba grauis auſter
plena. ¶ Nimbis. pluuiis. Rorare
¶ Vnda, aqua. ¶ Rorãt:
ſtillantim roris ſimilitudi/
nem. ¶ Vtq; manu late
poſtq̃ inquit Notus mani/
bus nebulas compreſſit,
maximæ pluuiæ eſſe cœpe
runt. ¶ Fit fragor: ſtrepi/
tus proprie rerum fracta/ Fragor
rum. ¶ Denſi nimbi: cre/ Iris
bræ pluuiæ. ¶ Cõcipit iris
aquas: Iris nuntia Iunonis
a poetis fertur. Interdũ au
tem etiam Iouis. Eſt etiam
uerſicolor ille arcus: qui fit
in aere (ut ſcribunt phyſi/
ci) ex reflexione radiorũ
Solis Lunæue in nubibus
aquoſis: pluuiæ tempore.
Dicta eſt autem iris πα/
ρα τὸ εἴρω: quod eſt dico:
q futura prænunciet. Flu
uius eſt etiam iris: necnon
herba, quam Plinius opti/
mam in illyrico naſci ſcri/
bit. ¶ Sternũtur ſegetes.
Frumenta in agris exiſtẽ/ Seges
tia in terram ab aquis dei/
ciuntur. Seges autem dici
tur frumentum nondum
demeſſum. Sternere uero
interdum in terram deiice
re, interdũ ſignificat coo Votum
perire: ut cũ dicimus ſter
nere menſam. ¶ Vota de
plorata. Spes ualde plora
tas. Vota aũt uocat frumẽ/
ta. & terræ fructus multis
uotis & præcib? expetita.
¶ Colonis: agricolis. ¶ Ir
rit?: uan? ac ſine illo fructu.
¶ Cæruleus frater: Peri/
phraſis. Neptuni. ¶ Auxi/
liarib? undis: auxiliũ afferentib? ad perdẽdum genus
humanũ. Auxiliares autẽ milites proprie dicuntur. q auxilia/
a ſociis in auxilium mittuntur. ¶ Conuocat hi amnes. ris
Deos fluuiorum. Amnis n. fluuius dicitur ab ambiẽdo amnis
ut Varro ait: quod omnia flumina circumeãt. Vnde et Tyran
cornuta pinguntur. ¶ Tyrãni ſui: Regis ſui. Tyrãn? nus
nanq; apud antiquos in bonam quoq; accipiebat pari
tem: ut pauloante ſcripſimus. ¶ Hortamine: hortatu:
exhortatione. ¶ Aperite domos: Fontes: qui fluuio/
rum domus eſſe uidentur. ¶ Mole: obſtaculo. ¶ Flumi
nibus: fluxibus. ¶ Totas habenas: tranſlatio ab equis
ſumpta. qui habenis inhibentur. ¶ Defrenato: effrena
to: ac ſine ullo retinaculo. ¶ Ipſe: Neptunus. ¶ Triden Tridẽs
te ſuo: ut Ioui fulmen: ſic Neptuno tridens attribuitur:
quo dum percutit terram. ſemper fit terræmotus.

Non illo melior quiſquam:nec amantior æqui
Vir fuit,aut illa reuerentior ulla Deorum.
Iuppiter ut liquidis ſtagnare paludibus orbem:
Et ſupereſſe uirum de tot modo millibus unum:
Et ſupereſſe uidet de tot modo millibus unam:
Innocuos ambos:cultores numinis ambos
Nubila diſſecuit:nimbiſq; Aquilone remotis:
Et cælo terras oſtendit,& æthera terris,
Nec maris ira manet:poſitoq; tricuſpide telo
Mulcet aquas rector pelagi,ſupraq; profundum
Extantem:atq; humeros innato murice tectum
Cæruleum Tritona uocat,conchaq; ſonanti
Inſpirare iubet,fluctuſq;,& flumina ſigno
Iam reuocare dato:caua buccina ſumitur illi
Tortilis in latum:quæ turbine creſcit ab imo
Buccina,quæ in medio concepit,ubi aera ponto:
Littora uoce replet ſub utroq; iacentia phœbo.
Tum quoq; ut ora Dei madida rorantia barba

Iuppiter ut liqdis ſtagnare paludibus orbẽ. Et ſupereſſe uirũ de tot modo millib⁹ unũ. Et ſupereſſe uidet. Moſes Deum noe ſanctiſſimi adhuc in archam morã trahentis recordatũ ſcripſit. Recordatus eſt aũt Deus Noe,cunctorumq; animãtium & omnium iumentoꝝ, quæ erant cum eo in archa:& adduxit ſpiritũ ſuper terram:& imminutæ ſunt aquæ:& clauſi ſunt fontes abyſſi & catharactę cæli:& phibitæ ſũt pluuiæ de cælo. Quæ oĩa Ouidium minime latuerũt: Iuppiter ut liqdis ſtagnare paludib⁹ orbẽ:& poſt pauca ſubiũxit: Nubila diſſecuit:nimbiſq; aquilõe remotis. Et cælo terras oſtẽdit:& æthera terris. De aquarum autem imminutione cecinit. Iam mare littus habet:plenos capit alueus amnes Flumina ſubſidunt &c. Moſes dicit. Apparuerũt cacumina mõtiũ. Ouidẽ ſcripſit. Colleſq; exire uidẽt: Surgit hum⁹: creſcũt loca decreſcentib⁹ undis. Moſes areſactam terrã & mundũ ſibi redditũ teſtatus eſt. Aperiẽs noe tectũ archæ inſpexit uiditq; q̃ exſiccata eẽt ſupficies terræ. Ouidius necid tacuit. Poſtq; diem longam nudata cacumina ſiluæ Oſtẽdunt:limumq; tenent in frõde relictũ. Redditus orbis erat. Moſes noe egreſſum de archa:Deo holocauſta altari extructo obtuliſſe dixit. (Ge. viii.) Aedificauit aũt noe altare domino:& tollens de cũctis pecoribus & uolucribus mundis obtulit holocbuſta ſuper altare. Ouidius Deucalionẽ Pyrrhæ uxori dixiſſe fertur. Nunc genus in nobis reſtat mortale duobus, Sic uiſum eſt ſuperis:hominumq; exempla manemus. Dixerat & flebãt:placuit cęleſte precari numen:& auxiliũ per ſacras quęrere ſortes:& cætera in eandem ſniam:adorationis modũ ritu gentili pulchre deſcribẽtia carmina. Ouidius deniq; ex lapidib⁹ poſt tergum a Deucalione piectis:duriſſimos homines ortos uoluit. Ex noe Chã filius poſt tergũ patris maledictione piectus ortus ẽ:& ab eodẽ ſuiſq; fratribus duriſſime ceruicis hoĩes:obſtinatiſſimiq; animi exorti ſũt: ut documenta darẽt:qua eſſent origine nati. Senſu tropologico Deucaliõ quẽlibet declamatorem:ſaxcos:& cordis obſtinatiſſimi hoĩes peccatores ſua & uitæ ſanctimonia & eloquẽtia ad penitẽtiã iducentẽ ſignificat. Hoĩes etiam ex lapidib⁹ ortos pauperes & ignobiles: qui de ruſtica agreſtiq; gẽte & plebeia ad honores & dignitates euocanẽ:& de ignobilibus nobiles nõ uirtute ſed pecunia a principibus nobiles reddunẽ: itelligere poſſumus. Quos Deucalion (Deus.ſ.) poſt tergum proiicit:cũ de eoꝝ ſalute ſit timendum. Nã ut plurimũ ad quæq; facinora:& pſertim ad ſuperbiã & auaritiã quoſq; deſpiciẽtes) proni ſunt. Deucaliõe ẽt prudẽtem, religioſumq; uirũ ſignificare poteſt. nã talem uolentez diluuiũ uitioꝝ euadere, neceſſe eſt mõtem cõtemplationis & doctrinę conſcendere, ut diuinæ maieſtatis immẽſitate cognita: Deũ timeat:& ſua deprehenſa fragilitate humiliet,nec ſuperbiat. Hic Themidis tẽplũ, ut quę contemplando didicerit populis proponat:debet ingredi,& lapides (carnales ſcilicet motus) deponere:qui in homines: in motus.ſ.rationales:& recto rationis dictamine regulatos ſunt conuertendi.

Senſus tropologicus multiplex

¶ Non illo melior quiſquam, hæc eo pertinent ut oſtẽdat poeta Deucalionẽ & pyrrham ob pietatẽ in deos, merito fuiſſe incolumes cõſeruatos. ¶ Iuppiter ut liqdis ſtagnare. Poſtea q̃ inquit iuppiter uidit totũ orbẽ terraꝝ ſic aqs eẽ obrutũ, ut ſtagnũ eẽ uideret: ac ex hoĩb⁹ ſolos deucalionẽ & pyrrhã ſupeſſe, reducta ſerenitate diluuiũ ita decreſcere cœpit, ut terræ cœperint apparere. ¶ Stagnare, Stagnũ & lacũ eẽ effectũ. Stagnare.n. proprie dicunt terræ aquis nõ defluẽtibus coopertæ. Stagna ſiquidem paludes lacunęq; ac lauę uocant. ¶ Supereſſe, ſuperuiuere. ¶ Innocuos, iſontes. inocentes. ¶ Nubila diſſecuit, nubes diſſipauit. ¶ Nubis aquilõe remotis ab Aquilone depulſis. Eſt enim aqlõ uẽtus nubila expellẽs:ac ſerenitatẽ iducẽs. ¶ Et cælo terras oſtendit, elegãter, nã ita aqs tegebãtur, ut aeri occultæ eſſent terræ. ¶ Cælo, aeri. ¶ Ira maris, tẽpeſtas. ¶ Manet:pmanet:pſtat, perſeuerat. ¶ Tricuſpide telo, periphraſis eſt tridentis: tres enim cuſpides habet. unde & tridens dictus eſt. ¶ Mulcet aquas: mitigat mare tumidum atq; iratũ. ¶ Rector pelagi, Neptunus maris deus. Pelagus aũt eſt mare profundũ dictũ:q; ppe terrã ſit. κατ αντ φερειν. Nã ex πελας: qđ eſt prope, & γῆ terra cõpoſitũ eſſe uidet. Longe ſiquidẽ a terra receſſit. ¶ Innato murice, ingenitis muricibus. ſingularis.n. pro plurali frequẽter ponitur & ecõtra. Eſt aũt murex concha:ex cuius ſanguine purpureus conficit color. ¶ Tectũ humeros: ſyneqdoche poetica. Tectos.n. & coopertos humeros habẽtem intelligimus. ¶ Cęruleũ Tritona, Cæruleũ mare pprie dicit, & quicquid colorem habet maris. Tritõ aũt fertur eſſe tubicẽ neptuni cui mãdat ut receptui canat, fluuioſq; in ſuos fontes reuocet. ¶ Cõchaq; ſonãti: ſonanti dixit ad differẽtiam cõcharũ nõ ſonãtiũ: q̃uis quidã ſonaci putẽt eſſe legendũ: quod in exẽplaribus nõ habetur. Triton aũt pro tuba concha longiore utitur. Re uera aũt inueniuntur. Tritones conchis canẽtes, ut Plin. refert. ¶ Signo dato: facto ſigno. ut redeãt. ¶ Caua buccina. deſcribit cõcham qua pro tuba uti ſolet tritõ. ¶ Tortilis in latũ. retorta in latitudinẽ. ¶ Quæ turbine creſcit ab imo. q̃ ab ore anguſto incipit & in amplum deſinit ad turbinis ſimilitudinem. ¶ Buccina q̃ in medio: elegans anadiploſis: q̃ buccinę laus exprimit. Cũ.n. iflatur. oĩa littora reſonãt. ¶ Cõcepit ubi aera: poſtq̃ iflari cœpit. ¶ Sub utroq; phœbo: Sole & oriẽte & occidẽte. Eſt aũt hypbole poetica. ab oriẽte.n. ad occidẽtẽ tubę illi⁹ ſonitũ audiri affirmat qđ oẽ excedit ueritatẽ. ¶ Tũ quoq; ut ora dei: hoc ẽ poſtq̃ ori Tritõis fuit admota. ¶ Rorantia: ſtillantia,

¶ Iuſſos



Contigit:& cecinit iuſſos inflata receſſus
Omnibus audita eſt telluris,& æquoris undis.
Et quibus eſt undis audita coercuit omnes.
Iam mare littus habet,plenos capit alueus amnes.
Flumina ſubſidunt,colleſq; exire uidentur.
Surgit humus,creſcunt loca decreſcentibus undis.
Poſtq; diem lõgam nudata cacumina ſiluæ
Oſtendunt:limumq; tenent in fronde relictum.
Redditus orbis erat:quem poſtq̃ uidit apertum,
Et deſolatas agere alta ſilentia terras,
Deucaliõ lachrymis ita Pyrrham affatur obortis:
O ſoror,o coniunx,o fœmina ſola ſuperſtes:
Quam commune mihi genus & patruelis origo,
Deinde torus iunxit:nunc ipſa pericula iungunt.
Terrarum quaſcunq; uident occaſus,& ortus,
Nos duo turba ſumus,poſſedit cætera pontus.
Hæc quoq; adhuc uitæ non eſt fiducia noſtræ
Certa ſatis:terrent etiam nunc nubila mentem.
Quis tibi,ſi ſine me fatis erepta fuiſſes:
Nunc animus miſeranda foret?quo ſola timorem
Ferre modo poſſes?quo conſolante dolores?
Nanq; ego (crede mihi) ſi te quoq; pontus haberet:
Te ſequerer coniunx,& me quoq; pontus haberet.
O utinam poſſem populos reparare paternis
Artibus,atq; animas formatæ fundere terræ.
Nunc genus in uobis reſtat mortale duobus
Sic uiſum eſt ſuperis:hominumq; exempla manemus.
Dixerat,& flebant:placuit cæleſte precari
Numen,& auxilium per ſacras quærere ſortes.
Nulla mora eſt:adeunt pariter Cephiſidas undas,
Et nondum liquidas:ſed iam uada nota ſecantes,
Inde ubi libatos irrorauere liquores
Veſtibus,& capiti: flectunt ueſtigia ſacræ
Ad delubra Deæ,quorum faſtigia turpi
Squallebant muſco:ſtabantq; ſine ignibus aræ.
Vt templi tetigere gradus:procumbit uterq;
Pronus humi:gelidoq; pauens dedit oſcula ſaxo:
Atq; ita,ſi precibus,dixerunt,numina iuſtis
Victa remolleſcunt:ſi flectitur ira Deorum:
Dic Themi,qua generis damnum reparabile noſtri
Arte ſit:& merſis fer opem mitiſſima rebus.
Mota Dea eſt:ſortemq; dedit:diſcedite templo:
Et uelate caput,cinctaſq; reſoluite ueſtes:
Oſſaq; poſt tergum magnæ iactate parentis,

¶ Iuſſos receſſus: regreſſus fluuiorum a neptuno imperatos. ¶ Coercuit: inhibuit:& continuit. ¶ Iam mare littus habet. quo pauloante carebat. ¶ Subſidunt: diminuuntur & minus profunda fiunt. ¶ Poſtque diẽ longam. poſt longum tempus. ¶ Nudata cacumina: foliis priuata atq; ſpoliata. ¶ Redditus orbis erat: hoc ẽ ſibipſi orbis reſtitutus eẽ uidebatur. ¶ Deſolatas terras: hoc ẽ deſtitutas ab hominibus:& ab animãtibus. ¶ Lachrymis obortis: repente natis. ¶ O ſoror o coniũx: o fœmina ſola ſupſtes: pathetica ẽ oratio:& affect⁹ plena: qua deucaliõ maximope ſibi Pyrrham deuincit. ¶ Et patruelis origo: Deucaliõ & pyrrha patrueles fuerunt: nam iapetus duos ſuſtuliſſe filios dicitur, Prometheũq; deucalionẽm:& Epimetheũ qui Pyrrhã genuit. ¶ Deinde torus: lectus & nuptiæ. ¶ Erepta: liberata ab hoc diluuio. ¶ Miſeranda: miſericordia digna. ¶ Paternis artib⁹: nã Promethe⁹: ut ſuperius iam diximus: terrã in imaginem hominis figurauit: eiq; animã ex igne eductum immiſit. ¶ Infundere: imittere. ¶ Genus mortale: genus humanum. ¶ Sic uiſum eſt ſuperis: parentheſis ẽ: qua uti ſolem⁹: cũ cauſam alicuius rei aſſignare neſcimur. ¶ Hominumq; exẽpla manemus exempla pro exẽplarib⁹ poſuit. Exẽplum eſt enĩ quod aut ſequamur aut uitemus. Exemplar autem eſt ex quo aliud ſimile faciamus. ¶ Per ſacras ſortes: per ſacra oracula & Deorũ reſponſa. ¶ Cephiſidas undas: Cephiſus fluuius eſt ad parnaſi radices unde patronimicum finxit poeta. Eſt etiam Cephiſis palus ĩ quam Cephiſus ipſe ĩgreditur. ¶ Et nondũ liquidas: nondum puras ac limpidas: ſed limo turbidas. ¶ Sed iã uada nota ſecantes: ſed iam alueos ſuos tenentes: neque enim ripis egrediebantur. Secare namque interdum incidere: iterdum tenere ſignificat. Vnde ſectas philoſophorum dictas eſſe Seruius ait: quod propoſitum tenebant. Virgilius. Ille uiam ſecat ad naues. ¶ Inde ubi libatos irrorauere liquores: antiqui templa ingreſſuri. Deoſque precaturi: id quod nos quoq; facimus: prius ſe aqua aſpergebant & lauabant: quam cõſuetudinẽ. Deucaliõ & pyrrha diis ſupplicaturi ſeruarunt. ¶ Irrorauere: inſperſere. ¶ Libatos liquores: hauſtas aquas. Ad delubra: ad templa. Nam delubrũ modo ſimulacrum Dei modo templum ſignificat. Delubrum quidem (ut ait Feſtus) proprie eſt lignum delibratum: quo antiqui pro ſimulacro utebantur. ¶ Sacre Deæ: Themidis. Quorũ faſtigia: ſummitates: nam faſtigium eſt altitudo ac ſummitas cuiuſcunq; operis. ¶ Turpi muſco. muſcus herbula eſt minutiſſima in locis humidis naſcẽs. ¶ Squallebant: ſqualida & deturpata erant. ¶ Stabantq; ſine ignib⁹ aræ: altaria ſine ſacrificiis erãt. ¶ Vt tẽpli tetigere gradus: modum adorãdi pulchre deſcribit. ¶ Procumbit: procidit. ¶ Pron⁹: ſupplex. Remolleſcũt: mollia & mitia fiunt. ¶ Precibus iuſtis: precibus iuſtorum hominuꝫ. ¶ Dic themi: Themis cęli & terræ filia fuiſſe ab Heſiodo fingitur: q̃ ante Apollinem (ut Strabo ait) in parnaſo oracula reddebat. Hanc fuiſſe Deam quę iuberes hoĩes id petere quod fas eſſet: ac potius eandem eſſe qđ fas Põpei⁹ ſcribit. Themis etiã mater fuit Euãdri: quę Carmẽtis quoque uocata eſt, ut legitur apud Plutarchum. Eſt auteꝫ uocatiuus gręcus themi. ¶ Merſis reb⁹: deletis & oppreſſis ac obrutis. ¶ Sortemq; dedit, oraculum & reſponſum quod ſubiicitur. ¶ Et uelate caput: operite ac tegite. ¶ Cinctaſq; reſoluite ueſtes: Hoc eſt diſcingite ueſtes ueſtras, quæ ſunt cinctæ.

Raph.

¶ Obſtupuere diu per longum tempus ſtupẽtes fuere admirati quid nam ſibi uellet tale reſpõſum. ¶ Rupit ſilentia uoce: locuta eſt. ¶ Pauido ore: pro ipſa pauida. Eſt enim hypallage. ¶ Pauetq;: quia timet. Cauſa eſt nãq; qua Pyrrha merito uult uideri ueniã rogare. Maternas umbras: matris animam. ¶ Repetunt: mẽte reuoluunt. ¶ Cæcis latebris: obſcuris uelaminibus: ¶ Volutant: cogitant. ¶ Inde Promethides: Deucalion Promethei filius. Prometheus autem dictus eſt ꝙ prę uideat conſilia: quaſi προμήθειο mutatione δ in θ. μῆδεα nãq; cõſilia dicuntur. Vnde etiã pro prudente accipitur; Epimetheus pro imprudente: qui poſteaq̃ aliquid mali paſſus eſt cõſiliũ capit. ¶ Epimethida: Pyrrhã: Epymethei filiã. ¶ Mulcet: mitigat ac ſolatur. ¶ Sollertia: ingenium prudentiũ. Proprie autem acumẽ ingenii ac uelocitas ſollertia dicitur. ¶ Nullus nefas: nullã impietatẽ. ¶ Suadẽt: mandant. iubẽt: tã etſi ſuadere ꝓprie hortari ſignificat. Magna parens terra eſt: recte oraculum interpretatus eſt deucalion. Nam terra merito magna parẽs dicitur: cuȝ animata omnia atq; inanimata ex ea naſcantur. ¶ Coniugis augurio: mariti uaticinio. ¶ Titania: pyrrha Iapeti Titanis neptis. ¶ Diffidũt: nõ credũt. ¶ Sed quid tẽptare nocebit: aiũt ſubaudiatur. ¶ Velãtq; caput: tegũt: cooperiunt. ¶ Sua poſt ueſtigia: poſt ſua terga. Veſtigia autem pedũ ſigna dicũtur: ſed frequẽter ꝓ ipſis pedibus ponũtur. ¶ Mittũt: iaciũt: ¶ Quis hoc credat. Parẽtheſis cũ interrogatione admirationis plena: qua id qđ icredibile eſt ueriſimile fieri uidetur. Cum eniȝ id priſci teſtẽtur: nobis quoq; eſt credẽdum. ¶ Vetuſtas: antiquitas, quæ maxime ẽ auctoritatis. Hoc auteȝ idcirco fingitur: ꝙ Deucaliõ rex theſſaliæ poſt diluuium: quo tota græcia fuit inundata: rudes homines ac feros moribus ac legibus inſtruxit: quibus duritiem omnem ac feritateȝ depoſuere. ¶ Molliriq;: mollia fieri. ¶ Ducere formam: accipere formaȝ & figuram humanã. ¶ Mitior: mollior. ¶ Vt quædam, quandam quidem inquit formam habere uidebantur ſaxa illa: ſed non humanã apte prę ſe ferebant figuram. Talẽ autem habebãt: qualem ſtatue marmoreę inchoatę. ¶ Sed uti: ſed tanquam. ¶ Nõ exacta: exculta: ꝑfecta. ¶ Rudibus ſignis: impolitis ielaboratiſq; ſtatuis. *Signa* enim etiam ſtatuas ſignificãt. Quæ tamen ex illis: terrenæ inq̃t partes lapidũ molles & humidę in corpus fuere conuerſæ. Solidę uero & durę in oſſa. Venæ autem in uenas: naȝ & lapides uenas ſuas habẽt. ¶ Corporis: carnis. Corpus. n. ꝓprie uiuentium dicitur. Caro mortuorum. ¶ Superorum numine: deorum uoluntate. ¶ Traxere, concepere. ¶ Faciẽ traxere uirorum: figuram, mariuȝ accepere. ¶ Experienſq; laborum: patiens laborum ac poenarum. *Sic* Virgil. Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem. Vnde homines nati. duruȝ genus &c. ¶ Et documenta damus: expimẽta. Alias documẽta ſunt exempla (ut inquit Varro) quæ docendi cauſa dicuntur. ¶ Qua ſimus origine nati: quam originem ſimus ſortiti. Cum enim tam patiẽtes laborum ſimus: facile oſtẽdimus nos de lapidibus eſſet generatos.

Prometheus · Epimetheus · Sollertia · Suadeſ · Oſſa terræ · ueſtigia · Molliſ · Signũ · Corp⁹ · Caro · Documentũ

Obſtupuere diu: rupitq; ſilentia uoce
Pyrrha prior: iuſſiſq; Deæ parere recuſat:
Detq; ſibi ueniam pauido rogat ore, pauetq;
Lædere iactatis maternas oſſibus umbras.
Interea repetunt cæcis obſcura latebris
Verba datæ ſortis, ſecum, inter ſeq; uolutãt,
Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet: & aut fallax ait, eſt ſollertia nobis:
Aut pia ſunt, nullumq; nefas oracula ſuadent:
Magna parens terra eſt: lapides in corpore terræ,
Oſſa reor dici: iacere hos poſt terga iubemur
Cõiugis augurio q̃q̃ Titania mota eſt,
Spes tamen in dubio eſt: & adhuc cæleſtibus ambo
Diffidunt monitis: ſed quid tentare nocebit?
Diſcedunt, uelantq; caput, tunicaſq; recingunt:
Et iuſſos lapides ſua poſt ueſtigia mittunt.
Saxa (quis hoc credat, niſi ſit pro teſte uetuſtas?)
Ponere duriciem cœpere: ſuumq; rigorem,
Molliriq; mora, mollitaq; ducere formam,
Mox ubi creuerunt, naturaq; mitior illis
Contigit, ut quædam, ſic non manifeſta uideri
Forma poteſt hominis, ſed uti de marmore cœpta,
Nõ exacta ſatis, rudibuſq; ſimillima ſignis.
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida ſucco,
Et terrena fuit, uerſa eſt in corporis uſum:
Quod ſolidum eſt, flectiq; nequit mutatur in oſſa,
Quæ modo uena fuit: ſub eodem nomine manſit:
Inq; breui ſpatio ſuperorum numine ſaxa
Miſſa uiri manibus faciem traxere uirorum:
Et de fœmineo reparata eſt fœmina iactu:
Inde genus durum ſumus, & experienſq; laborum:
Et documenta damus, qua ſimus origine nati,




Fabulę octauę primi libri argumentum.

¶ Cętera diuerſis tell⁹ aĩalia formis &c. Poſt Cathacliſmũ factũ edidit terra Pythonem ſerpẽtẽ ſpecie ignota mortalibus. Hũc Apollo ſagittis interemit: & ne eius aboleret nomen inſtituit ludos & certamina. quę iam in his ludis oſtẽdit. Vnde etiã apollo Pythius eſt appellatus: ludiq; pythii ſunt nominati.

Lactã.

¶ Cętera



Raph.

¶ Cætera diuerſis: reliqua inquit animalia ex terra humida & Sole calefacta orta ſunt: id quod fieri poſſe facile Aegyptus eſt documento. Nam poſt nili inundinationem glebæ in uarias animalium figuras commutantur. Hæc autem idcirco a poeta interferuntur: ut commodius Daphnes in laurus metamorphoſin cum ſuperiore connectat. ¶ Vndę ... paludes: humidę. ¶ Aeſtu: feruore. ¶ Viuaci ſolo: terra uitam ſubminiſtranti. ¶ Ceu matris in aluo: tanq̃ in utero matris. ¶ Cœpere: concepere, contraxere. ¶ Faciem aliquam: formam & figuram. ¶ Septemfluus Nilus: exemplo declarat reliqua animalia ex terra ſponte fuiſſe orta. Nilus autem fluuius ſingulis quibuſq; annis Aegyptum inundans, fœcundaȝ nõ ſolum frumentum, ſed uarioruȝ quoque animalium eam reddit. Septẽfluus idcirco dicitur ꝙ ſeptem hoſtiis in mare effũdit: quorum nomina hęc a Diodoro memorantur: Pelluſiacum quod ad orientem uergit. Paniticum. Mendeſium: Phaniticuȝ. Sebeniticum. Bolbiticũ. Canopicum. Nili autem ortus adeo eſt incertus: ut ipſum aſtopon, ideſt ortam e tenebris aquam uocent. Sane Nilus uariis nominibus fuit appellatus. Nam primum a curſus uelocitate profunditateq; aquarum Aquila fuit uocatus. Deinde ab Aegypto rege Aegyptus. tum a Nilo rege Nilus. Tametſi quidam aſſerunt nilum quaſi neo lum dictum eſſe παρὰ το νέος quod eſt iuuenis & nouus: quia ſingulis quibuſque annis renouari uidetur, cum totam aegyptum inundat. ¶ Alueo: ſyneręſis eſt duarum uocalium in unam. ¶ Aethereo: ſydere: igneo Sole. ¶ Modo cœpta: tantummodo inchoata. Sed in uetuſtis exemplaribus legitur modo nata, & reſte quidẽ ut intelligamus nuper & pauloante nata. Ibi autem eſt diſtinguenduȝ. ut inde ſequens incipiat ſenſus. ¶ Per ipſum naſcendi ſpacium, quædam imperfecta, hoc eſt propter breue naſcendi tempus imperfecta uidentur quædam. Eſt autem. Dyaliton. ¶ Quippe ubi temperiem, ex humore & calore ſecundum phyſicos ait omnia generari. ¶ Cumque ſit ignis aquæ pugnax, quamuis inquit ignis aquæ ſit contrarius, calor tamen cum humore commixtus omnia generat. ¶ Et diſcors concordia: Acute dictum quamuis fatue uideatur. Nam calor & humor ſeparati pugnant & diſcordes ſunt. Iuncti atque mixti concordes ad agendum atque generandum uidentur. ¶ Fœtibus: partubus. ¶ Lutulẽta: lutoſa. ¶ Recanduit: calefacta fuit. ¶ Reddidit: repreſentauit ac reſtituit. ¶ Illa quidem nollet: genuiſſe ſubaudiendum. ¶ Sed te quoque maxime Python Tum genuit, Pythonem maximum ſerpentem ex terra ortum eſſe: ab apollineque fuiſſe interfectũ narratur: a quo & Pythius apollo fuit cognominatus, & Pythii ludi ad perpetuam rei memoriam fuere inſtituti. In quibus qui uiciſſet eſculea corpora (antequam laurus eſſet) coronabatur. Eſt autem apoſtrophe ad ſerpentem. Python autem non ſolum in maſculino, ſed etiam fœminino genere uſurpauit. Hic uero ſerpens Latonam inſtructu Iunonis ſtimulaſſe ac fere per totum orbem terrarum perſecutus fuiſſe antequam apollinem & Dianam pareret: in dyalogo. Iridis & Neptuni a Luciano memorater. Pytho uero eſt urbs Phocidis: quę alio nomine Delphi uocatur. παρὰ τὸ πύθεσθαι: hoc eſt a corrumpendo: quod illic Python ſerpens fuerit corruptus, & inſaniem reſolutus. Python quoq; eſt (ut Solinus ſcribit) in Aſia campus patentiſſimus: quo primo quoq; aduentus ſui tempore ciconiæ aduolãt. Porro pythopolis duarum eſt urbium nomen: quarum altera. Miſiæ altera Carię eſt. ¶ Tantum ſpatii de monte tenebas: acclamatio eſt, qua magnitudo ſerpentis declaratur. ¶ Tenebas: occupabas. ¶ Hunc Deus arcitenens: Apollo qui cum arcu & pharetra pingebatur. Capreiſque fugacibus uſus: Capreæ. capræ ſunt ſiluestres uelociſſimæ. ¶ Exhauſta pharetra: euacuata. Pharetra autem ſagittarum eſt repoſitorium: dicta παρὰ τὸ φέρειν τὰ τιτρώσκοντα, hoc eſt a ferendis iis quæ uulnerant. ¶ Per uulnera nigra ueneno. Hyppallage eſt: Nigrum enim uenenum per uulnera effuſum intelligimus. ¶ Hic iuuenum quicunque manu pedibuſue. Quiſquis inquit Pythia uicerat ...

Animantium origo. · Nili hoſtia. · Nili nomina. · Nili ortus incertus · Rrecide re. · Python · Pythius · Pythii ludi · Pytho · pytho polis. · caprea, · pharetra.

Cætera diuerſis tellus animalia formis
Sponte ſua peperit, poſtq̃ uetus humor ab igne
Percaluit Solis, cœnumq; udæq; paludes
Intumuere æſtu: fœcundaq; ſemina rerum
Viuaci nutrita ſolo: ceu matris in aluo
Creuerunt, faciemq; aliquam cœpere morando.
Sic ubi deſeruit madidos ſeptemfluus agros
Nilus, & antiquo ſua flumina reddidit alueo:
Aethereo recens exarſit ſydere limus,
Plurima cultores uerſis animalia glebis
Inueniũt: & in his quædam modo cœpta per ipſum
Naſcendi ſpatium, quædam imperfecta, ſuiſq;
Trunca uidẽt humeris, & eodem corpore ſæpe
Altera pars uiuit: rudis eſt altera tellus.
Quippe ubi temperiẽ ſumpſere humorq;, calorq;:
Concipiunt, & ab his oriuntur cuncta duobus.
Cumq; ſit ignis aquæ pugnax, uapor humidus oẽs
Res creat: & diſcors concordia fœtibus apta eſt:
Ergo ubi diluuio tellus lutulenta recenti
Solibus æthereis, altoq; recanduit æſtu:
Edidit innumeras ſpecies, partimq; figuras
Reddidit antiquas: partim noua monſtra creauit.
Illa quidem nollet ſed te quoq; maxime Python
Tum genuit, populiſq; nouis incognite ſerpens
Terror eras, tantum ſpatii de monte tenebas
Hunc Deus arcitenens, & nunq̃ talibus armis
Ante, niſi in damis capreiſq; fugacibus uſus,
Mille grauem telis exhauſta pene pharetra
Perdidit effuſo per uulnera nigra ueneno.
Neue operis famam poſſet delere uetuſtas
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos
Hic iuuenum quicunque manu, pedibuſue, rotaue
Vicerat eſculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum Laurus erat, longoq; decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.

Eſculus

ciſſet aut pugnis: aut curſu: aut curru Eſculea corona donabatur. ¶ Rotaue: uel curru. Vt a parte totum intelligamus. ¶ Eſculeæ frondis honorem: coronam ex frõdibus eſculi confectam. Nam eſculus arbor eſt glandifera dicta: q priſci ex illius fructu eſcam ſumerent. ¶ Nondum laurus erat: concludit mutationem ſequentem cum ſuperioribus connectit. Aſſignans enim cauſam cur pythiorum uictores eſculeam coronam acciperent: laurũ (qua poſtea qui uiciſſent fuere coronati) nõdum fuiſſe ait: ſicq; deſcribit quemadmodum daphne Penei fluuii ab apolline fuit amata. Q ua cum nec prece, nec pretio potiri poſſet, ad uim ſeſe coũertit. Ipa uero fuga ſibi conſulens, cu; in eo eſſent ut caperetur, patrem rogauit, ut ſibi auxilium ferret. Ille uero precibus filiæ motus eam in arborem ſui nominis commutauit.

Daphne

Daphne enim laurus interpretatur, dicta quaſi δαφωνη quod cum uritur quaſi uocem emittat. Strepit enim cum ardet, ut etiam Theocritus teſtatur. Eſt etiã daphne (ut Stra. ait Antiochiæ uicinum: & amœnitate inclytum nemus octoginta ſtadiorum ambitu: quo in loco antiochenſium conuentus agitabatur. Appellatum eſt autem a daphne Ladonis filia: ut arrianus ſcribit. Dionyſius uero ſacrum templo lecum eum uocauit. ¶ Decenta tempora: pulchrum caput, ut a parte totum per ſinegdochem intelligamus. ¶ Longo crine: longis capillis. Ita nanq; apollo pingebatur.

Phœbus

¶ Phœbus: phœbus autem epitheton eſt apollinis Soliſq; proprium, ſignificat enim purum.

LAVI. apollo

Ergo ubi diluuio tellus lutuleta recenti. Apollinem Iouis & Latonæ filium ueteres diuinitatis & ſapientiæ deum dixere: & medicinæ artis repertorem. Hunc uolunt Cyclopes interfeciſſe: & cã ob rem aliquãdiu priuatum diuinitate armenta admeti regis Theſſaliæ paſciſſe. Pythonem etiam ſerpentem tria capita. Leonini: lupini & canini habentem occidiſſe uoluere. Inſuper cu; illi Mercurius cytharã dono dediſſet cũ heliconiis muſis præeſſe & ut eo felicet tangente muſæ canerent: cũ imberbem nunc iuuenem, nunc ſenem: tripode aurea capitæ tectum habentem: ac una manu arcum & ſagittas, altera citharam tenente finxere. Laurum etiam arborem muſis choream ducentibus umbrã facientem: & eorum ei ſacrauere: huius deſcriptionis poeticæ ſi ſenſum excerpere uoluerimus (nonnunq; hominẽ ut fuit) aliqũ Solẽ intelligamus neceſſe eſt.

Senſus litteralis

Fuit ergo hic apollo Iouis ſecundi ex latona filius: quem uolunt apud archades regnaſſe. eis quoq; nouas leges adinueniſſe: & ob ſeueritatem nimiam legum a ſubditis regno pulſum fuiſſe: & ad admetum regem Theſſaliæ confugiſſe: atq; ex cõceſſione admeti quibuſdã ſecus amphryſum flumẽ populus impetraſſe: quæ loci fabulæ dederũt: q; ob occiſos Cyclopas diuinitate priuatus. Admeti pauerit armenta.

Qui primus barum uires cognouit

Hic primus fuit qui uires herbarũ nouerit: & ad morbos hominũ curados earum uirtutes adaptauerit: & ob eam rem non ſolum medicus habit? eſt: ſed deus: cum ægrotãtium plurimi ex ſuis remediis ſanitatem conſequerentur. Et quoniam pulſum hominum concordiam reperiſſet: illi a Mercurio numerorum atq; menſurarum principe citharã conceſſam dicunt: Volentes intelligere, ut per diuerſas uoces ex ſidibus tactis ſurgentes (ſi a perito cytharœdo ſecũdum artis regulas tãgatur) una efficitur ſuauiſſima uocũ cõcordia: ſic ex diuerſis pulſum motibus: ſi rite ordinati ſunt: deprehendit in corpore eucratico humorũ concordia. Q uãdo etiã nifis ægritudinum ſignis multis mortem multis ſanitatem prediceret: illi diuinationis deitas eſt attributa. Illi inſuper eadẽ ratione laurus & coruus dicati ſunt. Cũ ſi lauri frondes dormiẽtis capiti alligent ſomnia eorũ uiſuſi uera predicẽt. Sic & coruus habere ſexaginta quatuor uocũ mutationes dicitur: ex qbus optimi augures futura ſe deprehẽdere aſſerebant: qui apollini ad diuinationẽ deſignãdã tribuit. Sapientiæ etiã Deus eſt habitus ꝓpter cõſilia ſalubria: quæ circa morbos dabat poſcentibus. Muſis aũt apolinẽ præeſſe Stra. li. x. enucleat. Nã apollinẽ muſarũ ducẽ appellat: muſas uirgines ſecũ duxiſſe tradit apprime eruditas: qbus tum propter cantus ſuauitatẽ, quia bonis artibus erudite erant, oblectabatur: ut ſcribit Diod. li. y. Inter eas aũt nouẽ fuiſſe uirgines, cũ canere ſolitas: tũ in aliis eruditas: quas deinde græci appellauerũt muſas: Has apollinem docuiſſe dicũt: ex qua re muſicus eſt nomiatus.

Senſus phyſic?

Solẽ et apollo denotat: quem imberbẽ dixerũt: qa ſemp iuuenis quaſi omni die nouus exoritur. Nihilominus uanarũ ætatũ nunq; induit hominem. Oriens ſiquidẽ (quod iuuenum eſt) rubet. Mediũ aũt ut cęli axẽ cõſcẽdit, calorẽ intenſum generat & ſplendorẽ perſpicuũ exhibet: eſt etiã tũc in luminis uigore quemadmodum homines pfectæ ætatis tẽpore in fortitudine. Veſpere aũt ſenis perſonam ſuſcipere uidetur: quia pallidus ob inter uiſum noſtrũ & ipſu; interpoſitos uapores apparere ut plurimũ ſolet: & ad occaſu; (ut ſenes ad morte) tendit. Arcum & ſagittas tenere dicitur: cauſat ſi quidem in nube rotida, ſuo aſpectu aduerſa radiorum ſplẽdoribus in modum arcus. Iridẽ: Lyra canere: & muſis pręeſſe etiã uoluere. Siquidẽ eum cæleſtis armoniæ pricipem: & inter nouẽ ſperarũ circuitiões uarias tanq; inter nouẽ muſas noticia & demõſtrati eorũdem modulos exigente dixere. Tripodem in modum coronæ: ut folis calorẽ: ſplẽdorẽ, ac uigorem deſignare capite inſignitum ſcripſere. Hunc pythonis ſerpẽtis interemptorem uolunt. Q uia python fidem auferens interpretatur: quę ablatio fidei tũc de medio tollitur, cũ uarietatis claritas referatur: quod per Solis lumẽ efficit. Sapiẽtię denigi Sol dictus eſt Deus: quia lumine ſuo uiuanda demonſtrat ac ẽt ſapiẽtis eſt immũda.

Senſus allegoricus

Senſu allegorico apollo Chriſtum Solem iuſtitię ſignificat: Apollo iuuenis deſcribit. Chriſtum iuuẽnem & ob dietatis æternitatem: & in perfectiſſima diſpoſitiõe pmanẽtiã: ob quoq; puritatis & ſanctitatis decorẽ dicere poſſum?. apollo habet tripodẽ. Chriſtu animã: corpus & deitatem. apollini cytharam ueteres ſprebuere. Chriſto crucis uenerabile lignũ: in quo eius corpus ſanctiſſimis (ut neruiin cythara) clauis extenſum fuit tribuimus: quo & a miſeriis peccati releuamur, ac tribulationibus agitati (ut cythara triſtes) hylares efficimur. Nihil ſiqdẽ adeo acerbum eſt, adeo moleſtũ, adeo intollerabile, quod equo animo non tolleretur, ſi ad memoriã Chriſti paſſio reuocetur. Arcu & ſagittis apollinem armatum uolunt. Chriſtus iuſtitiæ ſeueritatem in reprobis & obſtinatis ſagitta damnationis transfixis oſtendit: apollo Pythonem ſerpentem ſagitta interfecit. Chriſtus ſerpentem illum antiquũ Luciferum crucis ſagitta deuicit: qui tortuoſus ſerpens tria capita ſuperbiam leoninum: auaritiam lupinum: inuidiam caninum deſignãtia, habebat, quibus adam aggreſſus ipſum ab innocentiæ ſtatu deiecerat. Tria etiam capita Luciferi malos angelos, qui ex triplici hierarchia ſecum corruerunt intelligere poſſumus. Apollini nouem muſæ aſſiſtunt. Chriſto nouẽ ordines angelorum. apollo ſapientiæ dictus eſt deus. Chriſtus eſt æterna & uera patris ſapientia: de q̃ ſcriptum eſt. Ego ſapientia ex hore altiſſimi prodii primo genita ante omnem creaturam.

Fabulæ



¶ Fabulæ nonæ primi libri argumentum.

Lactã.

¶ Primus amor &c. Daphne Penei fluminis filia: cum omnium uirginum, quæ in Theſſalia eſſent ſpecioſiſſima haberetur: adeo quidem ut eos pulchritudine ſua caperet. Apollo cum eam conſpexiſſet forma eius exarſit. Q uam cum neq; pollicitis: neq; præcibus adire potuiſſet: uim ut inferret, inſtituit: & illa curſu conſpectum eius effugere cupiens, patrem inuocauit, ut uirginitatis ſuę (quã ſibi promiſerat) ferret auxilium. Q uam ille auditis precibus filiæ deorum ut uim effugeret: in laurum conuertit.

Primus amor Phœbi Daphne Peneia, quem non
Sors ignara dedit: ſed ſæua cupidinis ira.
Delius hunc nuper uicto ſerpente ſuperbus
Viderat adducto flectentem cornua neruo
Quidq; tibi laſciue puer cum fortibus armis?
Dixerat: iſta decent humeros geſtamina noſtros,
Qui dare certa feræ: dare uulnera poſſumus hoſti:
Qui modo peſtifero tot ingera uentre prementem:
Strauimus innumeris tumidum Pythona ſagittis.
Tu face neſcio quos eſto contentus amores
Irritare tua, nec laudes aſſere noſtras.
Filius huic Veneris: figat tuus omnia Phœbe:
Te meus arcus (ait) quantoq; animalia cedunt
Cuncta Deo: tanto minor eſt tua gloria noſtra,
Dixit: & eliſo percuſſis aere pennis
Iuppiter umbroſa parnaſi conſtitit arce:
Deq; ſagittifera prompſit duo tela pharetra
Diuerſorum operum: fugat hoc: facit illud amore
Quod facit: auratum eſt: & cuſpide fulget acuta:
Quod fugat: obtuſũ ẽ: & habet ſub arũdie plũbũ.
Hoc Deus in nympha Peneide fixit at illo
Læſit Apollineas traiecta per oſſa medullas
Protinus alter amat: fugit altera nomen amantis,
Siluarum latebris, captiuarumq; ferarum
Exuuiis gaudens: innupteq; æmula Phœbes:
Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos.
Multi illam petiere: illa auerſata petentes,
Impatiens, experſq; uiri nemora auia luſtrat,
Nec qd hymen, qd amor, quid ſint cõnubia, curat,
Sæpe pater dixit: generum mihi filia debes:
Sæpe pater dixit: debes mihi nata nepotes
Illa uelut crimen tædas exoſa iugales:
Pulchra uerecundo ſuffundens ora rubore:
Inq; patris blandis hæres ceruice lacertis,
Da mihi perpetua genitor cariſſime dixit

Raph.

¶ Peneia: penei fluuii filia: poſſeſſiua. n. frequenter pro patronymicis: & econtra pro poſſeſſiuis patronymica ponitur. Aphthonius uero daphne Ladonis filiam fuiſſe ait. ¶ Sors ignara. Fortuna imperita, quæ nullum rerum habet delectũ.

Cupidinis ſagittæ

¶ Sæua cupidinis ira: ſed magna dei amoris idignatio: Cupido nanq; maſculini generis Deum ſignificat amoris, fœminini uero cupiditatem Duos uero cupidines eſſe Plato in Sympoſio ſcribit: alterum cœleſtem & diuinum: alterũ uulgarem atq; plebeium. Id quod Oui. in faſtis ſecutus eſſe uidetur: cum inquit. Alma faue dixi geminorum mater amorũ. Gręci cupidinẽ Erota uocãt. Vnde heroes denominatos eſſe Plato ait in Cratylo.

Anteros

Deus autem qui amori contrarius eſt, amorẽq; diſſoluit: Anteros uocat: qui (ut Cice. i. iii. de natura Deorum ſcribit) ex Venere natus eſt & Marte.

Cupidinis parẽtes.

De cupidinis autem parẽtibus uariæ ſunt antiquorum opiniones. Alii nãq; ipſum Iouis & Veneris filium eſſe aiunt. Sapho autem cœli & terræ. Simonides. Martis & ueneris. Ibycus & Heſiodus ex Chao cupidinem natum eſſe ſcribũt. Orpheus ex Saturno ait natũ.

Delius.

¶ Delius hũc nup. quomodo in amorẽ Daphnes apollo inciderit, poeta deſcribit ita perſpicue, ut nulla fere op? ſit expoſitiõe. ¶ Deli?: apollo delo inſula cognominatus: in qua una cum diana natus eſſe perhibetur. ¶ Adducto neruo geſtum exprimit ſagittariorũ. ¶ Tot iugerũ: iugerũ tantum terre dicitur quantũ par boum in die uno exarare poteſt.

Sterneſ

¶ Strauimus: proſtrauimus: interfecimus. Sterni. n. ſtantia dicitur cum in terrã deiiciũt. ¶ Tumidũ inflatum: ſuperbia elatus. ¶ Neſcio quos amores: cum quodã contemptu hæc dicitur: ac ſi diceret: leues: molles: atq; uiris negligẽdos.

Iritare

¶ Irritare: prouocare: ſtimulare: per ſimplex. r. aũt ſcribitur. Nã irritare per duplex. r. ſignificat uanum & irritum facere. ¶ Tua ſagitta: tibi conuenientem. Fas aũt cupidini attribuit: qua iuuenſ animi amore inflammantur. ¶ Nec aſſere: arrogat; uendica. ¶ Filius hu. Ve. cupido. ¶ Figat tuus: licet coniunctio ſubintelligenda uidetur. Licet inquit tuus arcus omnia animalia figat, meum tamen tu eſſugere non poteris. Sicq; tua tanto minor eſt q̃ noſtra: quãto animalia (quæ tu feris) deo ſunt inferiora. ¶ Eliſo acre: impulſo. ¶ Percuſſis pẽnis. alis. Nam alatus cupido pingitur. ¶ Arce: cacumine: uertice. ¶ Prompſit: deprompſit excepit. ¶ Diuerſorum operum: contrariorum effectuum.

Fugare

¶ Fugat: fugere facit & depellit. ¶ Obtuſum: ſine cuſpide.

Hoc. Illud

¶ Hoc. ſ. obtuſo: ad propinquius enim hoc pronomen refertur. Illud. ad longinqui?. ¶ Traiecta per oſſa: trãſfixa per oſſa trãſeunte ſagitta.

Exuuię

¶ Exuuiis: pellibus Exuuię dicitur ſpolia nõ ſolum quę hominibus detrahuntur ſed etiam quæ alis animalibus. Exuuiæ autem ferarum pelles dicuntur. ¶ Captiuarũ: captarũ. ¶ Innuptęq; æmula Phœbes: imitatrix diãne: quæ perpetua gaudet uirginitate.

Vitta

¶ Vitta coerce quomodo daphne dianę eſſet imitatrix exponit: nã neq; ornatu capitis gaudebat: & uiros omnes aſpernabatur. Vitta tegmen eſt capitis mulibre. ¶ Sine lege: ſine ordine. ¶ Aduerſata: aſpernata. ¶ Luſtrat peragrat: circumit.

Hymen

¶ Nec quid Hymen. Hymen. proprie eſt cartilago quedã in uulua uirginis: quę i primo coitu frãgi dicit. Pro deo quoq; nuptiarum q & hymenę?: ac pro nuptiis ipſi ponit.

Tęda

¶ Tędas iugales: nuptias: a parte enim totum intelligimus. Nouis enim nuptiis quiq; faces accenſæ præferebantur: ut ſcribit Plutarchus in problematis. Tæda autem arbor eſt. ex qua optimæ conficiuntur faces. ¶ Verecundo rubore: pudico & a uerecundia proueniente. ¶ Blandis lacertis: pro ipſa blanda. ſic Vir. Sceleratam intorſerit haſtam: pro ipſe ſceleratus. Eſt enim hyppallage, qua frequenter poetæ utuntur.

Raph. ℭDedit hoc pater ante Dianæ: exemplo perſuadere nititur patri daphne.ut ſe uirginem uiuere permittat. Nam & iuppiter conceſſit dianæ filię:ut perpetua frueretur uirginitate. ❡ Pater: Iuppiter. ❡ Ille quidem obſequitur: peneus pater morez gerit tibi.inquit Ouidi⁹. Eſt autem apoſtrophe & cōuerſio ſermonis ad puellā. ❡ Decor iſte: pulchritudo iſta tua excellens. ❡ Tuo uoto: tuę cupiditati. ❡ Fallunt: decipiunt. Id enī ſperabat: quod minime eſt aſſecutus. ❡ Vtq; leues ſtipulæ: duplici ſimilitudine & ſtipularum & ſepiuz ardentium oſtendit poeta: ꝗ uehementi amore Daphnem proſequeretur apollo. ❡ Adolentur: ardent. comburūtur. ❡ Demptis ariſtis: ablatis ſpicis. Partem enim pro toto poſuit. Ariſtæ nanq; partes ſunt ſpicę acutiſſimæ: ſic dictæ ꝗ primum areſcant. ❡ Vt facibus ſepes ardent: ſepes ex arbuſtis conſtant: quibus ab ingreſſu agrorum uiatores arcentur.

Adolere

Ariſtæ.

Viator. ❡ Quas forte uiator: uiator a uia: ſiue potius a uio, quod niſi in compoſitione in uſu eſt, ut obuio, deuio deriuatur: atq; id proprie dicitur qui iter aliqd ſuſcipit peragendum. Tametſi apud Romanos ſi uiatores dicebantur: qui magiſtratus ex agris in urbez euocabant ut Plinius ſcribit. ❡ Vel nimis adm. uel nimis prope ſepes poſuit. ❡ Sub luce: circa lucē diei aduenientem. Solent enim uiatores noctu faces ſecum ferre: quas adueniente luce iuxta ſepes relinquunt. ❡ In flammas abiit: accenſus & inflāmatus eſt amore daphnes. Sterilem amorem: uanum: ex quo nullam uoluptatem eſt habiturus. ❡ Ecquid ſi comantur ait: Ecquid dictio eſt interrogantis: per.c.ſcribitur. ❡ Comantur: ornentur: ac ſi diceret. Si ornarentur capilli: multo decentiores eſſent. ❡ Micantes: fulgentes. ❡ Videt oſcula: parua ora: non baſia. Eſt enim ab ore diminutiuum. Os autem paruum maxime uirginem commendat. ❡ Quæ non eſt uidiſſe ſatis: illam enim etiam oſculari cupiebat. ❡ Laudant, digitoq;: morem exprimit elegantum amatorum: qui omnia amicarum ſuarum membra laudare ſolent. ❡ Et nudos lacertos: mulierum Romanarum habitum deſcribit: qui nunc quoq; multis eſt in uſu. ❡ Si qua latent meliora putat: non de pudendis (ut inquit Fabius) eſt intelligendu; ſed de iis omnibus corporis partibus quæ ueſte occultantur. ❡ Neq; reſiſtit: neq; conſiſtit: neq; remoratur curſum. Alias reſiſtere repugnare eſt aduerſari. ❡ Reuocantis: Apollinis. ❡ Nympha precor: hac oratione

Ecquid

Comare

Oſculu;

Reſiſtere

Virginitate frui: dedit hoc pater ante Dianæ,
Ille quidem obſequitur: ſed te decor iſte, quod optas
Eſſe uetat: uotoq; tuo tua forma repugnat.
Phœbus amat, uiſæq; cupit connubia Daphnes,
Quodq; cupit, ſperat: ſuaq; illum oracula fallunt.
Vtq; leues ſtipulæ demptis adolentur ariſtis:
Vt facibus ſepes ardent, quas forte uiator
Vel nimis admouit, uel iam ſub luce reliquit:
Sic Deus in flammas abiit, ſic pectore toto
Vritur, & ſterilem ſperando nutrit amorem.
Spectat inornatos collo pendere capillos:
Ecquid ſi comantur: (ait) uidet igne micantes
Syderibus ſimiles oculos: uidet oſcula: quæ non
Eſt uidiſſe ſatis: laudat, digitoſq;, manuſq;,
Brachiaq;: & nudos media plus parte lacertos:
Si qua latent: meliora putat: fugit ocyor aura
Illa leui: neq; ad hæc reuocātis uerba reſiſtit:
Nympha p̄cor Peneia mane. non inſequor hoſtis,
Nympha mane. ſic agna lupum, ſic cerua leonem,
Sic aquilā penna fugiunt trepidante columbæ:
Hoſtes quæq; ſuos. amor eſt mihi cauſa ſequendi.
Me miſerum ne prona cadas, indignaue lædi
Crura notent ſentes: & ſim tibi cauſa doloris.
Aſpera qua properas loca ſunt: moderantius, oro,
Curre, fugamq; inhibe: moderantius inſequar ipſe.
Cui placeas: inquire tamen non incola montis,
Non ego ſum paſtor, non hic armenta, gregeſq;
Horridus obſeruo: neſcis, temeraria neſcis
Quem fugias, ideoq; fugis: mihi Delphica tellus

Apollo conatur daphnem perſuadere ne ſe fugiat. ſed in ſuos deueniat amplexus. ❡ Nympha mane: elegans repetitio amatoriæ orationi maxime conueniēs. ❡ Sic agna lupū: his ſimilitudinibus oſtendit apollo ſe ut hoſtem a daphne uitari: cum ipſam amore captus ſequatur. Eſt autem hyppozeugma. Fugit enim uerbum eſt ſubaudiendum. Lupum uero ut hoſtes oues natura. & ceruleōes. ac dēq; oīa aīalia bruta ſuos ꝗq; fugiūt hoſtes. ❡ Penna trepidante: cum quodam timore properantibus alis. Aquila uero ab aquilo: hoc eſt fuſco & ſubnigro colore eſt dicta: quis qdez ab acute uidendo illaz denominatam uelint: ut ſcribit Pompeius. ❡ Me miſeruz ne prona cadas: ex arte ſe ſollicitum eſſe ſignificat de ſalute puellæ: qua potiri cupiebat. ❡ Notent ſentes: pungant ac lacerēt ſpinæ. Sentes enī; numero plurali ſpinę dicuntur. ❡ Moderantius curre: modeſtius: lentius. ❡ Fugam ꝗ inhibe: contine fugam: noli fugere. Horridus obſeruo: incultus cuſtodio. ❡ Armenta gregeſq;. Armentum id genus pecoris appellatur (ut ait Sex. Pōpeius) quod eſt idoneum ad opus armorum. Grex uero fit ex capris, porcis, ouibuſue: & ſimilibus etiā ex bobus: ut grex ſit generalius nomen, Armentu; ſpeciali⁹. Cicero in philippicis. Cecidit greges armētorum. ❡ Mihi Delphica tellus: artificioſe, & potentiam, & genus, & præclara iouentā commemorat Apollo: ut ad ſe amandum daphnem alliciat. Horum nāq; ſingulis. mulibres animi maxime capiunt. ❡ Delphica tellus: Delphi urbs eſt Phocidis ad parnaſum ubi tēplum apollinis & opibus & certis oraculis clariſſimū fuit, unde oracula delphica ſunt dicta. Delphi aūtem fuere cognominati: ꝗ apollo delphini ſimilis illuc nauigauit. Delphis aūt eſt adytum ex quinq; lapidib⁹ extructum opus Agamedis & Trophonii. ❡ Et claros urbs eſt Lyciæ Colophoni propinqua apollini dicata. Vnde & clarius cognominatur. Illic nāq; eſt apollinis oraculum a Manto Tireſiæ filia cōſtitutum, uel a Claro quodā Heroe, a quo ēt fuit appellata: ut Theopompus ait. Nearchus aūt ſcribit Clarō forte apollini contigiſſe, atq; a forte, hoc eſt ἀπὸ τοῦ κλήρου denominatā fuiſſe: alii uero aiūt clarō fuiſſe appellatā: ꝗ illic neptunus & Mars fuerūt ſortiti. Alii a lachrymis Mātus quā pœnitebat patriā reliquiſſe dictū eſſe Claron putāt p mutationē λ. in. ρ. Nā κλαῦσος lachrymā ſignificat fons certe apud Clarō ex Mātus lachrymis fert ſcaturiſſe.

Aquila

Sentes

Armentum

Grex.

Delphi

Claros

Manto

ℭEt Tenedos



Raph. ℭEt Tenedos: Tenedos inſula eſt ad Helleſpontu; una ex ſporadibus. quæ prius Leucophrys fuit appellata a Tene autem Tenedos eſt dicta. quaſi Τένου ἕδος hoc eſt Tene ſolū: unde Tenedius deriuat. Eſt ēt Tenedo urbs Lycię uel (ut alii aſſerunt) Pamphiliæ: qua; ſub tutela ſua eſſe Apollo ait. ❡ Patarę a regia, patara urbs eſt Lycię a pataro apollinis & lycię filio appellata, in q̄ apollo maxime celebratur. Vnde & Patereus fuit cognominatus. Alexander autez ſcribit: ut Stephanus refert: ſalaciam puellam ex Ophionide ſacra apollini afferentē in Pataris: in uia depoſito uaſe quieuiſſe. Illa uero erāt pemmata, lyræ arcus. & ſagittę: quibus infantes ludūt. Vēto autem flante Patarā: hoc eſt ciſtam: in mare fuiſſe delatam. puellaz autem flentem domuz rediiſſe: ac pataram ad Licoirum Cheroneſuz aduectam fuiſſe. Quędam autez ex profugis a Salacia in pataram incidiſſe: & quę ī illa erāt pemmata cōbuſiſſe ac Cheroneſum apollini conſecraſſe: totamq; illam regionem a patara uaſe: patara denomiaſſe. Patara autem græce interpretatur ciſta. Vnde patereus & patareus declinantur. ❡ Iuppiter eſt genitor: apollo nanq; iouis ex latona filius fuiſſe perhibetur. ❡ Perme quod eritq;. Apollo ſe Deū eſſe uaticinationis ſignificat. ❡ Per me concordant carmina neruis: hoc eſt muſices & harmōię ego ſu; inuentor. ❡ Carmina, cātilenæ. ❡ Neruis: chordis. ❡ Certa qdez noſtra eſt: Se peritum quidem eſſe ſagittariū profitet. ſed cupidinez a quo eſt percuſſus: peritiorem eſſe ait. ❡ In uacuo pectore. libero amoris affectu. ❡ Opiferq;: opē ferens & auxilium. Opifex uero opus faciens. Nam apollo a græcis tum ἀκέσιος: tum ἀλεξίκακος uocat. ꝗ & membris medicina & in malis opem ferat. Vnde a latinis opifer fuit cognominatus. ❡ Hei mihi: dolet apollo ꝗ nullam inueniat medicinam: quæ amorem leuet. Hei autem dolentis eſt interiectio: quæ cum datiuo copulatur. ❡ Timido curſu: Hypallage eſt: ipſa etiā

Tenedos

Patara.

Opifer

Opifex

Hei

Et Claros, & Tenedos, Patarææq; regia ſeruit.
Iuppiter eſt genitor, per me quod eritq;, fuitq;,
Eſtq; patet, per me concordant carmina neruis.
Certa quidem noſtra eſt: noſtra tamen una ſagitta
Certior in uacuo quæ uulnera pectore fecit
Inuentum medicina meum eſt, opiferq; per orbem
Dicor: & herbarum ſubiecta potentia nobis,
Hei michi, ꝗ nullis amor eſt medicabilis herbis:
Nec proſunt domino: quæ proſunt omnibus artes.
Plura locuturum timido Peneia curſu
Fugit: cumq; ipſo uerba imperfecta reliquit,
Tunc quoq; uiſa decens: nudabant corpora uenti,
Obuiaq; aduerſas uibrabant flamina ueſtes,
Et leuis impulſos retro dabat aura capillos.
Aucta fuga forma eſt: ſed enim non ſuſtinet ultra
Perdere blanditias iuuenis Deus: utq; monebat
Ipſe amor, admiſſo ſequitur ueſtigia paſſu.
Vt canis in uacuo leporem cum gallicus aruo
Vidit, & hic prædam pedibus petit. ille ſalutem:
Alter in hæſuro ſimilis, iam iamq; tenere
Sperat, & extenſo ſtringit ueſtigia roſtro:
Alter in ambiguo eſt, an ſit comprenſus: & ipſis
Morſibus eripitur, tangentiaq; ora relinquit:
Sic Deus, & uirgo eſt: hic ſpe celer, illa timore,
Qui tamen inſequitur pennis adiutus amoris,
Ocyor eſt, requiemq; negat, tergoq; fugacis
Imminet & crinem ſparſum ceruicibus afflat.
Viribus abſumptis expalluit illa, citæq;
Victa labore fugæ, ſpectans Peneidas undas.
Fer pater inquit opem: ſi flumina numen habetis.
Qua nimium placui: tellus ait hiſce, uel iſtam,
Quæ facit ut lædar, mutando perde figuram:
Vix præce finita torpor grauis occupat artus:
Mollia cinguntur, tenui præcordia libro:
In frondes crines. in ramos brachia creſcunt.
Pes modo tam uelox pigris radicibus hæret.
Ora cacumen habent: remanet nitor unus in illa,
Hanc quoq; Phœbus amat, poſitaq; in ſtipite dextra

timida intelligitur. ❡ Tunc quoq; uiſa decens: cu; iā quit curreret Daphne uiſa eſt decora & pulcra. ❡ Corpora: corporis membra & carnes. Corpus enim uiuentium, Caro dicitur mortuorum. ❡ Vibrabant. uentilabant: agitabant. ❡ Retro dabat: retro uertebat. ❡ Iuuenis Deus: cauſa eſt cur non ſuſtineret ultra blanditias: Iccirco enim diutius ſuſtinere non poterat: qa iuuenis erat. ❡ Perdere blanditias, proiicere blāda uerba. ❡ Admiſſo paſſu: uelocibus paſſibus. ❡ Vt canis in uacuo: pulchra ſimilitudie declarat & daphnes fugientis & apollinis inſequentis uelocitatem. ❡ Canis gallicus: qui nunc leporarius uulgo appellatur. ❡ In uacuo aruo: in aruo demeſſo. ❡ Pedibus: pedum uelocitate. ❡ Stringit ueſtigia: rapit pedes leporis. ſic Virgilius. Stringentem ripas & amœna loca ſecantem. ❡ Extenſo roſtro: porrecto ore. ❡ Fugacis: fugientis puellę. ❡ Crinē ſparſam ceruicibus: capillos per collū ſparſos. ❡ Afflat: flatu et ſpiritu attingit. ❡ Citę fugæ: uelocis curſus. ❡ Si flumina numen habetis: diuinitatem ac ſuccurrendi facultatem. ❡ Qua nimium placui. tellus hiſce: tellurem rogat ut ſe uel abſorbeat: uel in aliam tranſmutet figuram. ❡ Qua: ī qua. ❡ Hiſce aperire: ut me accipias. ❡ Alias hiſcere ſignificat loqui. ❡ Perde: deſtrue. ❡ Torpor grauis: magnus ſtupor. ❡ Mollia prçcordia. Præcordia: ut ait Plinius: membra ſunt extra ſeparantes ab interiore uiſcerū parte: ſic dicta ꝗ cordi prętendātur. ❡ Tenui libro: tēui cortice & ſubtili. ❡ Modo: paulo āte. ❡ Pigris radicibus: lentis: immobilibus: Significat autez pedes in radices fuiſſe conuerſos. ❡ Ora cacumen habent: Hoc eſt os & facies Daphnes in cacumen & ſummitatem Lauri fuere cōuerſa. ❡ Nitor unus: ſolus ſplēdor: ſola pulchritudo. ❡ Hanc quoq; phœbus amat: arborez ſubaudiamus. Nam laurus apollini dicata eſſe perhibetur. Phœbus autem epitheton eſt apollinis: purumq; ſignificat. Sol enim ab omni fece eſt alienus. ❡ In ſtipite in trunco.

Corp⁹

Caro

Perdere

Canis gallicus

Stringere

Hiſcere

Præcordia.

Liber

Daphnei laurum.

phebus

Raph.

¶Trepidare palpitare. ¶Cui deus: ordo eſt. Cui deus dixit. ¶Semper habebunt Te coma: eleganter enumerat quæ lauro ornantur. Nam & comæ & citharæ & pharetræ lauro cingebant. Cithara autem dicta eſt παρὰ τὸ κινεῖν: hoc eſt a mouendo: q ſe audientes in amorem moueat. ¶Tu ducibus lætis: Imperatores

matrem amphion clamat. Pæan quoq; hymnus dicit in appollinem compoſitus: Virgi. Lætum pæana canentes. ¶Laurea: laurus: Laurea quoq; dicitur corona ex lauro confecta. ¶Cacumen: ſummitatem. Caput enim uiſa eſt commouere: quod erat cacumen.

Fabulæ decimæ primi libri argumentum.

triumphantes lauream geſtabant coronam. ¶Læti uox militum: qui canentes Io triumphe Imperatorem ſequebantur triumphantem. ¶Longas pompas: captiuorum ac rerum omnium prætioſarum in bello captarum: ſimulacrorum preterea urbium expugnatarum. Hæc enim omnia in triumpho geſtabantur. ¶Viſent: uidebunt. ¶Capitolia: ſcite. Nam triumphantes in Capitolium uſq; aſcendebat Capitolino ioui ſacrificaturi. Nam laurus (ut ſcribit Plinius) triumphis proprie dicatur: uel gratiſſima domibus: ianitrix Cæſarum pontificumq; quæ ſola & domos exornat & ante limina excubat. Eadem pacifera eſt: ut quam

Sentit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus,
Complexuſq; ſuis ramos ut membra lacertis:
Oſculá dat ligno: refugit tamen oſcula lignum
Cui Deus, at quoniam coniunx mea non potes eſſe,
Arbor eris certe dixit mea ſemper habebunt
Te comæ: te citharæ: te noſtræ Laure pharetræ.
Tu ducibus lætis aderis: cum læta triumphum
Vox canet, & longas uiſent Capitolia pompas.
Poſtibus auguſtis eadem fidiſſima cuſtos,
Ante fores ſtabis, mediamq; tuebere quercum,
Vtq; meum intonſis caput eſt iuuenile capillis,
Tu quoq; perpetuos ſemper gere frondis honores.
Finierat Pæan: factis modo laurea ramis
Annuit, utq; caput uiſa eſt agitaſſe cacumen.
Eſt nemus Aemoniæ: prærupta quod undiq; claudet
Silua, uocant Tempe, per quæ Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumoſis uoluitur undis,

¶Eſt nemus &c. Io Inachi amnis filia cum equales ſua ſpecie præcederet ab Ioue adamata eſt: q ad motis præcibus deſyderium expleuit: & ne puella Iunonis iram incideret: a compreſſore in uaccam eſt transfigurata: cuius fallaciam Iuno cum intellexiſſet: petit eam a Ioue: uelut munus ſibi daret uaccam: quia ſpecioſiſſima erat, cæteris armentis: quæ in Peloponeſo eſſent. Iuppiter uero ne ſi negaſſet proderet puellam tribuit conferſtim. Iuno autem ne ampli us eius pellex cum Ioue concumberet argum areſtoris filium centum oculos habentem ei preſuppoſuit. Quem Mercurius patris iuſſu interemit: & a caſu eſt argiphonos eſt cognominatus. Iuno argum quem ob cuſtodiã ille occiderat in uolucrẽ pauonẽ traſformauit, & receptum in ſuã tutelã pẽnis ſignib? (gb? amiſſa lumia idicaret) ornauit.

pretendi cuam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium Romanis præcipue lætitiæ uictoriarumq; nutia. Additur litteris & militum lanceis pilisq;. Faſces imperatorum decorat: ex his in gremio Iouis optimi maximi deponitur: quotiens lætitiam uictoria nouam attulit. Quæ non quia perpetuo uiret: nec quia pacifera eſt præferenda utiq; myrto & oleæ eſt: ſed quia ſpectatiſſima in monte Parnaſſo: ideoq; etiam grata. Apollini aſſuetis ea dona mittere iam & regibus: teſte: L. Bruto: Fortaſſis etiam in argumentum: quoniam ibi libertatem publicam is meruiſſet lauriferã tellurẽ illã oſculatus ex reſponſo. Et quia manu ſatarum receptarumq; in domos fulmine ſola non icitur. Ob has cauſas equidem crediderim honorem eis habitum in triumphis: potius quã quia ſuffimentum ſit cædis & purgatio: ut tradit Maſſurius. Vnius autem arborum latina lingua nomẽ imponitur uiris. ¶Ante fores ſtabis: ante ianuas pendebis. Nam in ueſtibulo ædium Imperatoris coronæ ex lauro & quercu ita ſuſpendebantur: ut querna in medio foret ueſtibulo ſuſpenſa: ideoq; ſubiungit. ¶Mediamq; tuebere quercum: id eſt Quernam coronam quæ obſeruatos ciues & ciuica dicebatur & Cæſari in ueſtibulo dicabatur. Quercus autem eſt arbor glandifera dicta: q id genus arboris graue ſit ac durum: tum etiam ingentem euadat amplitudinem: ut tradit Sex. Pompeius. Quetqueram enim grauem & magnam quidam dici putant. Querquera item frigida interpretatur & cum tremore febris. Vtq; meum intonſis: Apollo & comatus & imberbis pingitur, quo ſignificatur Sol & radios habere & nunquam ſeneſcere. ¶Perpetuos honores frondis: Periphraſis eſt foliorum. Laurus enim nunquam folia abiicit. ¶Finierat Pæan. Apollo Pæan dicitur ἀπὸ τοῦ παίειν: hoc eſt a feriendo. Nam indignatus ſagittis ferit. Iuuenalis. Parce precor Pæan & tu depone ſagittas, Nil pueri faciunt, ipſam cõfigite

Ciuica corona Querc?
Quer quera Cur apollo comatus Pæan.

¶Eſt nemus aemoniæ: Tempe amœniſſimam Aemoniæ uallem deſcribit poeta: quo cõmodius Ious Inachi amnis filiæ metamorphoſin in iuuencam cum ſuperiore cõnectat. Nam iuxta Tempe eſt ſpelũca Penei fluuii Daphnes patris: ad quem cõſolandũ omnes uicini amnes conuenerũt: preter Inachum: qui amiſſam filiam lugebat. Io nãq; Inachi amnis filia ab Ioue primum compreſſa: deinde Iunone ſuperueniente in iuuencã fuit conuerſa. Verum Iuno id quod erat ſuſpicata, Iouem rogauit, ut ſibi tam pulchram donaret iuuencam. Et uero tandem dono accepte. Argum centum oculis preditum cuſtodem appoſuit. Sed Iuppiter amicæ miſericordia motus Mercurio mandauit: ut argum interficeret: quem Iuno cum uidiſſet occiſum in pauonem conuertit centũq; ipſius oculis caudæ appoſuit. ¶Eſt nemus Aemoniæ. Topographia eſt. Tẽpe namq; deſcribit uallem Theſſaliæ amœniſſimã. ¶Aemoniæ Theſſaliæ. Aemonia cum Theſſalia dicitur ab aemone Chlori Pelaſgi filio, Theſſali autem patre. ¶Vocant Tempe. Tempe (ut dixi) nemus eſt Theſſaliæ quinq; milibus paſſuum in longitudinem tendens adeo amœnum: ut amœniſſima quæq; loca tempe uocentur: ut Seruius ſcribit. ¶Prærupta ſilua: alta. ¶Per quæ Pene?: per media Tẽpe labitur Peneus fluuius: qui claritate cunctos Theſſaliæ fluuios antecedẽs: iuxta Gomphos naſcit in radicibus Pindi montis, interq; Oſſam & Olimpum nemoroſa cõualle defluit quingẽtis ſtadiis dimidio eius ſpacio nauigabilis. In eo curſu uocat tempe. ut Plini. tradit quinq; milliũ lõgitudine & ferme latitudine ultra uiſum hõis attollentibus ſe dextra leuaq; leuiter connexis iugis intus ſua luce uiridante. Allabitur Peneus calculo amœn? uiridi circa ripas gramie. Canor? auiũ cõcetu:

¶Deiectuq;

Laurea
Lacti.
Raph.
Tepe
Peneus
aemõia



RAph. ¶DEIECTV q; graui: uehementi curſu. ¶Summiſq; aſpergine ſiluis influit, hoc eſt influere uidetur p altas ſiluas aſpergine humidarum nebularum: quæ ex illius undis excitantur. ¶Et ſonitu pluſquam uicina fatigat: non ſolum ſuquit uicini: ſed longe quoq; ſtantes ſtrepitum illius ſentiunt. ¶Hæc ſunt penetralia: loca domus ſecretiora: in quibus diis penatibus ſacrificabatur: penetralia dicebantur. ¶Antro: ſpelunca, dictum eſt autem antrum παρὰ τὸ αὐτοῦ: quod eſt ſuppliciõ: quia in antris primi homines diis ſupplicabant: putantes in illis ſacra eẽ. ¶De cautibus: de lapidibus. Cautes autem & cotes dicitur. ¶Dabat: red debat. Ius eni proprie red di dicitur. ¶Gratentr: gratuletur Peneo. q daphne filia in laurum fuit conuerſa: an conſolentur q filiam amiſit. ¶Popularia flumina uicina ac ex eodem populo. Alibi popularis gratus populo dicitur. ¶Populifer Sperchi?: populos arbores ferens. Sperchi? autem fluuius eſt Theſſaliæ: qui ex Peliomonte ortus in Maliachum labitur ſinum. Sic dictus q ſit ueloſſimi curſus. Nam παρὰ τὸ σπέρχει deducit: q feſtinare ſignificat. ¶Enipeus: Enipe? fluui? eſt Theſſaliæ ex Othry monte in apidanum defluens: ἀπὸ τῆς ἐνιπῆς & a minis denominatus. Nam per loca agreſtia & inculta labitur: quæ ſemper mala minari uidentur. ¶Eridaniſq; ſenex: Sic quidem legitur: ſed corrupte ut mihi quidem uidetur. Cum enim propoſuerit fluuios populares Theſſalicoſq; conueniſſe ad Peneum, cuius filia daphne in laurum fuerat conuerſa: non uideo qua ratione Eridanum Galliæ Ciſalpinæ fluuium: qui alio nomine dicitur Padus: ad miſceat. Tametſi Eridanus (ut Pauſanias ait) Atticæ quoq; ſit fluuius: qui in Iliſſum emittit. apud quem Orithya rapta fuiſſe fertur: ſed cũ is quoq; Peneo non ſit popularis, poetæ propoſito minus conuenire uidetur. Quare apidanus legatur: ne ineptus eſſe Ouidi. coarguatur. Eſt eni apidan? Theſſaliæ fluuius: quidem idcirco poeta ſenem appellat: q tarde admodum fluit: donec Enipeũ admittat. ¶Leniſq; Amphryſus: hic quoq; fluuius eſt Theſſaliæ lenitur fluens: iuxta quem admeti regis armenta pauit Apollo. Vnde Lucanus libro ſexto. Et flumine puro irrigat Amphryſus famulantis paſcua Phœbi. ¶Et æas: fluuius eſt Epyri iuxta muros dyrachii labens. ¶Inachus unus abeſt: inach? fluuius eſt achaiæ ab Inacho rege dictus. Eius filiam Io cum deprehẽdiſſet Iuppiter ſpatiantem cõpreſſit: ac ne id a Iunone agnoſceretur

tur ipſam mutauit in iuuencam. Mœrens itaq; Inachus propter amiſſam filiam ſe domi continebat. ¶Natæq; miſerrimus Io Luget ut amiſſam: Io accuſatiuus eſt grecus. Nam Io ius grece declinatur: ut Calypſo Calipſus quis Iouis & Calypſonis quidã latine malint declinare. Quam quidem declinationem Fabius nõ admittit.

Pene tralia
Antrum
Cautes
Popula ris
Sperchi us
Enipe?

Deiectuq; graui tenues agitantia fumos
Nubila conducit, ſummiſq; aſpergine ſiluis
Influit, & ſonitu plus q uicina fatigat.
Hæc dom?, hæc ſedes, hæc ſunt penetralia magni
Amnis: in his reſidens facto de cautibus antro
Vndis iura dabat: nymphiſq; colentibus undas.
Conueniunt illuc popularia flumina primum
Neſcia gratentur, conſulentur ne parentem.
Populifer Sperchius: & irrequietus Enipeus,
Apidanuſq; ſenex, leniſq; Amphryſus, & Aeas:
Moxq; amnes alii, qui, qua tulit impetus illos:
In mare deducunt feſſas erroribus undas.
Inachus unus abeſt: imoq; reconditus antro
Fletibus auget aquas, natamq; miſerrimus Io
Luget ut amiſſam, neſcit uita ne fruatur,
An ſit apud manes: ſed quam non inuenit uſq;
Eſſe putat nuſq;, atq; animo peiora ueretur.
Viderat a patrio redeuntem Iuppiter illam
Flumine: & o uirgo Ioue digna: tuoq; beatum
Neſcio quem factura toro, pete dixerat umbras:
Authorum nemorum: aut horum, & mõſtrauerat ambas,
Dum calet, & medio Sol eſt altiſſimus orbe,
Quod ſi ſola times latebras intrare ferarum:
Præſide tuta Deo nemorum ſecreta ſubibis,
Nec de plebe Deo, ſed qui cæleſtia magna
Sceptra manu teneo, ſed qui uaga fulmina mitto,
Ne fuge me (fugiebat enim) iam paſcua Lernæ

¶An ſit apud manes: an ſit mortua. Illi enim apud manes eſſe dicuntur: qui obiere Manes autem animæ ſunt mortuorum quibus honoris gratia deorũ uocabulum additum eſt. dii namq; manes dicuntur: ut ſcribit Apuleius de demonio Socratis. Martianus uero Capella in nuptiis philologiæ tradit manes tam bonos eſſe: q tristes: in quos cum poteſtatem habeat Pluto. merito Summanus uocatur: quaſi Manium ſummus. Manes autem dicti ſunt uel a mano: quod bonũ apud priſcos ſignificabat. Vnde immanis malus: crudeliſq; dicitur: uel a manando (ut ait Pompeius) q eos per omnia manare putabant. ¶Sed quam non inuenit uſq;: hoc eſt quam nullo in loco inuenire poteſt: eã in rerum natura non eſſe putat. Vſq; autem & nuſq; aduerbia tam in loco q ad locum ſignificant. Vſq; autem in aliquo loco ita ſignificatur fere ſemper cum negatione ponatur in oratione. ¶Atq; animo peiora ueretur: mortuam. ni.

Manes
Vſq;
Nuſq;

Erida nus
Apida nus
Am phryſus
Aeas
Inach?

eam eſſe putabat. ¶Viderat a patrio: hic incipit deſcribere quemadmodum Iuppiter in ius amorem inciditi. ¶A patrio flumine: ab Inacho Achaiæ fluuio. ¶Tuo toro: tuo lecto: ac tuis nuptiis. Torus autem & proleꝺo & pro ſede ponitur: a tortis herbis dictus. Vnde citra aſpirationem ſcribi debet: quis fere in exemplaribus cum aſpiratione ſcriptum legatur. Torus etiã eminentiorem ſignificat pulpam: Vnde Toroſa iuuentus a Perſio uocatur. Virgil. tertio Georgico. Luxuriatq; toris animoſum pectus. ¶Ambas umbras: & dextras & ſiniſtras. Hoc autem ex poetæ perſona dicitur. Ex ponit enim poeta quas umbras dixerit Iuppiter Inachi filiæ petendas. ¶Dum calet: donec calor eſt. Hortatur autem puellam Iuppiter: ut meridie æſtũ fugiat. ¶Latebras ferarum: ſiluas in quibus occultantur feræ. ¶Sed qui cæleſtia magna, ſed qui cæli imperium habeo Significat autem ſe eſſe Iouem maximum deorum: quo facilius illi perſuadeat, ut ſibi morẽ gerere uelit. ¶Vaga fulmina: hoc eſt non in rectum, ſed in obliquum euntia. Fulmina enim in obliquum feruntur. ¶Iam paſcua Lernæ: Lerna palus eſt: argiuorum: in qua habitauit Hydra: ſerpentes ab Hercule interfecta

Torus
Lerna

Raph. LYNCæa arua: Lyncæa quidem fere in exemplaribus legitur: præterq̃ in uetuſtis quibuſdã. In illis nãq; Lyncea recte ſcribitur eſt. Nam Lynceus Aegypti filius ac (ut in temporibus Euſebius narrat) Hypermeſtræ maritus, interfecto Danao patruo & ſocero Argis regnauit, Vnde Lyncea arua denominata pro argiuis ſunt accipienda: hic autẽ legendum eſſe & Geographiæ ratio & hiſtoriæ fides (ut taceam quod in lynceo prima ſyllaba corripitur) apertiſſime declarãt. Tametſi hactenus lycæa lectũ ſit, a lycæo Arcadiæ monte Pani dicato. Huic autem lectioni Pauſanias quoq; in argolidis deſcriptione aſtipulatur: qui ait eam regionem, unde Lynceus facula ſignificauit Hypermeſtræ, ſe in locum tutum ueniſſe: primum lynceam deinde Lyrceam a lyrco notho abantis filio, qui illam habitauit fuiſſe denominatam. ¶ Occuluit: occultauit. ¶ Tenuit fugam: cohibuit fugam: illamq; fugientem retinuit. ¶ Rapuitq; pudorem: hoc eſt illam ſtuprauit: erubeſcendiq; cauſam eripuit. In tenebris nanq; minus unuſquiſq; pudet Veneri indulgere. ¶ Deſpexit: deorſum aſpexit. Alibi deſpicere: contemnere eſt. ¶ Nebulas uolucres: quæ ut aues uolare uidentur. ¶ Sub nitido die: ſereno. ¶ Non fluminis illas eſſe: Phyſici aiunt nebulas aut a fluuiis: aut a uaporibus terræ generari. ¶ Vt quæ: utpote quæ. ¶ Furta: ſtupra. ¶ Bos quoq; formoſa eſt. Io inquit: ut uirgo erat formoſa: ſic in iuuencam quoq; uerſa pulchra uidebatur. ¶ Speciem: pulchritudinem. ¶ Probat: laudat. ¶ Cuius: ſit uerbum ſubaudiatur. ¶ Et unde: uenerit. ¶ Quoue ſit armento: armentum id genus pecoris dicitur (ut tradit Sextus Pompeius) quod eſt idoneũ ad opus armorum. Quamquam Varro ab arando deriuari uideatur. quaſi aramẽtum. tertia litera detracta. ¶ Vt auctor deſinat inquiri: ut dominus uaccæ a Iunone nõ inueſtiget. ¶ Abducere: abdicare: alienare & a ſe amouere. ¶ Non dare ſuſpectum: non tradere inquit petitam uaccam Iunoni. ſuſpecta res eſſet cogeretq; Iunonem aliquid mali ſuſpicari. ¶ Qui ſuadeat illud: dare. ¶ Hinc: ab illa Iunoni tradẽda. ¶ Sociæ generiſq; toriq;. Nam Iuno & ſoror eſſe & uxor Iouis fingitur: q̃d pro aere ponitur: qui ſeuitate ætheri (qui idem eſt cum Ioue) ſimilis eſſe, ſubindiq; uidetur. Nam æther aere ſuperior eſt. ¶ Pellice: concubina. Nam pellex dicitur quæ cum eo uiro cui uxor eſt ſe miſcet. Græci illam παλλακὴν uocant. ¶ Et fuit anxia furti: hoc eſt fuit ſollicita ne ſibi furto auferetur. ¶ Areſtoridæ: argo: arg⁹ areſtoris filius, Argus nauis fabricator: centum habuiſſe oculos fingitur: quorum ſemper octo & nonaginta uigilabant, bini uero ſolum dormiebant. ¶ Capiebant quietem: dormiebãt. ¶ Seruabant: cuſtodiebant. ¶ Atq; in ſtatione manebant. hoc eſt uigilabant. Tranſlatio eſt a militibus ſumpta: qui in ſtatione tunc manere dicuntur. cum diligenter excubias agunt. ¶ Spectabat ad Io: accuſatiuus eſt græcus. Non enim permittit ſe declinare Io Ionis: ut dido didonis. ¶ Quamuis aduerſus: quãuis in aliam partem uultum aduerſum haberet. ¶ Luce ſinit paſci: tempore inquit diei eam paſcere permittit argus. Nocte uero ad præſepe eam ligans in ſtabulis claudit. ¶ Indigno collo: ceruici uincula non merenti. propter molliciem atq; pulchritudinem. ¶ Amara herba: ipſi filiæ Inachi amara: non uaccis quibus eſt ſuauis. ¶ Incubat terræ: cubat in terra & iacet. ¶ Gramen: herbam & ſtramen. ¶ Limoſa: lutoſa ac cœno ſpecta. ¶ Tendere: porrigere. ¶ Brachia, manus tutuctas ut illum ad miſericordiam commoueret. ¶ Et conata queri, conquerĩ, lamentari. ¶ Mugitum edidit ore, mugire uerbũ eſt factitium a ſono uocis boum deductum. Mugire nanq; proprie boues dicuntur. ¶ Edidit, emiſit.

*Margin notes:* Lyncea arua · deſpicere · Furtum · Io in iuuenca · Armẽtũ · Pellex · Argus · [illegible]

Conſitaq; arboribus Lyncæa reliquerat arua,
Cum Deus inducta latas caligine terras
Occuluit: tenuitq; fugam, rapuitq; pudorem.
Interea medios Iuno deſpexit in agros,
Et noctis faciem nebulas feciſſe uolucres
Sub nitido mirata die, non fluminis illas
Eſſe: nec humenti ſenſit tellure remitti:
Atq; ſuus coniunx ubi ſit, circumſpicit, ut quæ
Deprenſi totiens bene noſſet furta mariti.
Quem poſtq̃ cælo non repperit: aut ego fallor,
Aut ego lædor, ait: delapſaq; ab æthere ſummo
Conſtituit in terris: nebulaſq; recedere iuſſit:
Coniugis aduentum præſenſerat, inq; nitentem
Inachidos uultus mutauerat ille iuuencam.
Bos quoq; formoſa eſt ſpeciem Saturnia uaccæ
Quamq̃ inuita probat: necnon & cuius, & unde
Quoue ſit armento, ueri quaſi neſcia quærit,
Iuppiter e terra genitam mentitur ut auctor
Deſinat inquiri: petit hanc Saturnia munus.
Quid faciat? crudele ſuos abdicere amores:
Non dare, ſuſpectum: pudor eſt qui ſuadeat illud:
Hinc diſſuadet amor: uictus pudor eſſet amore
Sed leue ſi munus ſociæ generiſq; toriq;
Vacca negaretur, poterat non uacca uideri.
Pellice donata non protinus exuit omnem
Diua metum timuitq; Iouem, & fuit anxia furti
Donec Areſtoridæ ſeruandam tradidit Argo
Centum luminibus cinctũ caput Argus habebat:
Inde ſuis uicibus capiebant bina quietem:
Cætera ſeruabant, atq; in ſtatione manebant.
Conſtiterat quecunq; loco ſpectabat ad Io,
Ante oculos Io, q̃uis aduerſus, habebat.
Luce ſinit paſci, cum Sol tellure ſub alta eſt:
Claudit, & indigno circundat uincula collo.
Frondibus arboreis: & amara paſcitur herba
Proq; toro terræ, non ſemper gramen habenti
Incubat infelix: limoſaq; flumina potat.
Illa etiam ſupplex Argo cum brachia uellet
Tendere: non habuit quæ brachia tenderet Argo:
Et conata queri mugitus edidit ore:
Pertimuitq; ſonos, propriaq; exterrita uoce eſt,
Venit & ad patrias, ubi ludere ſæpe ſolebat,

Inachidas



Raph. ¶ Inachidas ripas: Inachias patronymicũ pro poſſeſſiuo poſitum. ¶ Noua cornua: ſibi nouiter nata. ¶ Fugit: fugere conata eſt. Neq; enim ſeipſam fugere poterat. ¶ Naiades ignorant: non agnoſcũt ſororem. Naiades aũt flumines ſũt fontiũ, & fluuiorũ nymphę: dictæ παρὰ τὸ νάειν & fluo: qa circa flueta uerſant. ¶ Admirantib⁹: pr̃i & nymphis. ¶ Labit: lingit. ¶ Oret: orare uellet. ¶ Caſus: fortunia. ¶ Littera pro uerbis: loca uerborum. inquit littera quã pedibus in puluere uacca effecit: idicauit patri filiã. Bouis enim pes i & o litteras exprimere uidet quas cum uidiſſet Inachus: eam eſſe filiam cognouit. ¶ Duxit: effecit. Duci autem propriẽ dicuntur litteræ cum fiũt. Vnde etiã litterarũ ductus a Fabio appellat. ¶ Indicium triſte ſignificatione; mœſtam ab effectu: qđ mœrore affecit patrẽ. Grauiq̃ pater dolebat filiam in iuuencam fuiſſe trãſmutatam: q̃ ſi mortua eſſet. ¶ Peregit: effecit. Me miſerum. O ſubintelligatur: quod frequenter in exclamatõibus omittitur leuioribus. ¶ Pendens in cornibus & ceruice: hoc eſt cornua & ceruicem amplectẽs. Iuuencæ autẽ magnitudo ſignificatur: a cuius cornibus & ceruice Inach⁹ illa ãplectẽs pẽdere uidebat. ¶ Ingeminat: exclamationẽ illam o me miſerũ duplicat. ¶ Tu ne es quæſita p omnes. Ordo ẽ. Tu ne es nata & filia mihi per omnes terras q̃ſita? ¶ Tu nõ inuenta reperta es: ſignat differentiam inter inuenire & reperire poeta. Inuenimus enĩ quęrentes: reperimus caſu. ¶ Luctus erat leuior: ſi non reperta eſſes. Grauius enim fert pater: q in uaccam filiã ſit cõuerſã: q̃ ſi mortua eſſet. ¶ Nec mutua noſtris dicta refers: hoc eſt nec uiciſſim mihi reſpõdes. ¶ Quod unum: quod ſolum facere potes. ¶ Thalamos tædaſq;: hoc eſt nuptias. Nam & thalamus ſpõſi ſpõſæq; ꝓprie ſignificat, cum cæreũ & quinq; faces nouæ nuptæ pferebãtur. ¶ De grege nũc tibi uir: maritus inquit de armẽto tibi eſt habẽdus: unde filios uitulos tollas iuuencarum nãq; mariti iuuenci ſunt. ¶ Nec finire licet: nec poſſum inquit morte tantis doloribus imponere finem: cum deus ſim immortalis. ¶ Sed nocet eſſe deum: deo quoq; eleganter dicitur. Dii autem ita ſunt immortales: ut ne ſibi quidem mortem conſciſcere poſſint. ¶ Præcluſaq; ianua leti: mortis. Quoniã inquit ſum deus tantos dolores morte finire non poſſum. Verum ſemper me in luctu eſſe oportet. Dii enim ἀθάνατοι ſunt atq; immortales. ¶ Extẽdit: producit. prolõgat. ¶ Stellatus Argus quod eius oculi ad ſimilitudinem ſtellarũ micarẽt. ¶ Abſtrahit: uiolẽter abducit. ¶ Ipſe procul: ipſe ingt argus in ꝓpinquũ montẽ aſcendit: unde ſedẽs in oẽs partes ſpectabat. ¶ Procul: ꝓpe. ¶ Occupat: celeriter aſcendit. ¶ Cacumẽ: uerticem & ſummitatem.

Fabulę x. primi libri argumẽtum.

¶ Nec ſuperum &c. Iuppiter mittit Mercuriũ in habitu paſtoris ad Argum ſupradictum interficiendum.

¶ Phoronidos: phoronei neptis. Phoroneus nãq; inachi pater fuit. Narrat autẽ quẽadmodũ Argus a Mercurio fuit interfectus: eiuſq; oculi caudæ pauõi fuerunt a iunone appoſiti. ¶ Natumq; uocat: Mercurium. Nã; mercurius Iouis fuit filius ex maia una ex pleiadibus: quę ſep̃e Athlãtis filiæ fuerũt: nõ ex electra: ſed ex Pleione nympha ſuſceptæ: unde & Pleiades ſunt nominatę: i ſydera tranſlatæ, ac in humero tauri collocatę: uergiliæ a latinis uocantur: q ueris tẽpore oriant. ¶ Lucida pleias. Maia pleiadũ ſplẽdidiſſima. ¶ Leto dederit: interficiat. ¶ Parua mora ẽ ſumpſiſſe: figura ẽ poetica. ¶ Alas pedibus: hoc eſt talaria alata: quæ idcirco Mercurio attribuuntur: q planetarum omniũ ſit uelociſſimus. ¶ Virgam ſomniferam, Caduceum dicit: de quo & Virg. Tum uirgã capit: hac animas ille euocat orco pallẽtes: alias ſub triſtia tartara mittit. Dat ſomnos adimitq; & lumina morte reſignat. ¶ Tegimenq; capillis: petaſum & pileum. ¶ Ioue natus. Mercurius iouis filius ex Maia. Obiter autẽ Mercurii quoq; metamorphoſin in paſtorẽ poeta deſcribit. ¶ Et poſuit pennas: hoc ẽ depoſuit talaria alata. ¶ Per deuia rura: per inuias ſiluas.

*Margin notes:* Naiades · Satyri · Inuenit · Repire · Thalamus · [illegible] · Raph. Phoroneus · Mercurius · Mercurius in paſtorẽ

Inachida ripas, nouaq; ut conſpexit in unda
Cornua: pertimuit, ſeq; exterrita fugit.
Naiades ignorant: ignorat & Inachus ipſe:
Quæ ſit: at illa patrem ſequitur, ſequiturq; ſorores
Et patitur tangi: ſeq; admirantibus offert.
Deceptas ſenior porrexerat Inachus herbas,
Illa manus lambit: patriiſq; dat oſcula palmis.
Nec retinet lachrymas: & ſi modo uerba ſuperſint:
Oret opem, nomẽq; ſuum, caſuſq; loquatur.
Littera pro uerbis quam pes in puluere duxit:
Corporis indicium mutati triſte peregit.
Me miſerum, exclamat pater Inachus: inq; gementis
Cornibus, & niueæ pendens ceruice iuuencæ.
Me miſerum, ingeminat, tu ne es quæſita per omnes
Nata mihi terras: tu non inuenta reperta es.
Luctus erat leuior: retices, nec mutua noſtris
Dicta refers: alto tantum ſuſpiria ducis
Pectore: quodq; unum potes, ad mea uerba remugis.
At tibi ego ignarus thalamos, tædaſq; parabam:
Speſq; fuit generi mihi prima: ſecunda nepotum.
De grege nunc tibi uir: & de grege natus habendus.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores:
Sed nocet eſſe Deum: præcluſaq; ianua læti
Aeternum noſtros luctus extendit in æuum.
Talia dicenti ſtellatus ſummouet Argus,
Ereptamq; patri diuerſa in paſcua natam
Abſtrahit: ipſe procul montis ſublime cacumen
Occupat: unde ſedens partes ſpeculatur in omnes.
Nec ſuperum rector mala tanta Phoronidos ultra
Ferre poteſt: natumq; uocat: quem lucida partu
Pleias enixa eſt: letoq; det, imperat, Argum.
Parua mora eſt: alas pedibus: uirgamq; potentem
Somniferam ſumpſiſſe manu: tegimenq; capillis
Hæc ubi diſpoſuit patria Ioue natus ab arce:
Deſilit in terras: illic tegimenq; remouit:
Et poſuit pennas: tantummodo uirga retenta eſt:
Hac agit: ut paſtor per deuia rura capellas

Cui Metha.

Raph.

¶ Dum uehit adductas: dũ ĩquit ducit capellas cõgregatas. Tametſi uehi proprie dicantur quæ geruntur. ¶ Structis auenis: tibia quam ex auenis cõſtruxerat. eſt autem auena genus frumẽti notius q̃ ut ſit exponẽdum: ex cuius calamis tibiæ etiam a ruſticis cõſiciũtur. ¶ Voce: ſono. ¶ Nouę ar. Tibiæ nouiter a Mercurio inuentæ. ¶ Cuſtos Iu. Argus a iunõe cuſtos io in uaccã cõuerſę appoſit⁹. ¶ Hoc ſaxo: hoc mõte: Vtrũq;. n. freq̃nter p altero ponitur a poetis. ¶ Fœcundior: uberior. ¶ Paſtorib⁹: otio & quieti paſtorũ. ¶ Atlãtiades: Mercuri⁹ nepos atlãtis ex maia. ¶ Iũctis arũdinib⁹: ſono tibię. ¶ Vincere: ſupare. in ſomnũ inducere. ¶ Tẽptat: conatur. ¶ Seruãtia lumina: oculos obſeruãtes atq; cuſtodiẽtes uaccã. ¶ Ille tñ: inq̃t ſuaues ſõnos a mercurio imiſſos repellere conat. ¶ Namq; repta fiſtula nuper erat. Parẽtheſis eſt: nã cõtinẽs inq̃ſitiõis argi. Tã cõcinne aũt fabulã fabulæ cõnectit poeta: ut cũ multas ſimul deſcribat trãſfiguratiões: minime tñ a pppoſito diſcedat. Exponit. n. quẽadmodũ Syrinx nympha Ladõis fluuii filia ardẽter a pãne deo amata: ne uirginitatẽ amitteret ĩ arũdinẽ apud ladonẽ fluuiũ fuit cõmutata: ea qua Pan ad mitigandos amoris ardores ſibi fiſtulã cõpoſuit. Vñ Vir. Pan prim⁹ calamos cera cõiũger̃ plures Inſtituit.

Auena. — Saxum mons

Dum uehit adductas, & ſtructis cantat auenis:
Voce nouæ captus cuſtos Iunonius artis,
Quiſquis es, hoc poteris mecum conſidere ſaxo
Argus ait: neq; enim pecori fœcundior ullo
Herba loco eſt, aptamq; uides paſtoribus umbram,
Sedit Atlantiades: & euntem multa loquendo
Detinuit ſermone diem: iunctiſq; canendo
Vincere arundinibus ſeruantia lumina temptat.
Ille tamen pugnat molles euincere ſomnos:
Et quis ſopor eſt oculorum parte receptus:
Parte tamen uigilat: quærit quoq; (namq; reperta
Fiſtula nuper erat) qua ſit ratione reperta.
Tum Deus Arcadiæ gelidis in montibus inquit
Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naias una fuit: nymphæ Syringa uocabant.
Non ſemel & ſatyros eluſerat illa ſequentes:
Et quoſcunq; Deos umbroſaq; ſilua, feraxq;
Rus habet, Ortygiam ſtudiis, ipſamq; colebat
Virginitate Deam: ritu quoq; cincta Dianæ
Falleret, & poſſet credi Latonia: ſi non
Corneus huic arcus, ſi non foret aureus illi,
Sic quoq; fallebat: redeuntem colle Lycæo
Pan uidet hanc, pinuq; caput præcinctus acuta
Talia uerba refert: tibi nubere nympha uolenti
Votis cede Dei (reſtabat uerba referre)
Et precibus ſpretis fugiſſe per auia nympham:
Donec harenoſi placidum Ladonis ad amne
Venerat: hic illam curſum impedientibus undis:

Nymphæ nomina — Syrinx

ſilas una fuit. Naiades fluminũ ac fontiũ ſunt nymphæ: ἀπὸ τοῦ νάειν: hoc ẽ a fluẽdo dictæ. Nympharũ. n. aliæ ſunt fluminũ: q̃ naiades (ut dixi) uocãtur. Alię nemorũ ſiluarumq;: q̃ Dryades. Napeæ. Hamadryades. Aliæ mõtiũ q̃ Oreades ἀπὸ τοῦ ὄρους: hoc ẽ a mõte cognominãtur. ¶ Nymphę Syrin. uo. ab illi⁹ noĩe tibia a gręcis ſyrinx appellat. Tã etſi Herodianus nomẽ cẽ facticiũ ait. a ſono ipſius fictum. ¶ Nõ ſe. & Sa. ſępius inq̃t & Satyros & reliquos ſiluarũ Deos eluſit. Dianã. n. imitabatur. uirginitatẽq; ſeruare decreuerat. Satyri autẽ dii cẽ ſilueſtres crediti ſunt: quæ hmõi aĩalia in deſertis ſolũ pſertim æthiopiæ inueniũtur. ¶ Et quoſcũq; Deos Siluãos faunos ac panes ait. Hos nãq; ſiluarũ ac nemorũ deos antiq̃tas putabat. ¶ Ortygiã Deam: hoc eſt Dianã. Ortygia nãq; inſula eſt: quę alio noĩe Delos frequẽtius uocatur: ſic dicta (ut ait Solinus) q; in ea primũ ſunt uiſæ coturnices, q̃s græci ortygias uocant. Phanodicus uero in Deliacis & nicãder in Aetolicis narrat quẽadmodũ ex Ortygia: q̃ eſt in Aetolia & Delos Ortygia fuit appellata: & urbs apud epheſum: & iſula Siciliæ adiacẽs. Oẽs nãq; hæ uocant Ortygiæ ab ætolię Ortygia. Vñ in uaria loca colonię deductę fuerunt. Nequaq̃ aũt delos ex eo Ortygia dicta eſt: q; Aſteria latonę ſoror in ortygiã: hoc eſt coturnicẽ fuit tranſmutata. ¶ Ritu dianę: more dianæ. ¶ Latonia. Diana latonæ filia. ¶ Sic quoq; fallebat: q̃uis inq̃t Syrinx corneũ non habebat arcũ: Diana tñ ẽẽ uidebat: adeo illi ſimilis erat. ¶ Pã uidet hãc: pã deus eſt paſtorũ & nemorũ. ¶ Pinu. acuta: corona ex pinu cõfecta. Pin⁹. n. Pani deo dicata fertur: unde ẽt ea coronatur. ¶ Votis cede: cupiditati obſequere. ¶ Tibi nubere uolẽtis: te uxorẽ ducem cupiẽtis. Eſt. n. ἀκυρολογία a poetis cõceſſa Vir. Hũc ego ſi potui tñ ſpare dolorẽ. Nã uiris pprie nubere mulieres dñr. Facilẽ tñ adducor: ut putẽ illũ totũ ſenſũ ſubditiciũ ẽẽ: cũ & in q̃buſdã uetuſtis exẽplarib⁹ nõ ĩueniatur: & in aliis uarie legat. Nã ĩ q̃buſdã uerba ĩ aliis plura ſũt deſcripta. Sic igit̃ mihi placet ẽẽ legẽdũ: ut totus ille ſenſus expũgnat. ac uerba nõ plura ſcribant. hoc mõ. Talia uerba refert: reſtabat uerba referre. Vt itelligam⁹ uerba panos ad Syringa a Mer. nõ fuiſſe relata: q̃ cũ uidiſſet Argũ ſomno oppreſſũ: ſtatĩ uocẽ cohibuit: ipſumq; itetfecit. ¶ Et pcib⁹: deſcribit ea q̃ Mer. narrãda de Syrĩge reſtabãt. ¶ Per auia: p loca ĩuia. ¶ Ladonis ad amnẽ. Ladõ fluuius eſt Arcadię leniſſimus.

Satyri — ortygia — Pan — ladon

Fabulæ. xii. primi libri argumentum.

Lactan.

¶ Tũ De⁹ &c. Syrinx nympharũ nayadũ: q̃ circa mõtes arcadię uagabãt: ſpecioſiſſima pdit̃ fuiſſe. Q uã cũ pan mercurii fili⁹ adamaſſet: & eã pſequeret: cũ ad amnẽ ladona archadię cõpuliſſet: ne ul caſtitatem deponere cogeretur: ſororum auxilio in arundinem conuerſa eſt: ex qua fiſtula eſt cõpoſita: quę noĩe eius Syrinx nuncupatur, cuius cantu Argus in ſomnos compulſus quo facilius cũ mercurius interficere poſſet.

Raph. Arcadia

¶ Tũ Deus inq̃t: ſic mercuri⁹ narrare cœpit, ¶ Arcadiæ gelidis in mõtib⁹: Arcadia regio ẽ achaię cõterminã: ab arcade iouis & Caliſtus filio denoĩata. Variis. n. noĩb⁹ antea fuit appellata: Nã & pelaſgia & parrhaſia fuit uocata. Sunt q̃ illã & Gigãtida & azaniã & panią appellarint. ¶ Inter Ha. No. nymphas arcadicas. Nonacris nãq; urbs fuit arcadiæ dicta a nõacri Lycaonis uxore: ut pauſanias ait. Vñ nonacrinæ nymphæ ſũt appellatæ. Hamadryades ãt nymphæ dñr: q̃ una cũ arborib⁹ & oriũtur & occidũt: unẽ ẽt hamadryades ſunt dictę ἅμα. n. ſimul. δρῦς δρύος arbor apud ueteres græcos dicebatur: q̃uis nũc p quercu ponat. ¶ Na¶ Liquidas



Raph.

¶ Liq̃das ſoro. Naiadas. ¶ Calamos paluſtres: cãnas in paludibus naſcẽtes. ¶ Dũq; ibi ſuſpirat: ubi in calamo ſuſpirat Syrinx. ¶ Hoc mihi cõſiliũ: uolo inq̃t Pan hoc cõſiliũ mihi tecũ eſſe cõe. Vt. n. tu in arũdine que teris: ita ego hac eadẽ arũdine meos ſolabor ardores. ¶ Diſparibus. inęqualibus. ¶ Cõpagine: cõſtictione. Cõpago aũ & compages in eadẽ dicitur ſignificatione. ¶ Nomẽ puellæ: Græci nãq; fiſtulam Syringa uocãt. ¶ Cyllenius: Mercurius a cyllene arcadiæ monte: in quo natus fuiſſe memoratur ¶ Succubuiſſe: uictos fuiſſe. ¶ Lãguida lumina: oculos ſomno occupatos. ¶ Medicata uirga: caducei eſt periphraſis. ¶ Falcato enſe in falcis modũ recuruo gladio: a græcis harpe uocat̃. ¶ Nutãtẽ: caput cõcutiẽtẽ: ut dormitantes faciũt. ¶ Qua collo eſt cõfine caput: qua caput cõiungitur cũ collo. ¶ In tot lumina: in centũ oculis. Lumen nãq; & oculũ & lucem ſignificat: Eſt autẽ ἀρχαϊσμός. Nũc enim in tot luminibus dicimus. ¶ Occupat: opprimit. ¶ Vna nox: una obſcuritas & mors: una enim oẽs extincti ſunt. ¶ Excipit: ex capite argi capit. Excipere aũt modo ſuſcipere cadentia ſignificat: & uerba dictata cũ ſcribũtur: modo excludere & ab aliis ſepare. Vñ exceptiões apud iuriſcõſultos & oratores dicũtur excluſiões: q̃bus id excluditur q̃d in ĩtẽtionẽ ab actore eſt deductũ. Interdũ excipere eſt in ſidiis aliquẽ capere. Virgil. Excipit incautum. Vnde excipulæ dicũtur: quibus piſces capiũtur. ¶ Saturnia: Iuno Saturni filia. eſt enĩ antonomaſia. Appellatio nãq; pro nomine poſita ẽ. ¶ Collocat: apponit:

Cõpago Cõpages, Cyllẽ⁹ — lumen Argi. oculi in caudã pauõis — Excipe — Excipule

Vt ſe mutarent: liquidas oraſſe ſorores:
Panaq; cum prenſam ſibi iam Syringa putaret:
Corpore pro nymphæ calamos tenuiſſe paluſtres:
Dumq; ibi ſuſpirat: motos in arundine uentos
Effeciſſe ſonum tenuem, ſimilemq; querenti,
Arte noua, uociſq; Deum dulcedine captum:
Hoc mihi conſilium tecum dixiſſe manebit,
Atq; ita diſparibus calamis compagine ceræ
Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellæ.
Talia dicturus uidit Cyllenius omnes
Succubuiſſe oculos, adopertaq; lumina ſomno:
Supprimit extemplo uocem, firmatq; ſoporem
Languida permulcens medicata lumina uirga.
Nec mora, falcato nutantem uulnerat enſe,
Qua collo eſt confine caput, ſaxoq; cruentum
Deiicit: & maculat præruptam ſanguine rupem.
Arge iaces: quodq; in tot lumina lumen habebas,
Extinctum eſt, centumq; oculos nox occupat una.
Excipit hos: uolucriſq; ſuæ ſaturnia pennis
Collocat, & gemmis caudam ſtellantibus implet.
Protinus exarſit: nec tempora diſtulit iræ.
Horriferamq; oculis: animoq; obiecit Erinnyn,
Pellicis argolicæ: ſtimuloſq; in pectore cæcos
Condidit, & profugam per totum terruit orbem.
Vltimus immenſo reſtabas Nile labori.
Quem ſimul ac tetigit: poſitiſq; in margine ripæ
Procubuit genibus: reſupinoq; ardua collo,
Quos potuit ſolos tendens ad ſydera uultus,
Et gemitu, & lachrymis, & luctiſono mugitu
Cum ioue uiſa queri eſt, finemq; orare malorum
Coniugis ille ſuæ complexus colla lacertis,
Finiat ut pœnas tandem, rogat: inq; futurum
Pone metus, inquit, nunq̃ tibi cauſa doloris
Hæc erit: & ſtygias iubet hoc audire paludes,
Vt lenita Dea eſt, uultus capit illa priores:
Fitq; quod ante fuit: fugiunt de corpore ſetæ,
Cornua decreſcunt: fit luminis arctior orbis:
Contrahitur rictus: redeunt humeriſq; manuſq;
Vngulaq; in quinos dilapſa aſſumitur ungues.

Raph.

Iſidis deæ nomẽ accepit: uigilanſq; eſt appellata. ¶ Protinus exarſit: inflãmata eſt ira. nã in io uaccã indignata ẽ iuno: cuius cãm argus fuerat iterfect⁹. Quare illi furorẽ imiſit. quo p totũ terrarũ orbẽ acta eſt. Cum aũt ad nilũ peruẽiſſe: miſeratione iouis priſtinam recuperauit figurã, Deaq; effecta iſis fuit appellata. ¶ Nec tempora diſtulit iræ: hoc eſt nec uĩdictam in aliud diſtulit tps. ¶ Horriferã Erinyn: horrẽdã furiã. Erinyes. n. furiæ dñr ifernales. ¶ Pellicis argolicę: ious inachi argiuorũ fluuii filię. Ab argis nãq; clariſſima urbe peloponeſi: cuius Rex fuit inachus: argolicus declinatur. ¶ Stimulos cęcos: furores occultos. ¶ Cõdidit: abſcõdidit. ¶ Profugã: porro fugatã. ¶ Reſtabas ni: apoſtrophe ad nilũ. q̃ fluui⁹ eſt ægypti, a nilo Rege nũciatus: ut Dio. ait. Nã antea Triton uocabatur ut ſcribit Hermippus. ¶ Quem ſimul ac tetigit: ad quem pſtq̃ peruenit. ¶ Tẽdens ad ſydera uult⁹: tendẽs qdẽ in nouis (pteruerã) legitur exẽplarib⁹: ſed in uetuſtis recte ſcriptũ eſt tollẽs. ¶ Luctiſono mugitu: luctũ ſonante & referẽte. ¶ Et ſtygias iubet hoc audire paludes: hoc eſt per paludẽ ſtygẽ iurauit: cuius nomen Dii fallere non audebãt: ut Virgilius ſcribit. ¶ Vt lenita Dea eſt: poſtq̃ iuno fuit mitigata. ¶ Fitq; quod ante fuit: hoc eſt humanæ reſtituitur figuræ. ¶ Fugiunt: celeriter cadunt. ¶ Setę: pili duriores. ¶ Decreſcunt: diminuunt. ¶ Fit luminis arctior orbis: hoc eſt oculorum orbes ſtrictiores fiunt. ¶ Contrahitur rictus: os diminuitur. ¶ Redeunt humeriq; manuſq;: hoc eſt armi ĩ hũeros: pedeſq; anteriores in manus cõuerſi fuerunt. Qui nãq; in aliis animalibus armi: in homine humeri uocantur: ut Plinius ait. ¶ Vngula dilapſa: diuiſa. ¶ In quinos ungues: inter unguem & ungulam differentia ſignatur: Vngula nãq; eſt aut ſolida ut equorũ. aut bifida: ut boum. Vngues uero ſunt nulli fidi, ut hominũ & leonum. Neq;. n. ungues hoĩum ſũt tantũ (ut imperiti putant) ſed aliorum quoq; aĩalium.

Arge — Setas — Io ĩ priſtinam figuram — Arma Hũeri — vngula vngula

Pauo

¶ Suę uo. pen. Periphraſis eſt pauonis. Nam pauones ſub tutela iunonis eſſe dicuntur. ¶ Stellantibus: More ſtellarum fulgentibus.

Fabulæ. xiii. primi libri argumẽtum.

Lactã.

¶ Protinus exarſi &c. Io ſupradicta cũ furiis exagitata orbẽ terrarũ pcurriſſet, nouiſſime in ægyptũ delata ac placata iunone a ioue in priſtinã figurã reuerſa eſt;

De boue nil ſupereſt, formæ niſi candor in illa,
Officioq́ pedum nymphe cōtenta duorum
Erigitur: metuitq́ loqui: ne more iuuencæ
Mugiat: & timide uerba intermiſſa retemptat.
Nunc Dea linigera colitur, celeberrima turba:
Hinc Epaphus magni genitus de ſemine tandem
Creditur eſſe Iouis: perq́ urbes iuncta parenti
Templa tenet, fuit huic animis æqualis, & annis
Sole ſatus Phaetō, quē quondam magna loquentem,
Nec ſibi cedentem, phœboq́ parente ſuperbum
Non tulit Inachides: matriq́ ait omnia demens
Credis: & es tumidus genitoris imagine falſi.
Erubuit phaeton: iramq́ pudore repreſſit:
Et tulit ad Clymenen Epaphi conuicia matrem,
Quoq́ magis doleas genitrix (ait) en ego liber
Ille ferox: tacui, pudet hæc opprobria nobis
Et dici potuiſſe, & non potuiſſe refelli.
At tu, ſi modo ſum cæleſti ſtirpe creatus,
Ede notam tanti generis: meq́ aſſere cælo:
Dixit & implicuit materno brachia collo.
Perq́ ſuum Meropiſq; caput: tædaſq́ ſororum
Traderet: orauit ueri ſibi ſigna parentis.
Ambiguum eſt Clymene precibus Phaetōtis, an ira
Mota magis dicti ſibi criminis, utraq; cælo
Brachia porrexit, ſpectāſq́ ad lumina Solis
Per iubar hoc inquit radiis inſigne coruſcis

Raph. ¶ De boue nil ſu. Dē figura bouis nil reſtat. ¶ Nymphe: lo nympha inachi filia. Eſt enī nōiatiui caſus nymphe: eoq́ ſine diphthōgo ē ſcribēdū. ¶ Et timide uerba intermiſſa retempta: hoc eſt cum timore iterū loqui conatur. ¶ Verba itermiſſa: uerba diu omiſſa. Nā īter mittere eſt ad tēpus omittere atq́ deponere. ¶ Retēptat: iterū tēptat, experiturq́ an loqui poſſit.

Intermittere

¶ Nunc dea: nunc īqt Io pro Dea Iſide colitur ab Aegyptiis lineas ueſtes geſtātib⁹. Iſidis nāq́ ſacerdotes lineis ueſtibus utebātur. Iſidem uero ægyptii (ut tradit Diodorus) Lunā eē putātut Oriſidē Solem: interpretatiq́ antiquā: ſūpto nomine ab æterno & ātiquo illius ortu. Addūt illi cornua propter aſpectum: ſic enim uidetur: quo tēpore primis diebus apparet: tū quia bos illi ab Aegyptiis ſacrificatur. Quidam aūt Iſidem iouis ægyptii regis filiā fuiſſe: eādemq́ cū Cerere eſſe. Quę ab oſiride fratre uxor accepta. multa contulerit ad uſum uitę humanę. Prima enim triticū & hordeum. quę prius icognita hominibus caſu inter cęteras herbas oriebantur. inueniſſe fertur. Leges quoq́ Iſidē ſtatuiſſe ferunt: qbus iuſtitia æque oībus ſeruaretur atq́ iniuria. timore pœnæ ſublatis. Hac de cauſa priſci græci Iſidem legiferā appellarūt: tanq̄ primam legum inuentricē. Oſiride autem marito interfecto iuraſſe dicitur Iſis ſe nulli alii nupturam: ac iuſto deinceps imperio regnaſſe: bn̄ficiiſq́ in populos oīs alios reges ſupaſſe. ac poſt obitū. Deorū honores cōſecutā: & in vulcani tēplo apud Memphim ſepultam fuiſſe. Aſſerunt autem ægyptii: id qđ fere poetę omnes teſtantur. Iſidem plurima iuueniſſe ad morbos medicamenta: medicęq́ arti multū contuliſſe: ac in deorum quoq́ numerum relatā gaudere hominum cultu: inq́ eorum ualitudine precipue uerſari: quin etiam in ſomnis palam iis opitulari: quos cēſuerit dignos. Et qui illius monitis obtemperēt: præter opinionem curari: etiam quorum medici ſalutē deſperarit. Viſu quoq; aut alia quapiā corporis parte debiles illius deę numen implorantes in priſtinam reſtitui ualitudinem. Signa uero horum eſſe dicūt: nō græcas fabellas. ſed opera. Per totum nanq́ terrarū orbē Iſidem coli propter manifeſtas illius morborum curatiōes. Hæc & multo plura de Iſide Diodorus. Cęterū Ouidius græcorū figmēta ſectatur. ¶ Hinc Epaphus: Epaphi ac phaetōtis iurgia idcirco deſcribit poeta: ut commodius & librum ſecundum cum primo: & mutationem ſororum phaetōtis ipſius in populos cum

Iſidis ſacerdotes

ſuperiore transformatione connectat. Epaphus enim Iouis & Io filius. in altercatione phaethontem non eſſe Apollinis filium dixit: qua cōtumelia phaethō idignatus Clymenen matrem rogauit: ut ſibi uerum oſtenderet genitorem. Illa apollinē eē aſſeuerauit: utq́ ſe ad apollinis regiam conferret, ac ab ipſo ſciſcitaretur: hortata eſt. Eo cū ueniſſet phaetō: accepit ſe apollinis filium eſſe: a quo hortatus: ut qcquid uellet peteret: ſe enī nihil negaturum: impetrauit a patre: ut Solis currum unum dieī regeret. Cū uero nō terras mō: ſed cęlum quoq́ imperitus equos Solis gubernādi cōbureret: Iouis fulmīe in padum fluuium præcipitatus ē. Huius uero ſorores cum finē lachrymis nō imponerēt: deorum miſeratione in populos arbores: earūq́ lachrymę in electrū conuerſę feruntur. ¶ Hinc epaphus: ex hoc inquit epaphus iouis filius eſſe creditꝰ: q₃ Io mater eius ab ægyptiis tāq̄ dea colebat. ¶ Phaeton: Apollinis & clymenes nymphe fuiſſe filius dicitur. Vnde & ſplēdēs interpretatur. φαέθων. Eſt ēt Solis epithetō apđ Homerū in. y. Ilia. ἠέλιος φαέθων. Eſt aūt nomen triſyllabum: nō biſyllabum (ut quidam putāt) præcipientes cū æ diphthongo eſſe ſcribendum. ¶ Non tulit Inachides: Epaphus inachi nepos. ¶ Et tulit ad Clymenen matrem: Clymene nympha fuiſſe fert Oceāi & Tethyos filia ex qua apollo ſuſtulit phaethontem. ¶ En ego liber Ille ferox. Indignatur phaeton: q₃ cum alias & liber & ferox in reſpondendo eſſe cōſueuerit: nihil tunc Epaphi conuitiis reſponderit. Et particula eſt indignātiuū propria. ¶ Refelli: cōfutari. ¶ Ede notā: oſtēde ſignū. ¶ Meq́ aſſere cęlo: hoc eſt me tua defenſiōe cęlo aſcribe: me defende ac pręſta deū eē. ¶ Et iplicuit: iniecit. ¶ Meropiſq́ caput, per uitam Meropis uiri: nā clymene poſt phaethontem ex apolline ſuſceptum Meropi nupſit: Meropes ſane homines ab Homero dicūtur a uocū diuerſitate: μερίζω nāq́ diuido. ὄψ uox dicitur ſiue quo diſtictam habeant uocem a uocibus brutorū animaliū: Meropes etiam ſunt aues apibus ifeſtę: unde etiam apiaſtræ uocantur: q₃ apes comedant. Vir. in Geor. Meropes: aliq́ uolucres. ¶ Tędaſq́ ſororum: nuptias ſuarū ſororū: quas matri curæ eē ſciebat. ¶ Dicti criminis: obiecti criminis. ¶ Per iubar hoc: per hūc Solis ſplendorem. Nam iubar proprie ſignificat luciferum ſtellam: q₃ iubas lucis effundat. Vir. It partis iubare exorto delecta iuuentus. A lucifero aūt omnis ſplēdor iubar appellatur. Sol autē dictus eſt (ut Ciceroni placet)

Phaetōtis Epaphiq́ certamē

Iumen Argi oculi. Phaetō

Exdg.

Clymene

Meropis

Merops

Iubar

Sol



Nate tibi iuro, quod nos auditq́ uidetq́:
Hoc te, quem ſpectas: hoc, te, qui temperat orbem:
Sole ſatum, ſi ficta loquor: neget ipſe uidendum
Se mihi: ſitq́ oculis lux iſta nouiſſima noſtris.
Nec longus patrios labor eſt tibi noſſe penates:
Vnde oritur, terræ domus eſt cōtermina noſtræ:
Si modo fert animus gradere: & ſcitabere ab ipſo.
Emicat extemplo lætus poſt talia matris
Dicta ſuæ phaethon: & concipit æthera mente,
Aethiopaſq́ ſuos, poſitoſq́ ſub ignibus Indos,
Sydereis tranſit: patrioſq́ adit impiger ortus.

Rhet.

Inſigne

Inſignia

Radius

placet) q₃ unus ſit: & non plures: quodq́ tantum claritatem ſolus obtineat. ¶ Inſigne ornatū: clarum. Vnde iſignia dicunt ſigna & ornamēta uirtute adepta. ¶ Radiis coruſcis: fulgentibus: micantibus. Radius autem non ſolum fulgor uiſ: ans dicitur: ſed uirga quoq́: qua Geometræ lineas deſignant. Virgilius. Deſcripſit radio toto q̄ gētib⁹ orbē. Eſt etiā inſtrumētū textorū. Vir. Excuſſi manib⁹ radii. Eſt & iſtrumētū. quo mēſurę ęquant: quod ēt hoſtoriū dicit. Plau. Dii deæq́ oēs tātā uobis lętitiā. tot gaudia ſine radio cumulent. Eſt ēt radi⁹ oliuę genus oblōgę: de q̄ Virg. Nec pingues unaſ in faciem naſcitur oliuę, Orcades & radii & amara pāſia bacca. Rotæ quoq́ radios hr̄e dicuntur.

Raph. ¶ Quod nos auditq́ uidetq́: hoc ex ſniā Homeri dictū eſſe uidetur. Na ut ſcribit Plinius. Sol fert medius planetarū ampliſſima magnitudīe: ac poteſtate. nec tēporū mō terrarūq́. ſed ſyderū ēt ipſorū cæliq́ rector. Hunc mundi eſſe totius animum ac planius mentem. Hunc principale naturæ regimen: ac numen credere decet opera eius æſtimantes. Hic lucem rebus miniſtrat: auferetq́ tenebras. Hic reliq̄ ſydera occultat. Hic uices tempoꝝ: annumq́ ſemp renaſcentē ex uſu naturę temperat. Hic cæli triſticiam diſcutit: atq́ etiā nubila humani animi ſerenat. Hic ſuum lumē cęteris quoq́ ſyderibus fœnerat. prędarus. eximius. omnia intuēs: omnia etiam exaudiens: ut principi literarum Homero placuiſſe in uno cōuideo. ¶ Temperat: regit ac gubernat: cū Solis calore oīa temperantur. ¶ Si ficta loquor: hoc eſt ſi mentior. & falſa dico. Omne enim fictū falſum eſt. Fictum eſt enim quod nō eſt factū: ſed fieri demōſtratū. Falſum autē uanū & fictū differunt: ut ſcribit Donatus. Nam falſum eſt fictum mendacium ſimile ueritati. Vanū nec poſſibile. nec ueriſimile. Fictū totum ſine uero: ſed ueriſimile. Falſum loqui mēdacis eſt. Fictum callidi. Vanū ſtulti. Falſum loqui culpę ē. Fictum uirtutis. Vanum uecordiæ. Falſis decipimur. Fictis delectamur. Vana cōtēnimur. ¶ Neget ipſe uidēdum Se mihi: aſpiciendum. Optat autem Clymene ut moriatur: ſi mentitur phaetonti. ¶ Sitq́ lux iſta nouiſſima: hoc lumē Solis ultimum ſit mihi. ¶ Nec lōgus patrios. nec lōgo inqt tibi labore opus ē. ut cognoſcas & uideas patris tui domū. ¶ Noſſe: cognoſcendi. Eſt enim conſtructio græca: nam gręci infinitis pro gerūdiis utunt. ¶ Patrios penates: patris tui ędes. ¶ Cōtermina: cōfinis. ¶ Noſtrę terræ: Aethiopię. Aethiopia nāq́ Indiæ: unde Sol oriri uidet: finitima ē. ¶ Si modo fert animus: hoc eſt ſi modo ad hoc te inclinat animus, ut eas ad patris ædes uidēdas. ¶ Et ſcitabere: inueſtigabis. Scitari nāq́ eſt rogare: & ſciſcitari. ¶ Emicat exiit. ¶ Et cōcipit æthera mente: hoc eſt omnia magna ſibi promittit. Nam ętherem quoq́ ſe pertranſire poſſe ſperabat. ¶ Aethiopaſq́ ſuos: e quibus phaetō erat unus: Aethiopes autem Aethiope vulcani filio q Aethiopiam a nomine ſuo appellauit: ut in. vi. narrat Plinius. fuere cognominati: quis alii q₃ uſtam habeāt faciē putent: dictos παρὰ τὸ αἴθω quod eſt uro & ὤψ faces: Sub ignib⁹ ſydereis: ſub feruorib⁹ Solis. Indi uero populi ſūt oriētis ab Indo fluuio cognominati.

Tempe rare

Falſum

Fictum

Vanum

Scitari

Aethiopes

Indi

P. Ouidii Naſonis liber primus explicit.

LAVL.

¶ Magiſter Petr⁹ Lauinius lectori Salutem.

¶ HACTENVS (ad diluuium uſq́) in Oui. Methamorphoſin & declamando & ea quæ declamatorem decēt: hoc quadragenarii ieiunii tempore apud Viennam exercendo: enarratiunculas noſtras cōtinuare potui. Nunc inſtantibus paſchalibus ſolemnis, tantis undiq́ agitatus ſum occupationibus: ut uix mihi ſuperſit reſpirandi tempus. Feſtinantibus autem ad libri complementum impreſſoribus: cum eorum ītētionem cognouiſſem. ſiquidem potius ſuæ q̄ reipublicæ utilitati cōſulere uolētes. nōnullos codices meos quos eis legēdos, ea lege ut ad me redirēt priuſq̄ īprimerētur, publicarūt. Eos igitur emendandi fuit mihi denegata facultas. Inter enim declamādum quę tumultuariæ nocturnis uigiliis excerpſerā, imprimere curarunt. Si tamē unq̄ ad manus noſtras Methamorphoſis Ouidii redierit: de integro opus renouātes ad finem uſq́ Deo uolente deducemus.

Vale

Fabulę primæ ſecundi libri argumentum.

¶ Regia Solis erat &c. Clymene Oceani & Tethyos filia: cum phaetontem ex Sole conceptum genuiſſet. & in adultam perduxiſſet ætatem: monuit patrem ut cognoſceret. Qui infeliciter progreſſus ad orientē Solem peruenit, agnituſq́ eſt ab eo connubii indicio, accenſuſq́ agitandi currus amore, quem quatuor equi, pyrous: Eous, Aethon, ac phlegon per orbem aſſueuerant trahere. Diu uero petitum currum accepit, & a miniſtris horis iunctum conſcendit. Monitis itaq́ inſtructus patris per iter ignotum cum equis obniti nequiſſet, equi ignoto agitatore, cōterriti mundi pronam partem petierunt. Quamobrem cum cuncta mortalium ardore ſubito proflagrantia incenderentur, a Ioue quę opem implorantes peterent, ne orbis terrarum cōflagraret. Phaethon fulmine ictus, & in terram præcipitatus eſt, atq́ ita liberati equi uinculis, agnito itinere ad ſuam ſtationem reuerſi ſunt.

Lacti.

Non aget hos currus,& quid Ioue maius habetur?
Ardua prima uia eſt:& qua,uix mane recentes
Enituntur equi:medio eſt altiſſima cælo:
Vnde mare & terras ipſi mihi ſæpe uidere
Fit timor,& pauida trepidat formidine pectus.
Vltima prona uia eſt:& eget moderamine certo,
Tunc etiam quæ me ſubiectis excipit undis:
Ne ferar in præceps:Tethys ſolet ipſa uereri.
Adde q aſſidua rapitur uertigine cælum:
Syderaq3 alta trahit,celeriq3 uolumine torquet:
Nitor in aduerſum:nec me(qui cætera)uincit
Impetus:& rapido contrarius euehor orbi.
Finge datos currus:quid ages?poteris ne rotatis
Obuius ire polis,ne te citus auferat axis?
Forſitan & lucos illic,urbeſq3 Deorum
Concipias animo:delubraq3 ditia donis
Eſſe:per inſidias intereſt formaſq3 ferarum,
Vtq3 uiam teneas,nulloq3 errore traharis:
Per tamen aduerſi gradieris cornua tauri:
Aemonioſq3 arcus,uiolentiq3 ora leonis,
Sæuaq3 circuitu curuantem brachia longo
Scorpion,atq3 aliter curuantem brachia cancrum:
Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis,
Quos in pectore habẽt:quos ore,& narib⁹ efflant:

Raph. ¶ Et qd ioue maius habet:ac ſi dicat nihil. ¶ Ardua prima uia eſt. Cauſas enumerat qbus oſtẽdit difficilli mã eſſe currus Solis gubernationẽ. ¶ Recẽtes:inſtaurati:integri uiribus:ut qui per noctem quieuerũt. Secũdum uulgi aũt loquiť opinionẽ:qui putat Solis equos ipſumq3 ſolẽ noctu quieſcere. ¶ Pauida formidine:ab effectu q pauidos timidoſq3 reddat. ¶ Moderamine:regimine ac temperamento. ¶ Tunc etiam quæ me:hoc quoque loco uulgi ſequitur opinionẽ. Longe namq3 ab Oceano ſemper eſt ſol:nec unquam mergitur:quamuis uulgo uideatur. ¶ Tethys autem Oceani eſt uxor: quæ ſolem occidentem excipere uidetur. Dicta eſt autem Tethys:quod ſit τιθὴ & nutrix cum aliorũ:tum deorum. Eſt enim domina humiditatis qua omnia alũtur. ¶ Aſſidua uertigine:reuolutione & conuerſione. ¶ Torquet:conuertit. Sydera namq3 fixa una cum cœlo uertuntur. Planetæ uero contra cœli motum nituntur. Vnde infert. ¶ Nitor in aduerſu3. Cœlum namq3 ab oriente in occidentem uoluitur: ſecumq3 trahit & Solem & reliquos planetas. Sol uero una cum aliis planetis(ſuo ac naturali motu) contra cœli conuerſionem nititur:Hoc eſt curſum ſuũ peragit ac perficit. ¶ Nec me qui cætera uincit Impetus:nec impetus iquit & rapidiſſima cęli rotatio:quę omnia ſecum alta trahit:me poteſt inhibere:quo minus meum naturalem motum perſiciam. Sed hoc minus uerum eſſe uidetur. Na3 alii planetę contra mundi rotationẽ nituntur:ut diximus. Cur ergo apollo ſe ſolum ait ab impetu cœli non ſuperari? An & ad deterrendum a propoſito ſuo phaethõtem. Quia alii planetę cum retrogradi ſunt nihil cõtra mũdũ nitũtur. Quamuis autem luna nunquam retrocedere cogatur:interdum tamen citius:interdum tardius mouetur. Sol uero ſemper ęquali motu quotidie ferri uidetur:eoq3 ſe ſolum a cæli rotatione non ſuperari gloriatur. ¶ Rapido orbi:cęlo ueloci. Signa namq3 zodiaci Sol pertranſit mundo cõtrarius. ¶ Poteris ne rotatis. Obui⁹ ire polis:hoc ẽ poteris ne ſic reſiſtere rotationi ac celerrimæ conuerſioni quę fit circa polos:ne ab ipſa ſecum traharis.ſed ut ei cõtrarius pergas? Sũt autem duo poli in cœlo:circa mundus uertitur. Vnde & poli dicti ſũt παρὰ τὸ πολεῖν & a uertẽdo:q circũ illos uertitur cœlum. ¶ Ne te citus auferat axis:ne uertice & polo rapidiſſimo impar ſic ab ipſo auferaris ſecum:ut ne tui quidem compos ſis futurus. ¶ Forſitã & lucos illic:fortaſſis inquit tibi perſuades illic eſſe & urbes & Deorum templa:ſed horum nihil eſt:iterq3 tibi eſt faciendum per inſidias,ac feraru3 figuras. ¶ Vtq3 uiam teneas:hoc eſt ut concedam te uiam tenere ac ſcire:nulloq3 in errorem caſurum:te tamen per tauri cornua ire oportebit. ¶ Per cornua aduerſi Tauri:oppoſiti.nam uerſus orientem ſpectat. Taur⁹ Taurus autem inter aſtra dicitur conſtitutus:q Europa3 incolumen ex phœnicia trãſuexit in Cretam:ut Euripides ait. ¶ Aemonioſq3 arcus:ſagittarium. Chiron Chiron enim Saturni in equum mutati ex Phylira filius Theſſalus Hippocẽtaurus:qui æſculapium achillemq3 educauit in ſydera fuit tranſlatus. Quidam tamen(ut inquit Iginus)hac de cauſa Chironem eſſe negauerũt:q nemo Centaurus ſagittis ſit uſus. Eſt autem equinis cruribus deformatus:caudamq3 Satyri habet:ſcribunt uero quidam hunc eſſe crotum nomine Eupheme mufarum nutricis filium,eumque in monte Helicone habitaſſe una cum muſis:ſtudioq3 uenationis fuiſſe delectatum. Muſas autem ab Ioue petiiſſe,ut in cœlum referretur,Ioue3 ei crura equina feciſſe:q equo multum uſus foret:ſagittas pro ingenio adiunxiſſe:Caudã Satyri in corpore fixiſſe:q non minus hoc muſæ:q Liber pater Satyris ſit delectatus. Cęterum Ouidius eorum ſequitur opinionem:qui Chironem fuiſſe centaurũ aiunt. Enumerat autẽ ſigna Zodiaci terribiliora aſpectu phœbus:quo facilius ab improba cupiditate regendi currũ Solis filium deterreat. ¶ Lõgo circuitu,multum enim ſpatii Scorpius ſuis brachiis cõprehendit. Nam(ut ſcribit Hyginus) Scorpi⁹ Scorpius propter magnitudinem membrorum in duo ſigna diuiditur:quorum unius effigiẽ noſtri libram dixerant, Scorpius autem idcirco in cœlum trãſlatus eſſe fingitur:q orion,cum uenaretur:iactare auſus eſt ſe omnia quæcunq3 ex terra orirentur interficere ualere. Quare terra3 indignatam Scorpiũ maximum emiſiſſe:qui illum interficere conaretur. Iouẽ aũt utriuſq3 animũ admiratum Scorpiu3 inter aſtra collocaſſe:ut ſpecies eius hominibus documento eſſet:ne quis eorum aliqua re ſibi confideret. Dianam autẽ propter ſtudium orionis,petiiſſe a Ioue:ut idẽ ſibi beneficiũ daret petenti:quod terræ ultro tribuiſſet:orionemq3 in cœlũ acciperet. Ita igitur fuit cõſtitutum:ut cu3 ſcorpius oritur:Orion occidat. Sane ſcorpius animal eſt & terreſtre & marinum & cęleſte ſignũ dictus παρὰ τὸ σκορπίζειν τὸν ἰόν:a ſpargẽdo ueneno. ¶ Atq3 aliter brachia:nãq3 ſcorpii a principio ſtatim recuruantur. Cancri uero iuxta ſummitate3 flectuntur. eoq3 minus ſpatii complectunť. Cãcer Cãcer autem Iunonis beneficio inter aſtra collocatus fertur:q cum Hercules cõtra Hydram lernæã cõſtitiſſet:ex palude pede3 eius mordicus arripuit:quare Herculem permotum eum interfeciſſe. Iunonem uero inter ſydera collocaſſe.

¶ In promptu



In prõptu regere eſt:uix me patiuntur,ubi acres
Incaluere animi,ceruixq3 repugnat habenis.
At tu funeſti ne ſim tibi muneris auctor:
Nate caue:dum reſq3 ſinit.tua corrige uota,
Scilicet ut noſtro genitum te ſanguine credas:
Pignora certa petis:do pignora certa,timendo.
Et patrio pater eſſe metu probor aſpice uultus
Ecce meos,utinamq3 oculos in pectore poſſes
Inſerere,& patrias intus deprendere curas.
Deniq3 quicquid habet diues:circumſpice mundus:
Deq3 tot,ac tantis cæli:terræq3 mariſq3.
Poſce bonis aliquid nullam patiere repulſam.
Deprecor hoc unum,quod uero nomine pœna:
Non honor eſt:pœnam Phaethõ pro munere poſcis.
Quid mea colla tenes blandis ignare lacertis?
Ne dubita,dabitur,ſtygias iurauimus undas.
Quodcunq3 optaris:ſed tu ſapientius opta:
Finierat monitus:dictis tamen ille repugnat,
Propoſitumq3 premit,flagratq3 cupidine currus;
Ergo quã licuit genitor cunctatus ad altos
Deducit iuuenem,Vulcania munera currus,
Aereus axis erat:temo aureus:aurea ſummæ
Curuatura rotæ:radiorum argenteus ordo,
Per iuga chryſolithi:poſitæq3 ex ordine gemmæ
Clara repercuſſo reddebant lumina phœbo,
Dumq3 ea magnanimus phaethon miratur,opuſq3
Perſpicit,ecce uigil nitido pateſecit ab ortu
Purpureas Aurora fores:& plena roſarum
Atria diffugiunt ſtellæ,quarum agmina cogit
Lucifer,& cæli ſtatione nouiſſimus exit,
Tum pater ut terras,mundumq3 rubeſcere uidit.
Cornuaq3 extremæ uelut euaneſcere Lunæ,
Iungere equos Titan uelocibus imperat horis,
Iuſſa deæ celeres peragunt,ignemq3 uomentes
Ambroſiæ ſucco,ſaturos præſepibus altis
Quadrupedes ducunt,adduntq3 ſonantia fręna.
Tum pater ora ſui ſacro medicamine nati
Contigit,& rapidæ fecit patientia flammæ.
Impoſuitq3 comæ radios:præſagaq3 luctus
Pectore ſollicito repetens ſuſpiria:dixit.
Si potes his ſaltem monitis parere parentis,
Parce puer ſtimulis,& fortius utere loris,
Sponte ſua properant:labor eſt inhibere uolantes.
Nec tibi directos placeat uia quinq3 per arcus.
Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes,
Zonarumq3 trium contentus fine polumq3
Effugit auſtralem,iunctãq3 Aquilonibus Arcton:
Hac ſit iter:manifeſta rotæ ueſtigia cernes.

Raph. ¶ In promptu eſt:facile eſt. ¶ Vix me patiuntur me qui ſum & Deus & peritus & ipſis equis notus. funeſt⁹ ¶ Funeſti:pernitioſi mortiferi. ¶ Dumq3 res ſinit:permittit:hoc ẽ dũ potes. ¶ Tua uota:tuos appetit⁹. ¶ Inſerere:immittere. ¶ Deprendere Depre. comprehendere. ¶ Deprecor hoc unum:precibus hoc unum ne faciam recuſo. Interdũ deprecari ẽ ualde precari. ¶ Stygias iuraui.un. cã eſt cur ſit daturus. ¶ Propoſitũ q pre.retinet ꝓpoſitu3. ¶ Flagratq3 cupidi.cur. ardet cupiditate regẽdi currus paterni. ¶ Ergo qua licuit:quatenus & quouſq3 potuit. ¶ Aureus axis erat:currum Solis elegãter deſcribit poeta. Currus Solis ¶ Chryſolithi:lapides pretioſi aureũ habẽtes colorẽ. Vñ etiã nomẽ ſortiti ſunt χρυσὸς.n.aurum:λίθος lapis dř. ¶ Pateſecit:aperuit Aurora.nã ante Solis ortũ aerẽ illuſtrare:ſicq3 fores ædium ſuarũ aperiř uideť. ¶ Et ple.ro.Atria,ad id alludit:quod Homer⁹ auroram rhododactylon uocat:hoc eſt digitos roſis ornatos habẽtem. Auroræ nanq3 roſas antiquitas dicauit. Roſæ ¶ Diffugiũt ſtel. hoc quoq3 ex ſẽtẽtia uulgari dř. Neq3.n.ſtellę diffugere põt:cum ſint fixę ſed aduenientẽ aurora fulgere deſinunt. ¶ Cogit:congregat et ante ſe agit. Lucifer Lucifer enim:qui græce φωσφόρος dicit,ultim⁹ eſt qui deſinat fulgeř Sole oriente:priuſq3 incipit lucere illo occidẽte:tunc q heſperus uocať:Veneri ãt hęc ſtella dicata eſſe perhibeť. ¶ Mũdũq3 rubeſcere:aduẽtu.n.Auroræ cœlũ rubeſcere uideť. Vnde ẽt aurora ab auro dicta perhibeť. ¶ Euaneſcere:diſſolui ac perire. aurora Euaneſcer. Luna.n.aduenientẽ Sole deſinit ſplendere. ¶ Velocibus horis:agilibus ac cito prætereuntibus. Horæ autem idcirco Solis equorum curam habere finguntur:q ex curſu Solis oriant.

¶ Ambroſiæ ſucco:ambroſia herba eſt ſuauiſſima:qua dii ueſcunť.quaq3 immortales efficiũtur. Ambroſia Ambroſia nãq3 imortalitas interpřtatur. ¶ Contigit.punxit ut feruori reſiſtere poſſent. ¶ Sacro medicamine:diuino hominibus ignoto & occulto. ¶ Radios:coronam radios emittentem:quã ipſe geſtare conſueuit. ¶ Præſaga:prænuncia. ¶ Parce ſti.noli uti calcarib⁹ & flagellis ad impellendos equos:uerum ſtude ipſos fortius loris & frenis cohibere:atq3 retinere. ¶ Volãtes.poti⁹ q currẽtes ¶ Nec ti.di.qua iter Phaethonti ſit tenendum Phœbus oſtendit. Non eni3 inquit tibi per quinq3 circulos recte eſt eundem:ſed per Zodiacu3:qui & obliquus & fines trium zonarum non egreditur,neutrum eni3 polorũ attingit. ¶ Quinq3 p ar.quinq3 circulos qui & zonæ dicũtur. Circuli cæli Cęlum eni3 in quinq3 circulos æqualiter a ſe diſtantes diuiſum eſt,arcticu3 antarcticũ:tropicum cancri,tropicũ capricorni,ęquinoctialem:quoru3 æquinoctialis eſt medius. Zodiacus autẽ obliquus eſt circulus q ęquinoctiale3 ſecat:ad tropicumq3 cancri ac capricorni uſq3 peruenit. zodiacus. Nec ad circulos arcticum antarcticũq3 procedit. ¶ Sectus in obliquu3:periphraſis eſt zodiaci:qui eſt obliquus circulus(ut diximus)& omniũ latiſſimus,ut qui ad tropicum uſq3 cancri & capricorni pertineat. ¶ Auſtrale3 polũ:qui ẽt antarcticus dicitur:q arctico opponiť. ¶ Iũctamq3 aqlonibus arctõ:hoc eſt polũ arcticũ,unde fiant Aquilones uẽti. Arctos Arctos aũt urſa dř:q in ea parte cæli exiſtẽs polo nomen dedit. Nã Iuppiter Caliſto Lycaonis filiam a Iunone in urſa cõmutatã:una cum Arcade filio in ſydera retulit,ad polumq3 collocauit,qui ad arcto arcticus fuit denominatus.

℄ Ida: mons Phrygiæ celeberrimus: quem ad imitatio nem Homeri πολυπίδακα id eſt uocantis a fontium fre quentia. frontibus celeberrimā uocat: qui tamē omnes tūc erāt exſiccati. Dicta eſt ida. uel ab ida regionis regi na: ut ex ſnia Characis Stephanus ait: uel ab Ida Cre tenſi: ut canit Virg. Vnde profectus theucer Scamādri & idęę nymphę filius regionem in Phrygia occu patam a ſe theucriā uo cauit. Duas aūt eſſe idas alterā in phrygia: alterā in Creta notiſſimū eſt. ℄ Virgineuſq; Helicon: Mons eſt Bœotiæ Heli conique; idcirco uirginē tūc Ouid. appellat: quia muſis eſt conſecratus. ℄ Et nondum Oeagrius Aemus: aem⁹ mōs thra ciæ altiſſimus: in quo Or phe⁹ Oeagri fluuii fili⁹ dicitur a Menadib⁹ fuiſ ſe diſcerptus: a quo etiā Oeagrius fuit appellat⁹. ℄ Aetna: mons Siciliæ aetna: ſemper ardēs. Vn de & nomen (ut quidam putant) ἀπὸ τοῦ αἴθειν hoc eſt ab ardēdo: mutatione θ in τ ut alii ſcribūt. Dicta eſt autē etiā Briarei Cyclopis filia: Sicaniq; ſorore: q a Vulcano & Cerere arbitra de finib⁹ electa ſecundū Cererē ſententiā tuliſſe fertur. Eſt & Siciliæ urbs etiā quę etiam adrianum uo cat. quam fluuius eiuſdē nominis pterlabit: ut Mela ſcribit. ℄ Parnaſuſq; biceps: Mōs phocidis in duos uertices diuiſus: ut in primo ipſe Ouid. ſcripſit. ℄ Et eryx: mons eſt Siciliæ ueneri erycinę ſacer. ℄ Et Cynthus: mons eſt Deli, unde Cynthius apollo uocatur. ℄ Et Othrys: mōs eſt theſſaliæ. ℄ Mimaſq;, mōs eſt minoris aſiæ Mimas haud longe diſtans a Colophone: perpetuis niuibus obrut⁹: a Mimante gigante denominatus. ℄ Rhodope: mons Thraciæ niuoſus: a Rhodope puella in quem commutata fuit dictus: ut ipſe ſcribit Ouid. ut alii a Rhodope Strymonis filiæ: ex qua Neptunus atho gigantem ſuſcepiſſe fertur: qui & ipſe monti nomē dedit. eſt & Ioniæ urbs Rhodope: ut Sthephanus Byzantius de urbibus & uicis ait. Dindyma. mons eſt Phrygię. matri Deoꝝ ſacer. Vnde ipſa mater Deoꝝ Dindymene fuit appellata. ℄ Et Mycale: mons eſt & urbs Carię mycale: unde mycaleſius gentile nomen deriuat: ut Herodotus & Dydimus ſcribūt. ℄ Natuſq; ad ſacra Citheron: mons eſt Boetię Bacchodicatus: ad cuius orgia celebrāda natus eſſe ut . ℄ Nec pſunt Scythię: Scythia regio eſt ad ſeptētrionē frigidiſſima: a Scytha Herculis filio cognominata. ℄ Caucaſus ar. mōs ē Scythię Promethei relegatiōe notiſſim⁹. ℄ Oſſaq; cū Pindo & Olympus: mōtes theſſalię altiſſimi. ℄ Maior ambobus: altior. Nebulas. n. & uētos excedere putabāt: unde Lucanus. nubes exceſſit Olympus lege deum. Verticē illius accolæ cælum uocant. unde factum eſt: ut poetæ Olympū per celo ponant. Olympus autem multorum montiū nomen eſt. Nam & arcadię & Elidis & Ciliciæ & Myſię & Macedonię & Theſſalię mons eſt Olympus: in quo ludi Olympici Eleis ſimiles celebrari ſolebāt. ℄ Aeriæq; alpes, mōtes ſunt altiſſimi Italiā a gallia; Germāiaq; defendētes. ℄ Appēninus: mons eſt lōgiſſimus Italiā diuidēs. ℄ Curr⁹ ſuos: ſibi tā tope expetitos. ℄ Cādeſcere: igneſcere & inflammari. Nā candere pprie dicit ferrū ignitum. ℄ Inuoluit: implicat. ℄ Caligine picea: tam craſſa ut ſi picea eſſet. ℄ Sanguine tū creduntur: in traſcurſu trāſformationem ethiopum expōit poeta. Aethiopes nanq; cum antea cādidi eſſent: tunc nigri fuerunt effecti: uidetur autē Ouidius innuere ethiopas fuiſſe dictos: q ſint facie cōbuſta. Nā αἴθω uro ὤψ uero facies dicitur: q̄q Plinius Aethiopas ab Aethiope uulcani filio dictos narret. ℄ Tum facta eſt Libye. Regio eſt africę aridiſſima: ſic dicta: q λιπεῖ ὑετοῦ hoc eſt q deficit pluuia: Seruius ſcribit, ut uero Diodorus a libya nympha epaphi uxore. ℄ Raptis: ereptis: exſiccatis. ℄ Tum nymphę, quem admodū mōtes cōflagrarūt: ita et fontes: lacuſq; eo incendio exſiccati fuerūt. ℄ Paſſis comis: ſparſis: id quod in mœrore fieri cōſueuit. ℄ Quęrit Bœo. Dir. Bœotię fōs eſt Dirce notiſſimus. ℄ Argos amy. amymōe fōs eſt apud argos: ab amymone Danai argiuorum regia filia: in quē couerſa fuiſſe dicitur appellatus. ℄ Ephyre Pyrenidas undas: Pyrene fons eſt Acrocorynthi: quę urbs prius ephyre fuit appellata. Dictus eſt autē a Pyrene muliere: in quem ob fletum: quo filiorū morte affecta eſt: fingitur fuiſſe conuerſa. ℄ Nec ſortita: nō ſolum fontes exaruere: ſed etiam amnes latiſſimi ſunt exſiccati. ℄ Tanais: fluuius eſt Scythiæ maximus europam ab Aſia diuidens. ℄ Peneuſq; ſenex: fluuius eſt Theſſaliæ: ut in primo uidimus. ℄ Teuthranthæuſq; Caycus: Caycus fluuius eſt Myſię Teuthrantiā irrigans regionem. Vnde & Teuthrantheus cognominatur Teuthrania autem urbs myſiæ a Teuthrante q ex auge telephum ſuſcepit appellata. Vnde nomen gētile teuthranius & teuthantius declinatur. ℄ Et celer Iſmenos: fluuius eſt Bœotiæ ab iſmeno pelaſgi filio denominatus. ℄ Cum Phocaico erymantho. erymanth⁹ Phocidis eſt fluuius & Arcadię mons.

Et tum ſicca prius celeberrima fontibus Ida:
Virgineuſq; Helicon, & nondum Oeagrius Aemus
Ardet in immenſum geminatis ignibus ætna;
Parnaſuſq; biceps: & Eryx: & Cynthus: & Othrys,
Et tandem niuibus Rhodope caritura, Mimaſq;,
Dindymaq;: & Mycale, natuſq; ad ſacra Cithæron:
Nec proſunt Scythiæ ſua frigora: Caucaſus ardet
Oſſaq; cum pindo: maiorq; ambobus Olympus
Aeriæq; alpes, & nubifer Appenninus.
Tum uero Phaethon cunctis e partibus orbem
Aſpicit accenſum: nec tantos ſuſtinet æſtus,
Feruenteſq; auras uelut e fornace profunda
Ore trahit. curruſq; ſuos candeſcere ſentit:
Et neq; iam cineres, eiectatamq; fauillam
Ferre poteſt, calidoq; inuoluitur undiq; fumo:
Quoq; eat: aut ubi ſit: picea caligine tectus
Neſcit: & arbitrio uolucrum raptatur equorum.
Sanguine tum credunt in corpora ſumma uocato
Aethiopum populos nigrum traxiſſe colorem.
Tum facta eſt Libye raptis humoribus æſtu
Arida. tum nymphæ paſſis: fonteſq;, lacuſq;
Defleuere comis, quærit Bœotia Dircen,
Argos Amymonen: Ephyre Pyrenidas undas.
Nec ſortita loco diſtantes flumina ripas
Tuta manent: mediis Tanais fumauit in undis,
Peneuſq; ſenex: Teuthrantheuſq; Caycus,
Et celer Iſmenos cum phocaico Erymantho:

Ida · Helicō. · aemus · aetna · Parnaſ⁹ · Eryx · cinthus · Othrys · Mimas · Rhodope · Dindyma. · Dyndimene. · mycale · Cythæron. · Scythia · Caucaſus. · Oſſa · Pindus · Olympus. · alpes · appēninus. · Candere · aethiopes. · Libye. · Dirce · amimone · Pyrene · Tanaiſ · Peneus · Cayc⁹ · theutrania · Iſmen⁹ · erymāthus

℄ Arſuruſq; iterū Xanthus



℄ Arſuruſq; iteꝝ Xanthus: fluuius eſt Troiæ: qui olim tpe belli Troiani iteꝝ inflāmatus eſt precibus Veneris in achillē, ut in Iliade narrat Homerus. ℄ Flauuſq; Lycormas: fluuius eſt Aetoliæ flauas uoluēs harenas, de quo et Seneca. Flauus rapido fonte lycormas, hinc Euenus poſtea: ab eueno q ſe in eū precipitauit: fuit appellatus. ℄ Quicq; rec. Meander fluuius eſt phrygię, q adeo ſinuoſis labitur in luxibus, ut interdū in frontē fueru uelle uideat. ℄ Mygdoniuſq; Malas: fluuius eſt Mygdoniæ: qui oues nigras efficeꝛ dr̄. Vnde & nomen accipit: μέλας. enī dr̄ niger. ℄ Et, tænareius eurotas. fluuius eſt laconiæ iuxta Tenarum promontorium in mare exiēs Tænarieus āt eſt legēdū: ut q̄tuor ſyllabaꝝ ſit: & in diphthongū deſinat: ne iā b⁹ (quē nō amittit uerſus heroicus) in q̄rta ſede poſit⁹ eſſe uideatur. Eſt uero Tænarus. & promōtoriū & urbs. & portus Laconię a Tenaro Icari filio dict⁹. Siue a tenaro Gareſti fratre ac Iouis filio. qui una cum Calabro fratre tēplū Neptuno apud tænarum ipſum edificauit: quod tænarum uocatur. ℄ Arſit & Euphratres Babylonius, Eufrattes fluuius eſt maioris armeniæ maximus: qui Babylonem in duas diuidens partes in mare rubrum deſcendit. ℄ Arſit Orontes: fluui⁹ eſt Syriæ. ex Lybano monte decurrēs: qui Typhon pri⁹ dictus eſt a Typhone gigāte illic fulminato, ut Strabo narrat. Orontis autem nomen ab eo accepit: qui omnium primus illum ponte iunxit. ℄ Thermodoonq; citus: fluuius eſt Scythiæ, iuxta quem Amazones olim habitauere. Is (ut Metrodor. ait) Araxes quoq; uocaꝛ: ℄ Ganges: fluuius eſt Indiæ nouiſſimus. ℄ Et phaſis: fluuius eſt Colchoꝝ, unde Phaſini ſunt dicti. ℄ Et Hiſter fluuius eſt Pannoniæ: qui & Danubius dr̄. ℄ Alpheus: fluuius Elidis iuxta Piſam urbē decurrēs, q abſorptus a terra ſubter mare in fontē arethuſam apud Syracuſas influit. Vnde Virg. iii. Aeneidos ſic ſcri. Alpheum ut fama eſt huc Elidis amnem Occultas egiſſe uias ſubter mare, qui nūc ore Arethuſa tuo Siculis confundiꝛ undis. ℄ Ripæ Sper. Sperchii fluuii theſſaliæ uelociſſimi, q in meliacū exit ſinū. ℄ Q dq; ſuo Tagus, fluuius Hiſpaniæ aureas uehēs arenas, quę tūc incendio liqueſcebāt. Tres aūt ſūt fluuii aureas ducētes harenas. Pactolus. Herm⁹. Tagus. Et q Mæo. ripas, Lydiæ fluuioꝝ. Nā Lydia a Mæone fluuio Mæonia fuit appellata. ℄ Medio Cay. Cayſter fluuius eſt aſię preter aſiā paludē labēs, Vñ Vir. Geor. pmo ſcribit, Iā uarias pelagi uolucres, & q̄ Aſia circū Dulcibus in pratis rimanꝛ ſtagna Cayſtri. Cayſter aūt dictus putaꝛ ἀπὸ τοῦ καίεσθαι: hoc eſt amburi: qm̄ ppinqu⁹ ſit κατακεκαυμένη q̄ ps eſt Aſiæ ptorrida & deuſtæ ſimilis: nulla preter uite arbore: ſed uiuo pſtātiſſimo: qd Pli. Catacecaumenitē ex hac origie denoīauit. ℄ Flumineę uo. cygni flumia incolētes. ℄ Nilus fluui⁹ eſt Aegypti, cuius origo ignoraꝛ. Idcircoq; & tūc caput occuluiſſe & nūc quoq; latere ait. ℄ Vacant, uacua ſunt aq̄. ℄ Septē ſi. flum. ual. ſeptē inquit Nili hoſtia ualles ſine aq̄ ſunt effectę. ℄ Sors ea. Iſma. Eadē inqt ſorte Hebrus ac Strymō Thracię fluuii ſiccanꝛ. ℄ Heſperioſq; amnes occidētales. Nam Rhenus fluuius eſt Galliā a germāia diuidēs Rhodan⁹ uero Gallię fluuius Padus Italię. q ēt eridanus uocaꝛ. Virg. Fluuiorum rex eridanus. ℄ Thibrin: Thybris fluuius eſt Thuſcię p mediā Romā labēs. Tybris aūt dictus ē a fluuio Sicilię: q pterlabitur Syracuſas: q a Theocrito Thybris uocaꝛ. Tā etſi qdam Hymbrym illū appellet. Vñ pfecti Siculi ripis Albulæ occupatis in priæ memoriā; p Albula Thybri nominarūt. Virg. uero a Thuſcoꝝ rege thybrin fluuiū fuiſſe denominatū canit. Aſperq; immani corpe Thybris: a quo poſt Itali fluuiorū cognomine Thybrim diximus: Amiſit iterū uetus albula nomē. ℄ Infernū; re. Plutonē cum Proſerpina uxore. ℄ Exiſtūt mō: extāt: apparent. ac extra aq̄s ſtant. ℄ Et ſpa. cycla. au. Cyclades iſulę ſūt egei ī orbē diſpoſitę. un ēt Cyclades ſunt dictę, κύκλος nāq; circul⁹ dr̄. Scopuli ergo q tūc mari extabāt, cycladū numerū augebāt. ℄ Nec ſe ſup ęthera curui: ſic inqt Delphies nō audebant in aerē ſe iactare pp nimiū ardorē, qd natura facere cōſueuerūt. ℄ Corpora Pho. Phocæ uituli dnr marini, q boū imitanꝛ mugitū. ℄ Exanimata: perturbata: aut certe exanima & mortua. ℄ Ipſū quoq; Nerea: Nereus Deus marin⁹ Dorida uxorē habēs: ex qua magnam nympharū multitudinē ſuſtulit. ℄ Exerere aqs: emittere: extolleꝛ ex aqs. ℄ Ignes aeris: feruores aeris & æſtus. ℄ Alma tñ tel. Alma ab alēdo dr̄: ppriumq; eſt terrę epithetō. Nā oīa alit ac nutrit animātia. Tell⁹ Dea ipſius eſſe dr̄ terræ, nā terra ipm eſt elementum. ℄ Vt erat circūdata pōto, Oceano. Pōtus. n. interdum ſpāle nomē eſt & ſignificat Euxinū. Interdū gnale, cū p mari accipiꝛ. ℄ Cōtractoſq; undiq; fontes: ex ſe illo co cōgregatos atq; coactos: ob nimiū. n. æſtum fontes oēs in ima terræ refugerant: ne penitus exiccarentur.

Arſuruſq; iterum Xanthus, flauuſq; Lycormas:
Quiq; recuruatis ludit Mæander in undis,
Mygdoniuſq; Melas, & Tænarieus Eurotas.
Arſit & Euphrates Babylonius, arſit Orontes:
Thermodoonq; citus: Gangeſq;: & phaſis & Hiſter,
Aeſtuat Alpheus. ripæ Sperchiades ardent.
Quodq; ſuo Tagus amne uehit fluit ignibus aurū
Et quæ Mæonias celebrarant carmine ripas
Flumineæ uolucres medio caluere Cayſtro.
Nilus in extremum fugit perterritus orbem:
Occuluitq; caput: quod adhuc latet, hoſtia ſeptem
Puluerulenta uacant, ſeptem ſine flumine ualles.
Sors eadem Iſmarios Hebrum cum Strimone ſiccat
Heſperioſq; amnes Rhenum, Rhodanūq; Padūq;:
Cuiq; fuit rerum permiſſa potentia Tybrim.
Diſſilit omne ſolum, penetratq; in tartara rimis
Lumen: & infernum terret cum coniuge regem.
Et mare contrahitur, ſiccæq; eſt campus harenæ.
Quod mō pontus erat: quoſq; altū texerat æquor
Exiſtunt montes: & ſparſas cycladas augent.
Ima petunt piſces, nec ſe ſuper æthera curui
Tollere conſuetas audent delphines in auras.
Corpora phocarum ſummo reſupina profundo
Examinata iacent. ipſum quoq; Nerea fama eſt,
Doridaq;, & natas tepidis latuiſſe ſub undis
Ter Neptunus aquis cum toruo brachia uultu
Exerere auſus erat: ter non tulit aeris ignes.
Alma tamen tellus, ut erat circundata ponto
Inter aquas pelagi, contractoſq; undiq; fontes.
Qui ſe condiderant in opacæ uiſcera matris:

Raph. · Xāthus · Lycormas · Meander. · Melas · Eurotaſ · Tænarus. · euphrates · Orōtes · Thermodoō · Gāges · Phaſis · Hiſter · alpheuſ · Sperchi⁹ · Tagus · Mæon · cayſter · Nilus · Hebruſ · ſtrymō · Rhen⁹ · Rhodanus. · Padus. · Thybris · exiſtere · Cyclades. · phocæ. · Nereus · alma · Tellus · Terra · Telluris quæ relæ. · Pontus

Raph.

❡Suſtulit omniferos: elegans proſopopœia qua terræ inanimatæ rei & perſonam & ſermonem attribuit poeta. ⁋Omniferos. omnia ferentes & producentes. ⁋Collo ten⁹ uſq; ad collum. ⁋Paulum ſubſedit: paulu3 terræmotu depreſſa eſſe uidetur: quod fieri nequid: cum mūdi ſit centrum: & undiq; æqualiter cœlo diſtet. ⁋Si placet: hoc meruiq;. Telluris cōqueſtio eſt ad Iouē: ſic aperta & clara, ut nullā ſere admittat expoſitione3. ⁋Tuo igne: tuo fulmine. ⁋Clademq; auctore leuare: leuem facere: p quo uerbo iperitiſ alleuiare utitur. Illæ uero calamitates minus ægre ac leuius ferūtur: quarum auctores magni ſunt atq; potentes. ⁋Vix equidem: cum difficultate inquit hęc paucula eloqui poſſum. ⁋Preſſerat ora uapor: parentheſis poetica, quam terræ q̄relis inſerit. ⁋Raſtrumq; fero: raſtra inſtrumēta ſūt ruſtica quibus agri coluntur. ⁋Exerceor. defatigor. ⁋Vobisquoq; thura miniſtro: thure i ſacrificiis non modo nos: ſed priſci quoq; utebātur. Thus autem ἀπὸ τοῦ θύειν: hoc eſt a ſacrificando deriuat. Eſt enim uocabulum græcum: non latinum (ut quidam ſcribunt) quia tundēdo putant deduci: cum a græcis θὺς dicat. ⁋Quid meruit frater. Neptunus cui ſorte in mundi diuiſione maria obtigerūt. ⁋Fumat uter polus: duobus polis (qui & uertices dicūtur) cœlum ſuſtinetur: qui ſi fuerint combuſti, caſurū eſt cœlum. ⁋Atlas en ipſe laborat. Atlas mons eſt Mauritanę: qui cœlū ideo ſuſtinere fingitur: quod Atlas qui non in illū montem fertur transmutatus: primus omnium aſtrologica ſcrutari cœpit. ⁋Candentem axem ardentem polum. ⁋Et rerū cōſule ſummę: hoc eſt uide ne rerum ſumma pereat: ac generatim perdantur. ⁋Proprioraq; Manibus antra, hoc eſt ſpeluncas inferis propiores. Sunt enim Manes animæ mortuorum a Mano: quod bonum antiqui dicebant κατὰ ἀντίφρασιν appellari. ⁋At pater omnipotens ſuperos teſtatus. Iuppiter inquit cu3 in teſtimoniu3 & alios deos & ipſum Apollinē adduxiſſet totum mundum incendio periturum niſi auxilium ferat, Phaethonte3 fulmine percuſſit ac incendium fulmine compeſcuit. ⁋Et ipſum. Qui dederat currus: Apollinem. ⁋Vnde: ex qua arce. ⁋Inducere nubes: immittere nebulas. ⁋Latis terris: late patentibus terris. ⁋Miſit in aurigam. Phaethontē currus Solis auriga3 & rectorem. ⁋Cōſternuntur eq: terrentur. ⁋Illic temone reuulſus. Axis: axis ligni illud eſt, circa quod rotæ currus uertuntur. ⁋Veſtigia: ſigna & partes. ⁋Laceri curr⁹: lacerati atq; diſſipati. ⁋Flamma populante: igne comburente. Tūc enim ignis populari aliqd dicitur quando comburit. ⁋Voluitur in p̄ceps. hoc eſt in caput cadit. ⁋Vt interdum de cœlo. pulchra ſimilitudine caſum Phaethontis demonſtrat, ſcite autem ſcribit. Nam q̄uis ſtellę interdum cadere uideantur: tamē nunq̄ cadunt.

Raſtra

Atlas

Manes

Axis

Suſtulit omniferos collo tenus arida uultus
Oppoſuitq; manum fronti, magnoq; tremore
Omnia concutiens paulum ſubſedit, & infra
Quam ſolet eſſe, fuit: ſacraq; ita uoce locuta eſt.
Si placet hoc, meruiq;, qd o tua fulmina ceſſant
Summe Deum, liceat perituræ uiribus ignis
Igne perire tuo: clademq; auctore leuare.
Vix equidem fauces hæc ipſa in uerba reſoluo
(Preſſerat ora uapor) toſtos en aſpice crines:
Inq; oculis fumum uolitant ſuper ora fauillæ.
Hos ne mihi fructus? hunc fertilitatis honorem,
Officiiq; refers? q adunci uulnera aratri,
Raſtrorumq; fero, totoq; exerceor anno?
Quod pecori frondes, alimentaq; mitia fruges
Humano generi: uobis quoq; thura miniſtro?
Sed tamen exitium fac me meruiſſe: quid undæ?
Quid meruit frater? cur illi tradita ſorte
Aequora decreſcunt, & ab æthere longius abſunt?
Quid ſi nec fratris, nec te mea gratia tangit?
At cæli miſerere tui, circunſpice utrinq;
Fumat uterq; polus, quos ſi uiolauerit ignis:
Atria ueſtra ruent, Atlas en ipſe laborat,
Vixq; ſuis humeris candentem ſuſtinet axem.
Si freta: ſi terræ pereunt: ſi regia cæli
In chaos antiquum confundimur: eripe flammis,
Si quid adhuc ſupereſt: & rerum conſule ſummæ.
Dixerat hæc tellus, neq; enim tolerare uaporem
Vlterius potuit, nec dicere plura ſuumq;
Rettulit os in ſe proprioraq; manibus antra.
At pater omnipotens ſuperos teſtatus, & ipſum
Quid dederat currus, niſi opem ferat, omnia fato
Interitura graui: ſummam petit arduus arcem:
Vnde ſolet nubes latis inducere terris:
Vnde mouet tonitrus: uibrataq; fulmina iactat.
Sed neq; quas poſſet terris inducere nubes
Tunc habuit: nec quos cælo dimitteret imbres.
Intonat & dextra libratum fulmen ab aure
Miſit in aurigam: pariterq; animaq; rotiſq;
Exuit, & ſæuis compeſcuit ignibus ignes.
Conſternuntur equi: & ſaltu in contraria facto
Colla iugo eripiunt, abruptaq; lora relinquunt.
Illic frena iacent, illic temone reuulſus
Axis: in hac radii fractarum parte rotarum:
Sparſa que ſunt late laceri ueſtigia currus.
At Phaethon rutilos flamma populante capillos,
Voluitur in præceps: longoq; per aera tractu
Fertur, ut interdum de cælo ſtella ſereno,
Et ſi non cecidit, potuit cecidiſſe uideri.

❡Quem



Raph. Eridanus

❡Quem procul a patria: lōge enim Italia, paduſq; ab Aethiopia diſtat. ⁋Eridanus: Eridanus fluuius eſt Italiæ: qui alio nomine dicitur Padus.

Fabulæ ſecundæ ſecundi libri argumentum.

Lact.

❡Naiades heſperię &c. Sorores Phaethōtis phaethuſa: Lampetie: Phœbe caſum fratris deflent, Deorum miſericordia in arbores populeas mutatę ſunt.

Raph. Naiades

❡Naiades Heſp. Nymphæ italicæ ac occidentales: Naiade autem dicuntur παρὰ τὸ νέω: quod eſt fluo: q in fluētis habitent. ⁋Trifida flamma: fulmine: quod ita pingebatur: ut trifidū & in tres partes fiſſum uideretur. Vt enim tridens Neptuno: ſic trifidum fulmen attribuitur Ioui. ⁋Signant quoq; carmine ſaxum, Cippo & ſepulchri ſaxo epithaphiu3 inſcribunt. ⁋Hic ſitus eſt: poſitus & ſepultus. Eſt aute3 epithaphium in phaetōtem. ⁋Nō tenuit: tenere nō potuit. ⁋Magnis tamen excidit auſis: hoc eſt magna tamen aggredi auſus eſt quod quidem abunde pulchrum atque magnificum eſt: ut Plinius ait. ⁋At pater: Apollo. ⁋Miſerabilis: miſerandus. ⁋Aegro luctu: ab effectu luctus dicit̄ ęger q̄ ęgros & mœſtos reddat. ⁋Obductos: uelatos: coopertos. ⁋Aliqs uſus: aliqua utilitas. ⁋Lugubris: pullis ueſtibus: quæ luctui conueniunt iduta. ⁋Et amēs examinata: perturbata. ⁋Totum. perſenſuit orbem: peragrauit totum terrarum orbem. ⁋Examines artus primo: cadauer filii & membra mortua primum querens. ⁋Mox: deinde. ⁋Condita. ſepulta. ⁋Incubuitq; loco: ſepulchro ſe proſtrauit. ⁋Aperto pectore: nudo. ⁋Nec minus Heliades, Solis filię Heliades dicūtur ἀπὸ τοῦ ἡλίου: hoc eſt a Sole quę etiam a fratre Phaethontiades fuerunt appellatę. Earum nomina ſunt Phaetuſa. Lampetia: Phœbe: quę cum fratrem per quatuor mēſes aſſidue fleuiſſent tandem Iouis miſericordia in populos arbores: uel (ut alii uolunt: & in primis Apollonius) in alnos. Lachrymę uero ipſarum in electra & ſuccina conuerſę fuerūt. ⁋Et cęſę pectora palmis: cędentes & percutientes pectora. Eſt enim ſynecdoche poetica. ⁋Aſternunturq; ſepulchro: hoc eſt ſtratę ſuper ſepulchro iacent. ⁋Luna quater iunctis: hoc eſt quatuor menſes tranſierant. Nam ſingulis quibuſq; menſibus luna repletur. ⁋Nam morem fecerat uſus: Parētheſis eſt qua ſignificatur ex aſſiduo uſu conſuetudine3 plangendi Phaethontis ſororibus fuiſſe factam. ⁋E quis, Phaethuſa ſororem phaethuſa filia fuit Solis ex negra nimpha. Eſt autem quadriſyllabum nomen: non triſyllabum ut quidam putant. Interpretatur phaethuſa ſplēdens. ⁋Terrę procumbere: ſe in terra3 proſternere. ⁋Diriguiſſe pedes: rigido & duros eſſe factos. ⁋Candida lampetie: Phaethuſę ſoror: quę fulgens trāſferri poteſt: λάμπω enim fulgeo dicitur. ⁋Subita radice ſubito nata. ⁋Laniare: lacerare. ⁋Inguina: pudenda ⁋Ambit: circundat. ⁋Extabant: extra corticem ſtabant. ⁋Manant: defluunt. ⁋Saucia: uulnerata. ⁋Iamq; uale: uerbū eſt uale quo recedentes ſalutamus. ⁋Cortex in uerba nouiſſima uenit: hoc eſt cortex os obducens. uerba Heliadum ultima occupauit.

Heliades in arbores

Phaethuſa

Lāpetie

Valete

Fabulę tertię ſecundi libri argumentum.

❡Inde fluūt &c. Lachrymę earum (ut Heſiodus & Euripides indicant) in electrum couerſę ſunt ac fuiſſe dicunt.

Lact.

❡Inde fluunt: ab illis arboribus. Hoc quidē Ouidius: ſed ut Apollonius in argonauticon. iiii. narrat: Galli iactent non ex Heliadum ſed ex apollinis lachrymis electrum eſſe natum: quando propter Aeſculapii necem dolore affectus ad Hyperboreos abiit patris increpationem non ferens: aut quando propter Cyclopes interfectos admeto regi ſeruire coactus eſt. ⁋Rigeſcunt: rigida ac dura ſunt.

Raph.

Quem procul a patria diuerſo maximus orbe
Excipit Eridanus, fumantia abluit ora.
Naiades Heſperiæ trifida fumantia flamma
Corpora dant tumulo, ſignāt quoq; carmine ſaxum.
Hic ſitus eſt Phaeton currus auriga paterni,
Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis:
At pater obductos luctu miſerabilis ægro
Condiderat uultus: & ſi modo credimus, euum
Iſſe diem ſine Sole ferunt: incendia lumen
Præbebant: aliquiſq; malo fuit uſus in illo.
At Clymene poſtq̄ dixit, quæcunq; fuerunt
In tantis dicenda malis: lugubris, & amens
Et laniata ſinus totum percenſuit orbem:
Examines artus primo: mox oſſa requirens.
Reperit oſſa tamen peregrina condita terra:
Incubuitq; loco: nomenq; in marmore lectum
Perfudit lachrymis, & aperto pectore fouit.
Nec minus Heliades lugent, & inania morti
Munera dant lachrymas: & caſæ pectora palmis
Non auditurum miſeras Phaethonta querelas
Nocte, dieq; uocant, aſternunturq; ſepulchro
Luna quater iunctis implerat cornibus orbem:
Ille more ſuo (nam morem fecerat uſus)
Plangorem dederant, e quis Phaethuſa ſororum
Maxima cum uellet terræ procumbere: queſta eſt
Diriguiſſe pedes: ad quam conata uenire
Candida Lampetie, ſubita radice retenta eſt.
Tertia cum crinem manibus laniare pararet,
Auellit frondes: hæc ſtipite crura teneri:
Illa dolet fieri longos ſua brachia ramos:
Dumq; ea mirantur, complectitur inguina cortex,
Perq; gradus uterum, pectuſq;, humeroſq; manuſq;
Ambit: & extabant tantum ora uocantia matrem.
Quid faciat mater? niſi quo trahit impetus illam
Huc eat, atq; illuc, & dum licet oſcula iungat?
Non ſatis eſt: truncis auellere corpora temptat:
Et teneros manibus ramos abrumpit: at inde
Sanguineæ manant tanq̄ de uulnere guttæ.
Parce precor mater, quæcunq; eſt ſaucia: clamat.
Parce precor, noſtrum laceratur in arbore corpus.
Iamq; uale: cortex in uerba nouiſſima uenit,
Inde fluunt lachrymæ: ſtillataq; ſole rigeſcunt

Fabulę ſeptimæ ſecundi libri argumentum.

¶Tam nuper pictis cæſo &c. Coruus uolucris initio naturæ candidis pennis plumatus fuit: ſed quia Coronidam Coronei filiā indicauerat apollini in adulterio morari. Ita ꝓpter acerbiſſimum iudiciū flagrantis Dei ſagittis confixa eſt. Ex eo ille niger ex candido factus. Ex hac & apolline naſcitur Aeſculapius: quem pater exciſo utero matris cū ea rogo eſſet impoſita, abſtulit: & ad chironem a patre in pelium delatus eſt montem: ut ab eo incrementum ſimulq; ſcientiam acciperet medendi.

Oceanumq; ſenem: quorum reuerentia mouit
Sæpe Deos: cauſamq; uiæ ſcitantibus inquit,
Quæritis æthereis quare regina Deorum
Sedibus hic adſim: pro me tenet altera cælum.
Mentiar: obſcurum niſi nox cum fecerit orbem,
Nuper honoratas ſummo mea uulnera cælo
Videritis ſtellas illic ubi circulus axem
Vltimus extremum, ſpacioq; breuiſſimus ambit.
Eſt uero, cur quis Iunonem lædere nolit?
Offenſamq; tremat, quæ proſum ſola nocendo.
O ego quantum egi. q̄ uaſta potentia noſtra eſt.
Eſſe hominem uetui: facta eſt Dea: ſic ego pœnas
Sontibus: impono: ſic eſt mea magna poteſtas.
Vindicet antiquam faciem. uultuſq; ferinos
Detrahat, argolica quod in ante Phoronide fecit,
Cur non expulſa ducit Iunone, meoq;
Collocat in thalamo, ſocerumq; Lycaonia ſumat?
At uos ſi læſæ tangit contemptus alumnæ:
Gurgite cæruleo ſeptem prohibete triones:
Sydeaq; in cælum ſtupri mercede recepta
Pellite: ne puro tingatur in æquore pellex.
Dii maris annuerant. habili ſaturnia curru
Ingreditur liquidum pauonibus aera pictis:
Tam nuper pictis cæſo pauonibus argo:
Quam tu nuper eras: cum candidus ante fuiſſes:
Corue loquax ſubito nigrantes uerſus in alas.
Nam fuit hæc quondam niueis argentea pennis
Ales: ut æquaret totus ſine labe columbas:
Nec ſeruaturis uigili capitolia uoce
Cederet anſeribus, nec amanti flumina cygno.
Lingua fuit damno lingua faciente loquaci,
Qui color albus erat, nunc eſt contrarius albo.

¶Quorum reuerentia mouit: Oceanus & Tethys magno in honore ſunt apud omnes deos, quia antiquiſſimi ſunt. ¶Pro me. loco mei. ¶Mentiar: mentiri dicar. ¶Mea uulnera: meos dolores & cruciatus. ¶Illic ubi circulus axem: hoc eſt ad polum ſeptentrionalem, ubi eſt ultimus ac breuiſſimus circulus. Arcticus enim & antarcticus circuli & ultimi ſunt, & aliorū breuiſſimi. ¶Eſt uero cur quis: Ironia indignationis plena. ¶Offenſamq; tremat: timeat me leſā. ¶O ego quātum egi: Ironicos hęc a iunōe dicuntur: ac ſi diceret: parum ac potius nihil egi. ¶Eſſe hominem uetui: oſtendit iuno: ſe nocendo ꝓdeſſe. ¶Sōtibus: nocentibus: pellibuſq; meis. ¶Vindicet antiquam faciem. Iuppiter. (quē Iuno irata non nominat) ſubaudit. Optat autē iuno, ut Caliſto in humanam faciē potius uindicetur: & reuocetur: q̄ inter ſydera conſtituatur. Vindicare autem aſſerere eſt & reuocare. In antiquā uero faciē, in ſoluta diceremus oratione. ¶Quid in ante Phorōide fecit: ordo eſt. Quod ante ī phoronide fecit ¶Phorōide: in Io Phoronei neptæ: quæ cum in uaccam (ut uidemus) Iunōis metu fuiſſet conuerſa: humanę formæ tandem a Ioue fuit reſtituta. ¶Cur non expulſa ducit Iunone: pulchra irōia. qua id cōcedere uidemur: qđ maxime nolumus. Sic Dido apud Virgiliū libro. iiii. I ſequere Italiā uētis: pete regna per undas. ¶Duxit: uxorem. ſubaudiamus. ¶Tangit: commouet. ¶Alumnæ: nā Iuno a Tethy fuit educata. ¶Gurgite cæruleo: a mari nigro & profundo: Eſt enim tapinoſis & magnę rei humilis expoſitio, nam gurgitem qui fluuiorum eſt: pro Oceano poſuit poeta. ¶Prohibete: arcete. ¶Septentriones: maiorem urſam cum arctophylace. ¶Ne puro tingatur in ęquore pellex: ne caliſto pellex & concubina Iouis in purum mare deſcendens illud inquinet & fœdet. ¶Dii maris annuerāt: Oceanus & Tethys nutu promiſerant ſe prohibituros ne ſeptentriones in mare deſcendāt. ¶Ingreditur: intrat. ¶Liquidū aera: tenuē ac purum. ¶Pauonibus pictis: uariis coloribus diſtinctis. Currus autem Iunonis a pauonibus trahi putatur.

¶Tam nuper pictis: hi ad connexionem mutationis ſequentis apte faciendā inferūtur. ¶Ceſo argo: interfecto argo cuius oculi caudę pauonis a Iunone fuerūt appoſiti, ut in primo narrauit poeta. ¶Quam tu nuper eras: Coruus initio quidem fuit candidus: ſed cum eius idicio apollo cognouiſſet Coronida amicam cū alio quodam iuuene rē habere, eamq; ſagittis interfeciſſet, puerūq; Aeſculapiū exciſo utero extraxiſſet: pœnitētia ductus coruum indicem ſibi aliquid præmi ſperātem ex albo nigrū effecit. ¶Corue loq̄x: Apoſtrophe ad coruum: qua ſignificat poeta illū ſuæ loquacitatis merito pœnas dediſſe. ¶Argētea alba, ut eſt argentum. ¶Sine labe: ſine macula. ¶Nec ſeruaturis: alludit ad id qđ Liuius in prima Decade narrat. Cū enim Galli ſenōes, olim obſediſſent capitolium: noctuq; aſcendiſſent: clangore anſerum (cum canes minime ſentirent) excitati cuſtodes eos deturbauerunt. Quare & anſeres in magno honore habiti: & canes fuere crucifixi. ¶Nunc eſt cōtrarius albo: niger: qui color albo eſt oppoſitus.

Fabulę octauę ſecundi libri argumentum.

¶Pulchrior in tota q̄ Lariſſea coronis &c. Corōis coronei filia refert coruo: ne inditium apollini faceret: cū igitur Minerua Ericthonium Vulcani filium: quod ex complexu in terram ceciderat, ſuſtuliſſet: & comitibus ſuis Pandroſo, Herſe, Aglauroq; filiis ciſtula incluſum cuſtodiendum tradidiſſet, monuiſſetq; ne quis eius id cōſpiceret, Coronis ſupradicta nobiliſſima uirginū cuſtodibus



Pulchrior in tota, q̄ Lariſſæa Coronis
Non fuit Aemonia: placuit tibi Delphice certe
Vel dum caſta fuit, uel inobſeruata: ſed ales
Senſit adulterium phœbeius: utq; latentem
Detegeret culpam non exorabilis index
Ad dominum tendebat iter: quem garrula motis
Conſequitur pennis: ſcitetur ut omnia cornix:
Auditaq; uiæ cauſa, non utile carpis
Inquit iter: ne ſperne meæ præſagia linguæ.
Quid fuerim: quid ſimq;, uide: meritumq; require:
Inuenies nocuiſſe fidem: nam tempore quodam
Pallas Erichthonium prolem ſine matre creatam
Clauſerat Actæo texta de uimine ciſta,
Virginibuſq; tribus gemino de Cæcrope natis
Seruandam dederat, ſed enim inconfeſſa quid eſſet:
Et legem dederat, ſua ne ſecreta uiderent.
Abdita fronde leui denſa ſpeculabar ab ulmo:
Quid facerent, commiſſa duæ ſine fraude tuentur,
Pandroſos, atq; Herſe. timidas uocat una ſorores
Agraulos: nodoſq; manu deducit: & intus
Infantemq; uident: apporrectumq; draconem.
Acta Deæ refero: pro quo mihi gratia talis
Redditur: ut dicar tutela pulſa Mineruæ.

cuſtodibus ciſtulam laxatam & inſpectam draconem repeririſſet, diuulgauit. Quamobrē Dea a ſe alienauit: quæ cum ſolitudine in littore oblectaretur, Neptunus procul cōſpecta Venere eius incaluit cuꝫ uim afferret ab eadē Dea ꝓpter uirginitatē tenaciter cuſtoditam in auē cornicē cōuerſa eſt, ita ut tēplo deę admoneret.

¶Quā Lariſſęa Coronis. Duæ fuerūt coronides: quarū altera ab apolline, altera a Neptuno fuit adamata. ¶Lariſſea: ex lariſſa theſſaliæ urbe. ¶In tota aemōia: theſſalia. ¶Inobſeruata: incuſtodita. ¶Ales phœbeius: Coruus ab apolline Coronidi cuſtos adhibit⁹. ¶Nō exorabilis idex: q ullis p̄cib⁹ potuit flecti. ne id quod uiderat idicaret. ¶Tendebat iter: ibat. ¶Garrula cornix: Narratur⁹ poeta quēadmodum Coronis phocaica in cornicem fuit mutata: elegāter (ut ſolet) fabulā fabulę cōnectit. Cornicem autem ipſam inducit coruum admonētē: ut taceat. ac qđ ſibi euenerit (quia linguaꝫ cohibere neſciuit) narrātē. Coronis enim filia fuit coronei phocidos regis: quę a neptuno adamata, ne uiolaretur ope Palladis in corniceꝫ fuit cōuerſa. ac Palladis ipſius comes effecta. Cęterū cū Palladi nūciaſſet: Cæcropis filias ciſtā: in Erichthoniū ex ſemine Vulcani natū ipſa Pallas clauſerat, cōtra deę mādatū aperuiſſe: a comitatu Mineruæ fuit repulſa. ¶Scitetur: ut roget ut ſciat. ¶Pręſagia: ꝓdictiones. ¶Quid fuerim: comes nanq; fui Mineruę. ¶Quid ſim: nūc a comitatu Mineruæ repulſa cōtemnor. Nā tēpore quodam Vulcanus (ut narrat Lactātius) cū diis arma feciſſet eiq; Iuppiter optionē dediſſet ꝓmiſ: quod uellet poſtulandi, iuraſſetq; ꝑ ſtygē paludē ſe nihil negaturum: Mineruę nuptias poſtulauit. Quod quidē Iuppiter aſtrictus religione cuꝫ negare non poſſet, Palladē admonuit ut claudo fabro repugnaret, ac pudicitiā defenderet. Vulcanus igitur cū Palladi tanq̄ uxori ſibi a Ioue traditę (qua blāditiis potiri nō poterat) uim inferret: eaq; reluctaretur, forte ſemen ipſius in terrā cecidit: ex quo quidē & terra natus eſt Erichtonius Vulcani ſine matre filius: pedes habēs anguinos: quos ut tegeret prius currū excogitaſſe dicitur. Erichthonius autem, lis terræ interꝑtatur: ἔρις nāq; lis ſiue cōtētio: χθὼν terra appellatur. ¶Sine matre: nā ex ſolo uulcani ſemine: quod in terraꝫ cecidit natus eſt. ¶Actæo: Attico. Nā attica (ut ſcrib. Pauſanias) prius actęa ab actæo: q primus athenis regnaſſe fertur. Deinde attica ab attide Cranai regis filia fuit cognominata. ¶Gemino de Cæcrope: Cęcrops idcirco geminus ac biformis dr̄: q ex pte homo: ex parte ſerpens fuiſſe uulgatus eſt, Quod qdē idcirco fictū fuiſſe Demoſtenes ait: q & prudētia in cōſiliis ſumma eēt, & in rebus agendis uiribus & audacia uteretur. Vt autē refert Iuſtinus: matrimōiū ac nuptias (hoc eſt maris & fœminę cōiunctionē) primus inſtituit. Is aūt ex Sai urbe ægypti athenas profectus: Actęonis qui primus in attica regnauit filiā, duxit uxorem: eiq; in regno ſucceſſit. Vnde athenienſes cecropidę uocātur. Et tres filiæ fuerūt Pandroſos. Herſe. Agraulos qbus nomina ididit ab iis: qbus fruges maximæ alūtur. Pādroſos ꝑ. & Herſe a rore. Agraulos uero ἀπὸ τοῦ αὐλίζειν ἐν ἀγροῖς: hoc ē a ſtabulando in agris uidetur appellata. Nec ignoro me (ut eſt in exēplaribus deprauatum) Aglauron legiſſe & expoſuiſſe. Nup uero animaduerti agraulon (ea de cauſa quā ſcripſi) fuiſſe nominatam. Quare agraulos (ubicūq; agraulos hactenus lectū ē) mihi uidetur eſſe reponēdum: ne a græcis ſcriptoribus: unde ſum admonitus diſſentire coarguamur: tametſi Pauſanias in atticę deſcriptione illā agraulō mendoſe (ut puto) uocat. ¶Sꝫ inconfeſſa quid eſſet: ſic quidē in impreſſis legitur exēplaribus: ſed corrupte: cum una carminis ſyllaba deſit. Quare hæc particula. n. eſt aſcribēda: ut legatur. Sed. n. inconfeſſa: ut eſt in libris antiquis ſcriptum. ¶Incōfeſſa. nō cōfeſſa: nō elocuta. ¶Et legem dederat: mādauerat. ¶Ablata: aſcondita. ¶Speculabar: obſeruabā. Proprie aūt dixit: naꝫ Speculari eſt ex edito & alto loco obſeruare. ¶Tuētur: defendunt: cuſtodiūt: ac ſeruant. ¶Pādroſos atq; Herſe: a rore hæc noīa ſumpta fuiſſe uidētur. Nā Pandroſos a πᾶν: qđ totum ſignificat: & δρόσος qui eſt ros: componi uidetur. Herſe aūt ros iterpretatur. Cęcropis autē filię fuerunt (ut Pauſanias quoq; narrat, nō ſolum Ouidius) quarū fratrem fuiſſe Erichthoniū ait: qui uiuo adhuc patre uita exceſſit. Tametſi ipſum ex mortali genituꝫ negāt: cui uulcanum terramq; parentes aſſignant. Ab Ouidio aūt nō nihil diſſentit Pauſanias. Narrat enim agrauli lucū eſſe athenis: cui qdem & Herſe & Pādroſo ſororibus Mineruā Erichthoniū in ciſto depoſitum dediſſe: uetuiſſeq; ne depoſitū uiderent. Pandroſonq; in officio fuiſſe: idcircoq; ei contiguā templo Mineruę ædem fuiſſe. Reliquas uero duas (quoniam ciſtā reſignaſſēt) uiſo Erichthōio furere cœpiſſe: & ex arce qua maxime pręceps locus erat ſe deieciſſe. ¶Vna agraulos: ſola agraulos. ¶Diducit: diſſoluit ac ſepat. ¶Apporrectūq; draconem: appoſitum draconem ſibi uidere uiſę ſunt: quia Erichthonius ſerpētinos habebat pedes. ¶Acta Deæ refero: geſta a Cæcropis filiabus Mineruæ nuncio.

Raph. noctua

¶ Et ponar poſt noctis auem: noctuam quę ſolum noctu uolat. ¶ Voce: lingua: loquacitate. ¶ At puto non ultro: occurrit tacitæ obiectioni Cornix. Poſſet enim quis dicere idcirco fuiſti repulſa: quia Mineruę nunq̄ fuiſti grata. Se igitur ita Mineruæ placuiſſe ait: ut ſponte fuerit ab ipſa comes petita. ¶ At puto non ultro: interrogatiōe cum quadā obiectiōne legatur: quā ita ſoluit: ut dicat id ex ipſa Minerua quæri poſſe. ¶ Nam me phocaica: phocis regio eſt Grǽcię finitima atticæ: unde phocaicus dedinatur. ¶ Vt ſoleo: nunc Cornix facta: nam cornices lętis paſſibus gradiūtur. ¶ Spatiarer: ambularem: Nam ſpatiari eſt uoluptatis cauſa ambulare. ¶ Denſum littus: durum & ſolidum. ¶ Ne quicquam laſſor: fruſtra defatigor: neq; enim effugere poteram. ¶ Nec cōtigit ullum: attigit, commouit. ¶ Mota eſt pro uirgine uirgo: Pallas perpetua gaudēs uirginitate. ¶ Tollebar: extollebar: leuabar. ¶ Comes inculpata: omni culpa & crimine uacās. ¶ Quid tamē hoc prodeſt: hæc ad cōmodam ſequentis fabulæ connexionem referūtur. Quid inquit ꝓdeſt inculpatam ac ſine ullo crimine Mineruæ comitem fuiſſe: cū nyctimene ob inceſtum cum patre admiſſum in auem noctuam cōuerſa mihi preferatur. Nyctimene enim nyctei regis leſbi filia patris amore capta clam ſe ei pro uxore ſubiecit: propter quod in noctuam conuerſa ſibi neſandi ſacrilegii cōſcia reliquarum auium conſpectum fugit.

Phocis

Spatiarí Corōis i cornicē

Nyctimene

Et ponar poſt noctis auem: mea pœna uolucres
Admonuiſſe poteſt: ne uoce pericula quærant.
At puto non ultro, nec quicq̄ tale rogantem,
Me petiit: licet hoc ex ipſa Pallade quæras,
Quamuis irata eſt: non hoc irata negabit.
Nam me Phocaica clarus tellure Coroneus
(Nota loquor) genuit: fueramq; ego regia uirgo:
Diuitibuſq; Procis (ne me contemne) petebar:
Forma mihi nocuit: nam cum per littora lentis
Paſſibus (ut ſoleo) ſumma ſpatiarer harena:
Vidit, & incaluit pelagi Deus: utq; precando
Tempora cum blandis abſumpſit inania uerbis:
Vim parat: & ſequitur: fugio: denſumq; relinquo
Littus: & in molli ne quicq̄ laſſor harena.
Inde Deos, hominesq; uoco: nec contigit ullum
Vox mea mortalem: mota eſt pro uirgine uirgo:
Auxiliumq; tulit, tendebam brachia cælo:
Brachia cœperunt leuibus nigreſcere pennis,
Reiicere ex humeris ueſtem molibar: at illa
Pluma erat: inq; cutem radices fixerat imas.
Plangere nuda meis conabar pectora palmis;
Sed neq; iam palmas, nec pectora nuda gerebam.
Currebam: nec ut ante pedes retinebat harena:
Sed ſumma tollebat humo, mox acta per auras
Euchor: & data ſum comes inculpata Mineruæ;
Quid tamen hoc prodeſt, ſi diro facta uolucris
Crimine Nyctimene noſtro ſucceſſit honori:
An, quæ per totam res eſt notiſſima Leſbon:
Non audita tibi eſt: patrium temeraſſe cubile
Nyctimenem? auis illa quidem; ſed conſcia culpæ
Conſpectum, lucemq; fugit: tenebriſq; pudorem
Cælat: & a cunctis expellitur æthere toto:
Talia dicenti tibi (ait) reuocamina coruus
Sint precor iſta malo: nos uanum ſpernimus omen.
Nec cœptum dimittit iter: dominoq; iacentem
Cum iuuene Aemonio uidiſſe Coronida narrat,
Laurea delapſa eſt audito crimine amantis:
Et pariter, uultuſq; Deo, plectrumq;, colorq;
Excidit. utq; animus tumida feruebat ab ira
Arma aſſueta capit: flexumq; a cornibus arcum
Tendit: & illa ſuo toties cum pectore iuncta
Indeuitato traiecit pectora telo.
Icta dedit gemitum, tractoq; a uulnere ferro
Candida puniceo perfudit membra cruore:
Et dixit: potui pœnas tibi Phœbe dediſſe:
Sed peperiſſe prius: duo nunc moriemur in una.

ſceſſiſſe noctuā. Quod ſcelus ipſa nocturno tempore occultat: & in luce, uiſa ab omnibus uolucribus petitur obnoxia. ¶ Per totā Leſbō: Leſbos iſula eſt Aegei a cōditore denominata. Vnde Leſbius Leſbouſq; declinatur. ¶ Temeraſſe: uiolaſſe. ¶ Patrium cubile: patris lectum. ¶ Aſſpectus: auibus ſubaudiatur. Omnes nanq; aues noctuam perſequūtur. ¶ Reuocamina: reuocatiōes. ¶ Spernimus: cōtemnimus: non accipimus. ¶ Vanū: nihil nociturū. ¶ Dño: Apollini. ¶ Cū iuuene aemonio: Theſſalio: Aemōia nāq; Theſſalia dicta ē ab ęmone Chlori filio, Theſſali autē patre, a quo theſſalia fuit appellata. Aemonia quoque, urbs eſt arcadiæ ab aemone lycaonis filio denominata: ut Pauſanias ſcribit. ¶ Vidiſſe narrat ſe, ſubitelligam⁹ ut ſenſus expoſcit. ¶ Laurea: corona ex lauro confecta. ¶ Audito crimine, amantis: amicę a qua ſe amari putabat. ¶ Vultuſq;: hylaritas ac lætitia uultus. Nam uultus pro animi affectu mutatur: ut modo lætitiam; modo mœſtitiam præ ſe ferat. ¶ Plectrumq;: Plectrum inſtrumentū eſt quo Cithara percutit ἀπὸ τοῦ πλήττειν: hoc eſt a percutiēdo declinatum. ¶ Colorque: nam ex rubicūdo pallidus eſt effectus id quod indignantibus euenire ſolet. ¶ Tumida ab ira: ab effectu quod hominem tumeſcere cogat. ¶ Arma aſſueta: arcum & ſagittas. ¶ Tendit: intendit. ¶ Indeuitato: quod nullo pacto poteſt euitari. ¶ Icta dedit gemitum: percuſſa Coronis ingemuit. ¶ Puniceo cruore: rubro ſanguine. ¶ Potui pœnas tibi phœbe dediſſe: hoc eſt potui abs te puniri. ¶ Duo nunc moriemur: & ego & infans in utero conceptus.

Raph. leſbos

aemōia

laurea

Vultus

Plectrū

Fabulæ nonæ ſecundi libri argumentum.

¶ An q̄ per totā res eſt notiſſima Leſbō &c. Nyctimene nyctei filia uirgo leſbia nimia libidine effrenata in patris cubile ſe iplicuit, lōgq; aduerſanb⁹ diis ob admiſ...

Lacta

¶ Hactenus



Raph.

Sero

¶ Hactenus: locuta eſt Coronis ſuppleatur. ¶ Corpus iane aīę: uacuū aīa & mortuū. ¶ Sero: poſteaquam nullum remedium poterat adhiberi. ¶ Exarſerit: ira excanduerit. ¶ Odit auē coruum. ¶ Crimē: Coronidis cōcubitū cū Aemonio iuuene. ¶ Inaniter: uaīe. fruſtra. ¶ Neq; enim cęleſtia ungi. Ora licet lachrymis: Parētheſis. qua ſignificatur: cur. lachrymas quoq; apollo nō emiſerit. Neq; n. inquit dii poſſunt flere. ¶ Haud aliter: Hac ſimilitudine oſtendit q̄ grauiter gemuerit apollo. ¶ Libratus ab aure: percuſſus. Geſtū enim exprimit lanii. uitulos interficientis. Malleū enī auriculæ dextræ admouentes ictum uitulo infligūt. ¶ Ingratos: puellæ mortuæ nihil placētes. ¶ Iniuſtaq; buſta peregit: iniquas ꝑfecit exequias. Nā iniuſte illata pemiſſe ſibi apollo uidebatur. Buſtum aūt proprie dicitur locus in quo cadauer eſt. & combuſtū. & ſepultū: quaſi beneuſtū. Buſta quoq; pro ſepulchris ponunt. A buſto buſtuarii gladiatores dicunt. qui in honorem defuncti: ante buſtum & ſepulchrū decertant. ¶ Non tulit: nō eſt paſſus. ¶ Sed natū: Aeſculapium. ¶ Gemini Chironis: Chiron fili⁹ fuit ſaturni ex phylira Oceani filia: cū qua in equū conuerſus cōcubuit, Chironē q̄ centaurum ſuſtulit: propter qđ geminus dicitur. Nam ex parte āteriori homo. ex poſteriori equus uidebatur. Quāq̄ Suidas in Theſſalicis narrat Chironē: ut alios Centauros. Ixionis filiū fuiſſe. Iuſtiſſimus autē Cētaurorum fuit, uxoremque habuit nomine chariclo. ¶ Non falſæ linguæ: ueri indicii. ¶ Inter aues albas uetuit. hoc eſt coruum ex albo

Buſtu

Buſtuarii

Chiron

Hactenus: & pariter uitam cum ſanguine fudit,
Corpus inane animæ. frigus letale ſecutum eſt.
Pœnitet (heu ſero) pœnæ crudelis amantem:
Seq; q̄ audierit: q̄ ſic exarſerit: odit.
Odit auem: per quam crimen, cauſam, dolendi
Scire coactus erat: nec non arcumq;, manumq;
Odit: cumq; manu temeraria tela, ſagittas.
Collapſamq; fouet: feraq; ope uincere fata
Nititur: & medicas exercet inaniter artes.
Quæ poſtq̄ fruſtra tentata, rogumq; parari
Vidit: & arſuros ſupremis ignibus artus:
Tum uero gemitus (neq; enim cæleſtia tingi
Ora licet lachrymis) alto de corde petitos
Edidit: haud aliter, q̄ cum ſpectante iuuenca
Lactentis uituli dextra libratus ab aure
Tempora diſcuſſit claro caua malleus ictu.
Vt tamen ingratos in pectora fudit odores:
Et dedit amplexum iniuſtaq; buſta peregit:
Non tulit in cineres labi ſua Phœbus eoſdem
Semina: ſed natum flammis, uteroq; parentis
Eripuit: geminiq; tulit Chironis in antrum,
Sperantemq; ſibi non falſæ præmia linguæ,
Inter aues albas uetuit conſiſtere coruum.




Semifer interea diuinæ ſtirpis alumno
Lætus erat: mixtoq; oneri gaudebat honore.
Ecce uenit rutilis humeros protecta capillis
Filia Centauri: quam quondam nympha Caici
Fluminis in rapidi ripis enixa uocauit
Ocyroen: non hæc artes contenta paternas
Edidiciſſe fuit: fatorum archana canebat.
Ergo ubi uaticinos concepit mente furores
Incaluitq; Deo: quem clauſum pectore habebat:
Aſpicit infantem: totiq; ſalutifer orbi
Creſce puer dixit. tibi ſe mortalia ſæpe
Corpora debebunt: animas tibi reddere ademptas
Fas erit: idq; ſemel Diis indignantibus auſus

nigrum effecit.

Fabulę decimę ſecundi libri argumentum.

¶ Semifer iterea & cę. Ocyroe Chirōis & charictę filia: cōtēptis patris artibus ueſania. futura ꝑcinuit. Infanti æſculapio prędixit. q̄ medicīa mortuos ad ſupos eduterm eſſet: ab auo fulminis ictū, experturum patrē quoq; Chirōa ſagittiſ cruciādū: cupidūq; mortis ex deo mortaliū numerum inuenturum. Quæ cum eſſet elocuta in equæ ceſſit figurā: ne. aduerſantibus fatis plura ederet q̄ ꝑdicta apollinis ſinerent.

¶ Semifer iterea. Chirō ſemiferus. ¶ Diuinę ſtirpis alūno: æſculapio Apollinis filio. ¶ Ecce uenit rutilis: Ocyroe chironis ex nympha quadā Caici fluuii filia: cū fatorum archana referaret, Iouis ira in equam fuit conuerſa. ¶ Humeros protecta: humeros habens protectos & coopertos: eſt enim poetica ſynecdoche. ¶ Caici: fluuius eſt Myſiæ caicus per Phrygiā labēs. ¶ Ocyroem: uelox fluxus Ocyroe dicit: ὠκὺς nam uelox: ῥοῦ fluxus. Sic autem fuit appellata: q̄ in ripis Caici fluminis rapaciſſimi fuit nata. Fuit etiam ocyroe nympha Oceani & Tethyos filia: ut ſcribit Heſiodus in Theogonia: ¶ Canebat: ꝑdicebat. ¶ Vaticinos furores. uaticinandi ac futura prædicendi impetus. ¶ Incaluitq; deo: ſpiritu diuino. ¶ Totiq; ſalutifer orbi: Aeſculapius nāq; adeo præſtans medicina fuit. ut etiam Hippolytum ab inferis reuocarit: quod ab Ioue fulmine fuit extinctus: ac poſtea deus eſt effectus.

Lactā.

Raph.

Ocyroe Coru⁹ ex albo niger

Caicus

æſculapius

res. ¶ Culti Lycei: exculti Ariſtotelicis diſputationib⁹: Nam Lyceum eſt gymnaſiũ Athenis: in quo deambulãs Ariſtoteles de philoſophia diſſerebat. Lyceũ a Lyco pandionis filio ((ut ſcribit. Panſanias) appellatum: a quo quidẽ & Lycea regio quędã Athenis fuit dicta: ut Stephanus ait. Sine diphthõgo autem e ſcribatur Lyceum, ne mõs Archadię Lycęus eſſe uideatur, q cum æ diphthongo notatur. ¶ Coronatis ca. Canephoria ea ſacra uocata ſunt: q in caniſtris ferrentur. uirgines etiã Canephorę dicebant. ¶ Deus ales: Mercurius citus. Omniũ, nãq planetarũ uelociſſimus eſt: celeriterq ſuũ cõficit curſum.

Lyceion. Lycæus. Cãephoria. Cãephoræ.

ut nulla occultatione opus foret. ¶ Quæ q̃q iuſſa eſt: ſiduciæ formę & pulchritudinis ſubaudiatur. ¶ Permulcetq comas: pectit capillos. ¶ Chlamydẽ Collocat: ut chlamidẽ: ut apte ex omni parte pendeat. Chlamys autem aliis ueſtibus ſuperimponebatur. ¶ Vt lym. to. hoc eſt: ut lymbus aureus totus appareat. Eſt. n. ευδ ιαδ ... unũ in duo diuiſum: quãi figuram imperiti, endiadin uocat. Cum endiadis nec græca nec latina uox ſit. ¶ Vt te. recta. eſt autem caducei periphraſis, quo Mercurius dat ſomnos, adimitq;, & lumina morte reſignat. Vt etiam Virg. canit. ¶ Tep ſis plan. pulchris pedibus. ¶ Talaria: talaria autẽ ſunt Mercurii alata calciamẽta. ¶ Pars ſecreta domus: interiorem partem domus Cæcropis deſcribit in qua Thalami filiaꝝ erãt. ¶ Ebore & teſtudine: non ſolũ ebore. ſed etiam teſtudine cruſtis. thalami ornabantur: quãuis teſtudo ædificium quoq; contineratũ ſignificet: quã in ſignificatione ſi accipiamus eburneã teſtudinẽ intelligemus. ¶ Atlantis, Pleioneſq; nepos eſt Mercurius. Pleione autem uxor Atlantis fuiſſe memoratur, Vnde Pleiades fuere cognominatę. ¶ Iuppiter ipſe: qui rex eſt & Deorum & hominum. ¶ Abdita: ſecreta. Erichthonium in ciſta clauſum: ut uidim⁹. ¶ Interea tectis excedere cogit: interim inquit dum aurum afferret, coegit Mercurium agraulos excedere, & exire domo. ¶ Dea bellica: Pallas q̃ & Bellona dicit. ¶ Torui luminis orbes: toruos oculos quales iratis eſſe ſolent. ¶ Aegida concuteret: Aegis munimentũ eſt pectoris æreũ a Vulcano fabricatum: habẽs in medio Gorgonis caput: quo & pallas & Iuppiter uti ſolent. ¶ Subit: in mentem uenit. Hanc

Chlamys. Pylos. Talaria. Teſtudo. Pelione. Aegis.

Vt uolucris uiſi rapidiſſima miluus extis,
Dum timet: & denſi circunſtat ſacra miniſtri:
Flectitur in gyrum: nec longius audet abire.
Spemq; ſuam motis auidus circumuolat alis:
Sic ſuper Actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat curſus: & eaſdem circinat auras.
Quanto ſplendidior, q̃ cætera ſydera fulget
Lucifer: & quanto, q̃ Lucifer aurea phœbe:
Tanto uirginibus præſtantior omnis Herſe
Ibat: eratq; decus pompæ, comitumq; ſuarum.
Obſtupuit forma Ioue natus: & æthere pendens
Non ſecus exarſit, q̃ cum Balearica plumbum
Funda iacit: uolat illud: & incandeſcit eundo:
Et quos non habuit, ſub nubibus inuenit ignes.
Vertit iter: cœloq; petit diuerſa relicto:
Nec ſe diſſimulat: tanta eſt fiducia formæ.
Quę q̃q iuſta eſt: cura tamen adiuuat illam,
Permulcetq; comas: chlamydemq; ut pendeat apte
Collocat: ut lymbus, totumq; appareat aurum,
Vt teres in dextra, qua ſomnos ducit: & arcet
Virga ſit: ut terſis niteant talaria plantis.
Pars ſecreta domus ebore, & teſtudine cultos
Tres habuit thalamos: quorum tu Pandroſe dextrum
Agraulos leuum, medium poſſederat Herſe.
Quæ tenuit leuum: uenientem prima notauit
Mercurium: nouemq; Dei ſcitarier auſa eſt,
Et cauſam aduentus: cui ſic reſpondit. Atlantis,
Plenioneſq; nepos: ego ſum: qui iuſſa per auras
Verba patris porto: pater eſt mihi Iuppiter ipſe.
Nec fingam cauſas: ut tantum fida ſorori
Eſſe uelis. prolisq; meæ matertera dici
Herſe cauſa uiæ eſt, faueas, oramus amanti.
Aſpicit hunc oculis iiſdem: quibus abdita nuper
Viderat Agraulos flauæ ſecreta Mineruæ:
Proq; miniſterio magni ſibi ponderis aurum
Poſtulat: interea tectis excedere cogit.
Vertit ad hanc torui Dea bellica luminis orbes:
Et tanto penitus traxit ſuſpiria motu,
Vt pariter pectus, poſitumq; in pectore forti
Aegida concuteret: ſubit hanc arcana profana
Detexiſſe manu tum: cum ſine matre creatam

Raph. Miluus. Gyrus. Acte. Circin⁹. Balea res.

Raph. ¶ Vt uolucris: hac ſimilitudine Poeta oſtendit: quomodo in orbẽ Mercurius uolaret: ut citius aſpectu Herſes amatæ frueretur. ¶ Miluus: auis eſt rapax. quę in gyrum uolat. ¶ Rapidiſſima: rapaciſſima. ¶ Dum timet: miniſtros extra cuſtodientes. ¶ In gyrum: in orbem & circuitum. ¶ Super Actæas arces. Athenienſes. Acte nãq; attica eſt: q fere tota ſit littoralis: ἀκτή nanq; littus interpretatur. ¶ Inclinat curſus: conuertit uolatus. ¶ Circinat: circundat. Eſt autẽ circinus inſtrumentum, quo circuli apte conficiuntur. ¶ Quanto ſplendidior: q̃ta pulchritudine fuerit Herſe a Mercurio amata aperte his comparationibus poeta oſtendit. ¶ Non ſecus exarſit: nõ aliter amore eſt inflammatus. ¶ Balearica funda: qua Balearium inſulaꝝ incolę maxime utuntur. Baleares autem inſulæ ſunt duæ Hiſpaniæ adiacentes: quarum incolæ optimi ſunt funditores. ¶ Plumbum: plumbeam pilam. ¶ Incandeſcit: igneſcit, liqueſcit. ¶ Vertit iter: conuertit ac mutat iter Mercurius Cum enim eſſet in cœlũ iturus, in terras deſcẽdit. ¶ Cælo relicto: quo iter & uolatum dixerat. ¶ Nec ſe diſſimulat: nec ſe occultat eſſe Mercurium. ¶ Tanta eſt fiducia formæ: acclamatio eſt cauſam continens cur ſe nõ diſſimulaſſet Mercuri⁹. Adeo nãq; formoſus erat:

Agraulõ. ¶ Profana manu: impia. ſceleſta. ¶ Sine matre: quod (ut pauloante diximus) Erichthonius ex ſolo ſemine Vulcani: quod in terram cecidit: cum ui cuꝫ Pallade cohire uellet natus eſt.

¶ Lemni



Raph. Lẽnos

¶ Lemniacam ſtirpem. Erichthonium filium Vulcani qui in Lemnũ inſulã e cœlo cecidit. Lẽnos aũt inſula eſt Thraciæ adiacẽs: duas habẽs urbes Epheſtiam & myrinã: a magna Deoꝝ matre: q̃ lemnos appellatur: denominata. cui etiam uirgines ſacrificabãtur. Hecatæus in Europa ſcribit. Hãc uero primũ habitarũt Thraces: q Sities, Sapeiq; uocabãt, ut Stra. ait. A Lẽno autẽ, & lennius gẽtile & lẽniacus, poſſeſſiuũ declinat. ¶ Ingratamq; Deo for: ob petitã pecuniã. ¶ Ingratamq; foro. quia auaritia illã mercurio proſtituebat. ¶ Protinus inuidiæ: primum inuidię domum deſcribit poeta. deinde inuidiã ipſam. Eſt aũt inuidia dolor ex aliena prouenieus felicitate. differt ab inuidentia: q ea nõ ſolum ad eum. qui inuidet: ſed etiam ad eũ, cui inuidetur referri poteſt. Inuidentia uero in eum demũ cadit: qui inuidet. ¶ Nigro tabo: nigra ſanie. Diptotõ autẽ eſt nomen & duoꝝ caſuum. Nã tabi & tabo ſolũ inueniuntur. ¶ Antri: ſpeluncæ. ¶ Abdita: abſcondita ¶ Ignaui frigoris: ab effectu q ignauos & pigros efficiat. ¶ Bello met. uira. Periphraſis eſt palladis: quæ a latinis Bellona uocat: q in bello maxime ſit timenda. ¶ Neq. n. ſuc. te. Fas ha. hoc ẽ Palladi: ut q̃ eſt Dea: nõ licet inuidiæ domũ ingredi. ¶ Extrema cu. ultima cuſpidis parte pallas nanq; haſtã geſtare memorat. ¶ Viperas carnes: uiperarum: quæ ſic q ui pariant: ſunt appellatæ. ¶ Inuidiam: eleganti phantaſia inuidiæ & corpus & figuram humanam & actiones attribuit. Ea uero omnia deſcribit q̃ inuidis ineſſe ſolẽt. ¶ Viſaq; oculos auertit: a uiſa inqt inuidia pallas oculos auertit: nec diu ti⁹ illã ſpectaret. ¶ Corpora: carnes. ¶ Vultũq; Deę ad ſuſpiria duxit: ordo ẽ & ſenſus. & ad uultum Deę ſuſpiria traxit.

Inuidię domus. Inuidia. Inuidię deſcriptio. Vipera.

Lemniacam ſtirpem contra data fœdera uidit:
Ingratamq; Deo foreiam: ingratamq; ſorori:
Et ditem ſumpto, quod auara popoſcerat, auro,
Protinus Inuidiæ nigro ſquallentia tabo
Tecta petit: domus eſt imis in uallibus antri
Abdita, Sole carens, non ulli peruia uento:
Triſtis, & ignaui pleniſſima frigoris, & quæ
Igne uacet ſemper: caligine ſemper abundet.
Huc ubi peruenit bello metuenda uirago:
Conſtitit ante domum (neq; enim ſuccedere tectis
Fas habet) & poſtes extrema cuſpide pulſat.
Concuſſæ patuere fores: uidet intus edentem
Vipereas carnes uitiorum alimenta ſuorum
Inuidiam uiſaq; oculos auertit: at illa
Surgit humo pigre: ſemeſarumq; reliquit
Corpora ſerpentum: paſſuq; incedit inerti.
Vtq; Deam uidit, formaq;, armiſq; decoram:
Ingemuit: uultumq; Deæ ad ſuſpiria duxit:
Pallor in hore ſedet: macies in corpore toto:
Nuſq̃ recta acies: liuent rubigine dentes:
Pectora felle uirent, lingua eſt ſuffuſa ueneno:
Riſus abeſt: niſi quem uiſi fecere dolores:
Nec fruitur ſomno uigilantibus excita curis:
Sed uidet ingratos: intabeſcitq; uidendo
Succeſſus hominum: carpitq; & carpitur una:
Suppliciumq; ſuum eſt: quis tamen oderit illam:
Talibus affata eſt breuiter Tritonia dictis:
Infice tabe tua natarum Cæcropis unam:
Sic opus eſt: Agraulos ea eſt, haud plura locuta
Fugit: & impreſſa tellurem repullit haſta.
Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens
Murmura parua dedit: ſucceſſorumq; Mineruæ
Indoluit: baculumq; capit quem ſpinea tortum
Vincula cingebant: adopertaq; nubibus atris
Quacunq; ingreditur, florentia proterit arua:
Exuritq; herbas & ſumma papauera carpit:
Afflatuq; ſuo populos, urbeſq;, domoſq;
Polluit: & tandem Tritonida conſpicit arcem
Ingeniis, opibuſq;, & feſta pace uirentem:
Vixq; tenet lachrymas: quia nil lachrymabile cernit.
Sed poſtq̃ thalamos intrauit Cæcrope natæ:
Iuſſa facit: pectuſq; manu ferrugine tincta

¶ Liuẽt: liuidi & nigri ſunt. ¶ Suffuſa: perfuſa: infecta. ¶ Niſi quem uiſi fecere dolore: non ipſius: ſed aliorum. Inuidi nanq; & alienis malis gaudent: & bonis dolẽt. ¶ Nec fruitur ſomno: nec dormire poteſt. ¶ Excita. cõcita: ſtimulata. ¶ Vigilantibus curis: ab effectu curæ uigilantes: q hoiem uigilare cogãt: neq; dormire patiant. ¶ Sed uidet igratos: nõ gratos ac ſibi diſplicẽtes. ¶ Intabeſcit: paulatiꝫ cõſumitur. ¶ Carpitq; & carpitur una: ſimul ingt & lædit & lædit. ¶ Suppliciumq; ſuum eſt: hoc eſt ſibiipſi eſt ſuppliciuꝫ. Inuidus enim ſeipſum ſemper rodit: paulatim, q; cõſumit. ¶ Quamuis tamẽ: ordo eſt, quamuis oderit illam: talibus tamẽ eſt allocuta. ¶ Tritonia: pallas: a Tritonide palude: apud quã primũ apparuiſſe fingitur. Tritonia fuit cognominata. ¶ Infice tabe tua: hoc eſt ueneno tuo inquina ac imbue. Breuẽ autẽ idcirco palladi attribuit orationẽ poeta: ut ſignificet Deam inuidię aſpectuꝫ diutius ferre non potuiſſe. ¶ Et impreſſa tellurẽ reppulit. ha. hoc ex uulgari opinione dr̃. Neq;. n. tellus cũ ſit imobilis repelli põt: q̃uis uulgo uideat. ¶ Obliquo lumie: obliquis oculis: qualib⁹ inuidi aſpicere ſucceſſus alioꝝ ſolent. ¶ Succeſſorũq; Miner. Indoluit: archaiſmos eſt: hoc eſt antiqua locutio. Nunc. n. ſucceſſibus dolere dicimus Succeſſus autẽ in euẽtus & ſilia i plurali numero ſecũdę quoq; eſt declinationis: nõ ſolum quartę. ¶ Proterit: pſternit. Eã autẽ deſcribit poeta: quę inuidorum oculi efficere credunt. ¶ Tritõida arcem Athenaꝝ: arceꝫ Palladi dicatam. Poſuit aũt patronymicum pro poſſeſſiuo. ¶ Ingeniis: propter multitudinem præſtantiſſimorum & artificum & oratorum & philoſophorum hoc dicit. ¶ Et feſta pace: ab effectu. Nã tempore pacis feſta celebrantur. ¶ Virentem: florentem. ¶ Ferrugine: ferri erugo ferrugo uocatur. ¶ Præcordia: uenæ ſunt cordi præiacẽtes præcordia: quę curaꝝ ſedes eẽ dicunt.

Tritonia. Archaiſmos. Succeſſus. Ferrugo. Præcordia.

Cum. n. uultum Deę uidiſſet hylarẽ inuidia dolore affecta ſuſpirauit. ¶ Nuſq̃ recta acies: oculorũ intelligatur. inuidia nanq; non recto: ſed obliquo utuntur uiſu.

Raph.

¶ Hamatis ſentibus: recurvis ſpinis: qualis eſt hamus. Eſt autem nomen participio ſile hamatus: ut galeatus. ¶ Piceis: nigris. ¶ Neue mali cauſæ: hoc ē ne cauſę doloris lōgius abſint: efficit ut felicitatē ſororis ſemp ante oculos cum maximo dolore & cruciatu habere uideatur. ¶ Cæcropis: Agraulos Cęcropis filia: eſt enim nomen patronymicū fœmininū. ¶ Mordetur: cruciatur. ¶ Liquitur: liqueſcit. atq; ut nix ad Solem conſumitur. ¶ Lenta tabe: corruptione quæ paulatim fit. ¶ In certo ſole: debili ac parum uehementi Sole. ¶ Leni tempore: exiguo calore. ¶ Iactāti: fruſtra dicenti: eſt enim iactare interdum inaniter loqui Virgilius. Talia iactanti: interdum oſtentare. ¶ Deſine dixit: me rogare ſubauditur. ¶ Velox Cyllenius: Mercurius a Cyllene Arcadiæ monte. ¶ Iſto pacto: ut te hic non moueas, niſi me repulſo. Nunq̄ autem me hinc repellere poteris. Tu igitur hic ſemper maneas. ¶ Cælatas: ſculptas atq; pictas. ¶ Ignaua grauitate: ſcite. epitheton diſtinxit. Nam eſt ēt grauitas honeſta. ¶ Partes quaſcunq;: in. præpoſito ſubaudiatur: ut in quaſcunq; flectitur intelligamus. Deſcribit autē quemadmodum Agraulos in ſaxum fuit cōmutata: ac limini ianuæ: ubi ſederat ita affixa: ut nunq̄ fugere potuerit. ¶ Illa quidem pugnat. contendit: conatur. ¶ Se attollere: ſe erigere. ¶ Recto trunco: erecto pectore. Nam trūcus ea pars corporis dicitur quę eſt īter collū & coxas. ¶ Riget rigida ac dura eſt facta. ¶ Malū cancer: morb? eſt cācer. quod græci carcinoma uocant: paulatī corpus rodens. ¶ Sic letalis hyems: mortiferum frigus. ¶ Reſpiramina: pulmonis reſpirationes.

Iactare

Agraulos in ſaxum

Truncus

Rigere

Cancer

Tangit & hamatis præcordia ſentibus implet:
Inſpiratq; nocens uirus: piceumq; per oſſa
Diſſipat: & medio ſpargit pulmone uenenum.
Neue mali cauſæ ſpatium per latius errent:
Germanam ante oculos, fortunatumq; ſororis
Coniugium: pulchraq; Deum ſub imagine ponit:
Cunctaq; magna facit. quibus irritata dolore
Cæcropis occulto mordetur: & anxia nocte,
Anxia luce gemit: lentaq; miſerrima tabe
Liquitur, ut glacies incerto ſaucia ſole:
Feliciſq; bonis aliter non uritur Herſes:
Quam cum ſpinoſis ignis ſupponitur herbis:
Quæ neq; dant flammas: leniq; tepore cremantur.
Sæpe mori uoluit ne quicquam tale uideret:
Sæpe uelut crimen rigido narrare parenti.
Deniq; in aduerſo uenientem limine ſedit
Excluſura Deum: cui blandimenta, preceſq;
Verbaq; iactanti mitiſſima, deſine, dixit,
Hinc ego me non ſum niſi te motura repulſo.
Stemus ait pacto uelox Cyllenius iſto:
Cælataſq; fores uirga patefecit: at illi
Surgere conanti partes quaſcunq; ſedendo
Flectitur: ignaua nequeunt grauitate moueri.
Illa quidem pugnat recto ſe attollere trunco:
Sed genuum iunctura riget: friguſq; per ungues
Labitur: & pallent amiſſo ſanguine uenæ:
Vtq; malum late ſolet immedicabile cancer
Serpere, & illæſas uitiatis addere partes:
Sic letalis hyems paulatim in pectora uenit:
Vitaleſq; uias, & reſpiramina clauſit.
Nec conata loqui eſt, nec ſi conata fuiſſet:
Vocis habebat iter: ſaxum iam colla tenebat,
Oraq; duruerant, ſignumq; exangue ſedebat,
Nec lapis albus erat: ſua mens infecerat illam.

¶ Signum exangue: ſtatua ſine ſanguine & mortua. In ſtatuam nanq; lapideam agraulos fuit cōuerſa. ¶ Sua mens infecerat illam: inuidorum nanq; corpora ſunt nigra: quemadmodum & mēs nigra eſſe ſolet: & nocēs. ¶ Infecerat: maculauerat.

Inficere

Fabulæ. xiii. ſecundi libri argumentum.

¶ Has ubi &c. Cū Mercuri? iuſſu patris ī phœnicem tranſgreſſus eſſet ut armenta illius regiōis ad litus cōpelleret Iuppiter in taurum conuerſus eſt. Cum ſe iuuencis Agenoris regis immiſcuiſſet: & in amorem ſui ſpatiantes in harena uirgines conſiſtere coegiſſet: ac paulatim ſingulas alludens: nouiſſime Europam agenoris filiam: cuius amore cōpulſus auerterat figuram: inſidentē ſibi tergo per mare in inſulā cretam detulit: ibiq; cōcubitu eius funct? eſt.

Lactā.

¶ Mentiſq; profanæ: a ſacris ac religione remotæ. ¶ Dictas a Pallade terras Linquit: periphraſis eſt athenarum. Nam Athenæ ἀπὸ τῆς ἀθηνᾶς. hoc eſt a pallade dicuntur.

Raph.

Athenę




Has ubi uerborum pœnas, mentiſq; profanæ
Cepit Atlantiades, dictas a Pallade terras
Linquit, & ingreditur iactatis æthera pennis.



Raph.

¶ Seuocat hūc geni. Iuppiter Europæ Agenoris phœnicum regis filiæ amore captus Mercurio ab Attica redeunti mandat: ut ſe q̄ primum in phœniciam cōferat: regiſq; armenta ad litus cōpellat: ibi nanq; cum aliis uirginibus Europam ſpatiari uiderat. Id uero cum eſſecisset Mercurius: omni depoſita maieſtate Iuppiter in Taurum ſe conuertit: cuius dorſum poſt multas blanditias Europa aſcēdere auſa, in Cretam per mare ab ipſo ioue eſt aduecta. Quod quidem idcirco fingitur: quia cretenſes (ut hiſtorici tradunt) Europam ex phœnicia raptam in cretam aſportauerunt naui: cuius inſigne taurus erat. ¶ Seuocat: ſeorſum uocat. ¶ Delabere: deorſum labere atq; deſcendere. De. nanq; præpoſitio in compoſitione interdum auget: ut Deamo te Syre apud Terētium. Interdum ſignificat deorſum, ut deuolo: demitto. decurro: & ſimilia. ¶ Quæq; tuam matrem tellus: Periphraſis eſt phœnicię: quæ a parte ſiniſtra ſeptentrionem uerſus ſubiicitur Pleiadibus: quarum una eſt maia Mercurii mater. ¶ Suſpicit: ſurſum aſpicit. Interdum ſuſpicere mirari ſignificat. Indigenę: idegenit: icole. ¶ Sidonida: Sidoniā. Patronymica nāq; forma pro poſſeſſiua ac potius propria ē uſus poeta. Nā Sidō urbs ē phœnicię. Vñ phœnicia ipſa. Sidonia uocat. ¶ Dixit & expulſi: mira celeritate ac dcō citius iouis mādata executus eſt Mercurius. ¶ Iamdudum: quā primum. ¶ Virginib? Tyriis: Tyr? a Tyro phœnicis filio dicta: & inſula & urbs eſt phœniciæ Sidoni uicina. ¶ Non bene conueniunt: non decet inquit grauem uirum amori indulgere: quam ob cauſam ſe in taurum iuppiter conuertit: ut commodius uirgine amata poti retur. ¶ Sceptri grauitate relicta: depoſita regni grauitate. Sceptrum enim eſt inſigne regni. Nam eſt baculus quo ſtantes inhærent reges. Vnde etiam Sceptrum dictum eſt παρὰ τὸ σκήπτεσθαι: quod ſignificat inhærere. ¶ Ille pater rectorq; Deum: empha ſis eſt. Plus enim q̄ eloquatur ſignificat. hoc eſt ille potentiſſimus qui omnibus præeſt: qui omnium eſt cauſa ¶ Triſulcis ignibus: fulminibus: quorum triplex eſt effectus. afflant enim, ſcindunt & urūt. ¶ Colla toris extant: pulcherrimum deſcribit taurum in quem Iuppiter eſt mutatus. ¶ Toris: plumbis. ¶ Extāt: eminēt. ¶ Palearia: pelles craſſiores ab harmis, colloque bouum pendentes palearia dicuntur. ¶ Nec formidabile lumē: nec truces inquit erant oculi tauri illius. ¶ Agenore nata: Periphraſis eſt Europæ Agenoris filiæ. Agenor autem phœnicis fuit filius a fortitudine dict?. Nam Agenor fortis interpretatur, quaſi ἀγαν ἠνορέη: hoc eſt ualde fortitudine utēs. ¶ Sed q̄uis mitem: eleganter puellæ naturam exprimit. Timidæ nanq; ſolēt eſſe puellæ. ¶ Et differat: donec fruat ſperata concubitus uoluptate. ¶ Vix ah uix cætera differt: cum difficultate inquit cōcubitum differre poteſt in aliud tempus. ¶ Et nunc alludit. ad ludentem puellam ludit. Vt. n. arridere eſt ad ridentē rīdere ita alludere eſt ad ludētē ludere. Interdū alludere eſt obſcure aliud ſignificar. ¶ Impediēda: ligāda. ¶ Falſa ueſtigia: ſimulatos pedes: nō enim erāt tauri pedes: ſed falſi atq; ſimulati. ¶ Sēſim: paulatim. ¶ Mediiq; p æquora pōti: æquor ab æquo deriuatū. tam de cāpo q̄ de mari dicitur. Virg. At prius ignotum ferro q̄ ſcindimus æquor. Pro mari aūt ponit æquato, qd̄ uentis non eſt cōmotum. ¶ Pauet hęc timet. Virginis autē naturā expreſſit. Nam uirgines natura ſūt timidę. ¶ Ablata: Aſportata a ioue in taurum conuerſo. ¶ Reſpicit: retro aſpicit. Oculos. n. ad litus conuertebat. ¶ Et dex. cor. te. Archaiſmos eſt. Nam cornum poſuit pro cornu metricā priſcorum imitatione. Itē in quinto: Oppoſitoq; genu curuauit flexile cornum. Lucanus aūt etiam in maſculino genere uſurpat in ſeptimo: cum ait. Cornus tibi cura ſiniſtri ¶ Dorſo: tergo. ¶ Sinuantur: flectunt: curuant. tumeſcit in ſin?. ¶ Flamie: uēto.

Delabi

Suſcipere

Indigenæ

Tyrus

Sceptr

Iuppit ī taur

Palearia

europa agenor

Alludere

Arridere

aequor

Europa in cretā

Seuocat hunc genitor: nec cauſam faſſus amoris
Fide miniſter (ait) iuſſorum nate meorum
Pelle moram: ſubitoq; celer delabere curſu:
Quæq; tuam matrem tellus a parte ſiniſtra
Suſpicit: indigenæ Sidonida nomine dicunt:
Hanc pete: quodq; procul montano gramine paſci
Armentum regale uides: ad littora uerte.
Dixit: & expulſi iamdudum monte iuuenci
Littora iuſſa petunt: ubi magni filia regis
Ludere uirginibus Tyriis comitata ſolebat.
Non bene conueniunt, nec in una ſede morantur
Maieſtas, & amor: ſceptri grauitate relicta
Ille pater, rectorq; Deum (cui dextra triſulcis
Ignibus armata eſt) qui nutu concutit orbem,
Induitur faciem Tauri: mixtuſq; iuuencis
Mugit, & in teneris formoſus obambulat herbis,
Quippe color niuis eſt: quam nec ueſtigia duri
Calcauere pedis: nec ſoluit aquaticus auſter.
Colla toris extant, harmis palearia pendent:
Cornua parue quidem: ſed quæ contendere poſſes
Facta manu, puraq; magis perlucida gemma:
Nullæ in fronte minæ: nec formidabile lumen.
Pacem uultus habet: miratur Agenore nata:
Quod tam formoſus, q; prælia nulla minetur.
Sed q̄uis mitem metuit contingere primo:
Mox adit: & flores ad candida porrigit ora.
Gaudet amans, & dum ueniat ſperata uoluptas:
Oſcula dat manibus: uix ah, uix cætera differt.
Et nunc alludit: uiridiq; exultat in herba.
Nunc latus in fuluis niueum deponit harenis:
Paulatimq; metu dempto, modo pectora prebet
Virginea palpanda manu, modo cornua ſertis
Impedienda nouis: auſa eſt quoq; regia uirgo,
Neſcia quem premeret, tergo conſidere Tauri.
Tum Deus a terra, ſiccoq; a littore ſenſim
Falſa pedum primo ueſtigia ponit in undis:
Inde abit ulterius: mediiq; per æquora ponti:
Fert prædam. pauet hæc: littuſq; ablata relictum
Reſpicit: & dextra cornu tenet, altera dorſo
Impoſita eſt: tenues ſinuantur flamine ueſtes.

Raph. Vestigare

¶Fecerat exiguas: iam inquit meridies erat: exiguæ enim in meridie solent esse umbræ, quo tempore Sol est in altissimo. ¶Vestigat pro uestigia inquirit.

Letatus

¶Letata: læto data: extincta. Nomen est participio simile: a læto (quod mortem significat) declinatum. ¶Spatiosi corporis uastissimi. ¶Sanguinea lingua: rubra & sanguine infecta. ¶Aut ultor: aut inquit Cadmus uestram mortem ulciscar o fidissimi socii: aut una uobiscum moriar. ¶Fidissima corpora: o fidelissimorum sociorum cadauera.

Molaris

¶Molarem: lapidem tam magnum: ut ex eo mola confici possit. Molares enim lapides dicuntur ex quibus molæ conficiuntur. ¶Magno conamine, magno impetu. ¶Illius impulsu: quam uastus: quam dura pelle fuerit ille serpens aperte ex hac hyperbole colligitur: simul etiam quam ualidus, robustusque ac potenti animo foret Cadmus facile cognoscitur. Qui enim molarem lapidem e terra tollit tantoque conatu iacit ut turris concuti possit, is nimirum maximis uiribus est iudicandus. Emphasis est igitur hoc loco per quam plus intelligitur quam dicatur. ¶Validos ictus: ualide & fortiter illatos. ¶Vicit: repulit. Tunc enim iacula uinci dicuntur cum repelluntur. ¶Lentæ spinæ: flexibilis dorsi. ¶In ilia: intestina. ¶Labefecit: labare fecit. ¶Ferrum ossibus hesit iaculi inquit ferrum ossibus infixum remansit. ¶Solitas ad iras: ad consuetam rabiem. ¶Accessit adiuncta fuit. ¶Causa recens, uulnus a Cadmo illatum. ¶Albida: alba. ¶Pestiferos rictus: uenenata ora. rictus autem proprie ferarum est: ut rostrum auium.

Rictus

¶Ore stygio: uenenato, qualis est styx inferorum palus.

Stygius

¶Inficit: maculat, polluit inquinat. ¶Ipse modo immensum: interdum inquit inspirat & in maximum orbem contrahitur: interdum in longitudinem extendit. Eleganter autem (ut omnia) serpentis uulnerati naturam effingit poeta.

Fecerat exiguas iam Sol altissimus umbras.
Quæ mora sit sociis miratur Agenore natus.
Vestigatque uiros: tegimen direpta leoni
Pellis erat: telum splendenti lancea ferro:
Et iaculum, teloque animus præstantior omni.
Vt nemus intrauit, letataque corpora uidit,
Victoremque supra spaciosi corporis hostem,
Tristia sanguinea lambentem uulnera lingua:
Aut ultor uestræ fidissima corpora mortis,
Aut comes inquit ero (dixit) dextraque molarem
Sustulit: & magnum magno conamine misit.
Illius impulsu cum turribus ardua celsis
Mœnia mota forent, serpens sine uulnere mansit.
Loricæque modo squammis defensus, & atræ
Duricia pellis, ualidos cute reppulit ictus:
At non duritia iaculum quoque uicit eadem,
Quod medio lentæ spinæ curuamine fixum
Constitit, & totum descendit in ilia ferrum.
Ille dolore ferox caput in sua terga retorsit,
Vulneraque aspexit: fixumque hastile momordit.
Idque ubi ui multa partem labefecit in omnem,
Vix tergo eripuit: ferrum tamen ossibus hæsit.
Tum uero postquam solitas accessit ad iras
Causa recens: plenis tumuerunt guttura uenis:
Spumaque pestiferos circumfluit albida rictus:
Terraque rasa sonat squammis, quique halitus exit
Ore niger stygio uitiatas inficit herbas:
Ipse modo immensum spiris facientibus orbem
Cingitur: interdum longa trabe rectior extat:
Impete nunc uasto ceu concitus imbribus amnis
Fertur, & obstantes perturbat pectore siluas.
Cedit Agenorides paulum: spolioque leonis
Sustinet incursus, instantiaque ora retardas
Cuspide prætenta, furit ille: & inania duro
Vulnera dat ferro, figitque in acumine dentes.
Iamque uenenifero sanguinis manare palato
Cœperat, & uirides aspergine tinxerat herbas:
Sed leue uulnus erat: quia retrahebat ab ictu:
Læsaque colla dabat retro: plagamque sedere
Cedendo arcebat, nec longius ire sinebat,
Donec Agenorides coniectum in guttura ferrum
Vsque sequens pressit, dum retro quercus eunti
Obstitit, & fixa pariter cum robore ceruix:
Pondere serpentis curuata est arbor: & imæ
Parte flagellari gemuit sua robora caudæ.
Dum spatium uictor uicti considerat hostis,
Vox subito audita est (neque erat cognoscere promptum
Vnde: sed audita est) quid Agenore nate peremptum
Serpentem spectas. & tu spectabere serpens:
Ille diu pauidus pariter cum uoce colorem

¶Impete: pro impetu. metri causa interdum poetæ impete utuntur. ¶Fertur: ruit. ¶Perturbat, prosternit. ¶Spolioque leonis: pelle leonis. ¶Cuspide prætenta: obiecto iaculi ferro. ¶In acumine in cuspide. ¶Manare: fluere. ¶Aspergine: aspersione sanguinis. ¶Dabat retro: trahebat retro. ¶Plagamque sedere: hoc est cedendo plagam in corpus descendere non permittebat. ¶Longius ire altius descendere in corpus. ¶Vsque sequens pressit: donec quercus obstitit illi retro cedenti a uulnere trahenti. ¶Cum robore: cum quercus stipite. ¶Pondere serpentis. ex hac quoque emphasi quantus fuerit ille serpens colligitur cuius pondere quercus stipes fuerit curuatus. ¶Gemuit. doluit. Rei autem inanimatæ sensum tribuit poeta. ¶Sua robora: suum truncum. ¶Flagellari: percuti ac uerberari. ¶Spacium, magnitudinem. ¶Promptum facile. ¶Vnde: a quo emissa fuerit subaudias. ¶Et tu spectabere serpens: nam Cadmus relicta Spynge uxore. Hermioeque Martis & Veneris filia accepta: ab Amphione & zeto fuit expulsus regno: & cum ad illyrios confugisset: ad senectutemque peruenisset, in serpentem dicitur fuisse conuersus.

ℭRigebant



Raph.

¶Rigebat: horrebant. ¶Ecce uiri fautrix: repentinum Palladis aduentum illa particula ecce significat. Ac Ouidius quidem Palladis iussu dentes serpentis a Cadmo ait fuisse seminatos. Lysimachus uero Marte iubente narrat seminatos fuisse, Phærecydes autem scribit Martem ac Palladem serpentis illius dentes in duas partes æquales diuisisse alteramque Cadmo, alteram Aetæ tradidisse: Cadmumque illos seminasse: ex quibus homines armati sint nati. ¶Motæ terræ: aratæ. ¶Vipereos dentes: serpentis dentes.

serpentis dentes in hoies armatos

¶Mortalia semina: hominum semina non frugum. Nam homines armati ex illis dentibus orti finguntur. Apollonium autem Rhodium sequitur Ouidius, qui in secundo argonauticon scribit e dentibus serpentis a Cadmo satis complures armatos homines natos esse. Nam Lysimachus atque Hellanicus narrant quinque solum homines armatos ex dentibus serpentis a Cadmo seminatis exortos esse: quorum nomina hæc esse ferunt. Vdæus. Chthonius. Pelor. Hipenor. Echion. ¶Inde fide maius: deinde inquit glebæ illius aratæ terre moueri cœperunt: quod omnem exuperat fidem. ¶Fide maius: quod est maius quam ut sit credendum. ¶Primaque de sulcis acies apparuit hastæ: primo inquit hastæ exortæ sunt. Est autem figurata locutio atque poetica. Si.n. esset prorsa oratio, hastæ apparuerunt diceret. ¶Tegmina mox capitum: periphrasis est galearum. ¶Picto cono: crista picta uariis pennarum coloribus.

Conus

¶Exstant: extant. eminent: extra terram stant. ¶Clypeata: scutata: nomen participio simile. ¶Sic ubi: Pulchra similitudine declarat quomodo paulatim uiri illi armati sint nati. Sic inquit nati sunt ut uideatur si... imagines surgere: cum aulæa parietibus affigitur.

aulæa

¶Aulæa: ab aula Attali regis: ubi primum inuenta fuit, fuere uocata. ¶Festis theatris: in quibus ludi ac dies festi celebrantur. Theatra autem cum ludi fiebant aulæis ornabantur.

Dat læto

¶Dederat læto: iter fecerat. ¶Subiti fratres: subito nati.

Plangere

¶Plangebat percutiebat. Nam cadentes terram feriunt. ¶Quinque superstitibus: superuiuentibus. Omnes namque uiri illi armati mutuis uulneribus ceciderunt præter hos quinque: Vdæum. Chthonium. Pelorem. Hyperenorem, & Echionem: quos Cadmus socios urbis condendæ habuit. Hi uero etiam σπαρτοι: hoc est seminati fuerunt appellati quamquam Hippius Delphis sat Sparsos quandam esse gentem. ¶Sidonius hospes: Cadmus Phœnix. Nam Sidon urbs est Phœniciæ, unde Sidonius deriuatur.

Sidon

¶Iussam urbem. Thebas Bœotias. ¶Phœbeis sortibus Apollinis oraculis.

Perdiderat: gelidoque comæ terrore rigebant.
Ecce uiri fautrix superas delapsa per auras
Pallas adest: motæque iubet supponere terræ
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.
Paret, & impresso sulcum patefecit aratro.
Spargit humi iussos mortalia semina dentes:
Inde (fide maius) glebæ cœpere moueri:
Primaque de sulcis acies apparuit hastæ:
Tegmina mox capitum picto nutantia cono:
Mox humeri, pectusque, onerataque brachia telis
Exstant: crescitque seges clypeata uirorum:
Sic ubi tolluntur festis Aulæa theatris:
Surgere signa solent: primumque ostendere uultus:
Cætera paulatim, placidoque educta tenore
Tota patent: imoque pedes in margine ponunt.
Territus hoste nouo Cadmus, capere arma parabat:
Ne cape de populo, quem terra creauerat, unus
Exclamat: nec te ciuilibus insere bellis.
Atque ita terrigenis rigido de fratribus unum
Comminus ense ferit: iaculo cadit eminus ipse.
Hic quoque qui dederat læto: non longius illo
Viuit: & expirat, modo quos acceperat auras:
Exemploque pari furit omnis turba: suoque
Marte cadunt subiti per mutua uulnera fratres:
Iamque breuis uitæ spatium sortita iuuentus
Sanguineam tepido plangebat pectore matrem:
Quinque superstitibus: quorum fuit unus Echion.
Is sua iecit humi monitu Tritonidis arma:
Fraternæque fidem pacis petiit, deditque.
Hos operis comites habuit Sidonius hospes:
Cum posuit iussam phœbeis sortibus urbem.

Fabulæ sectio tertii libri argumentum.

¶Iam stabant Thebæ. poteras &c. Diana cum in ualle Gargaphie æstiuo tempore fatigata ex assidua uenatione: se ad fontem perlueret. Actæon aristæi & autonoes filius eundem locum petens ad refrigerandum se & canes quos exercuerat feras persequens in conspectu Deæ incidit: qui ne eloqui posset, habitus eius in ceruum ab ea conuersus est: ita ut pro fera laceratus a suis canibus sit.

Lacus




Iam stabant Thebæ, poteras iam Cadme uideri

Raph.

¶Iam stabant Thebæ: hæc idcirco narrantur: ut actæonis in ceruum transformatio concinnius cum superiore fabula iungatur. Thebæ autem fuerunt appellatæ uel a Thebæ quæ lingua Syra (ut diximus) bouem significat uel a Thebe ægypti urbe amplissima: unde agenorem cadmi patrem in Phœnicem uenisse, & apud tyrum & Sydonem regnasse, auctor est Eusebius. Fuit etiam Thebæ urbs Lyciæ: patria Andromaches hectoris uxoris: de qua Ouidius ipse libro

Thebe

de Triſtibus primo: Nec cruciere minus q̃ cu; Thebana cruentum Hectora. Theſſalico uidit ab axe trahi. Alia quoq; eſt urbs hoc nomine in Lucania: ut ſcribit Plinius quarto Naturalis hyſtorię. ¶ Stabant erectę, exędificatæq; erant.

Raph. Hermione

¶ Soceri tibi Marſq; Venuſq;: uxorem nanq; Hermionē duxit cadm⁹ Martis, Venerisq; filiā. ¶ Huc adde genus: progeniē. ¶ De cōiuge tanta: quā ta eſt Hermiōe Martis & Veneris filia: de qua Stati⁹ multa in Thebaidos libro ſecūdo. Hermione quidē etiam menelai & helenę filia nominatur. Quod uero quidā Martis & Veneris filiam non Hermionem, ſed harmoniam putant eſſe uocitata; Mariani capellę affectatis leporib⁹ decepti ſūt. ¶ Tot natos nataſq;: ex hermione qdē filias quatuor: Semelē. Agauen. Antonoen. Ino & Podorum cadm⁹ ſuſtuliſſe memoratur. Quos uero alios filios ſuſcepit nuſq̃ meminime legiſſe. Et pignora chara nepotes: hi fuerūt Bacchus ex Semele & Ioue, Pentheus ex agaue & Echione: Actæon, ex autonoe & ariſtæo; Learcus & Melicerta. ex Ino & Athamāte. ¶ Sed ſcilicet ultima ſemp. Sententia eſt Solōis philoſophi: quæ Crœſi Indorū regis diuitias ſugillauit. Cum enim Crœſus ſe felicē ſe iactaret: neminē ante ſupremum diē recte felicem dici poſſe Solō admonuit. Cuius ſententiæ quide; Crœſus memor, cum a Cyro Perſarum rege foret captus, rogoq; impoſitus Solonem uocauit, dicens. O Solon Solon. ac ſi diceret. Quā uera mihi dixi. Cyrus uero cum eam accepiſſet ſententiam, Crœſum non ſolū liberauit: ſed etia; in maximo honore habuit. ¶ Prima nepos: Actæō ariſtei & autonoes filius uenando feſſus: cum opacum quæreret locū: forte ad fontē peruenit ubi ſe Diana nuda cum comitibus abluebat: quę irata eum ſtatim in ceruum mutauit: ne cui unq̃ a ſe Dianam nudam fuiſſe uiſam iactare poſſet. Hoc uero idcirco fictum eſt: quia actæon uenationi admodum fuit dedictus: totumq; patrimonium canes alendo cōſumpſit. Summam autem fabulę primū deſcribit poeta: deinde diffuſius omnia aperit. ¶ Alia cornua: cerui

actæon

> Exilio felix. ſoceri tibi Marſq;, Venuſq;
> Contigerant: huc adde genus de coniuge tanta:
> Tot natos, nataſq;, & pignora chara nepotes:
> Hos quoq; iam iuuenes. Sed ſcilicet ultima ſemper
> Expectanda dies homini eſt: diciq; beatus
> Ante obitum nemo: ſupremaq; funera debet.
> Prima nepos inter res tot tibi Cadme ſecundas
> Cauſa fuit luctus: alienaq; cornua fronti
> Addita: uoſq; canes ſatiati ſanguine herili,
> At bene ſi quæras fortunæ, crimen in illo.
> Non ſcelus inuenies: quod enim ſcelus error habebat?
> Mons erat infectus uariarum cæde ferarum:
> Iamq; dies medius rerum contraxerat umbras:
> Et Sol ex æquo meta diſtabat utraq;:
> Cum iuuenis placido per deuia luſtra uagantes
> Participes operum compellat Hyātius ore:
> Lina madent comites: ferrumq; cruore ferarum:
> Fortunamq; dies habuit ſatis: altera lucem
> Cum croceis inuecta rotis Aurora reducet
> Propoſitum repetemus opus: nunc phœbus utraq;
> Diſtat idem terra: finditq; uaporibus arua.
> Siſtite opus præſens: nodoſaq; tollite lina.
> Iuſſa uiri faciunt: intermittunq; laborem.
> Vallis erat piceis, & acuta denſa cupreſſu
> Nomine Gargaphie, ſuccinctæ cura Dianæ:
> Cuius in extremo eſt antrum nemorale receſſu
> Arte laboratum nulla: ſimulauerat artem
> Ingenio natura ſuo: nam pumice uiuo:
> Et leuibus Toffis natiuum duxerat arcum.
> Fons ſonat a dextra tenui perlucidus unda
> Margine gramineo patulos, ſuccinctus hiatus,
> Hic Dea ſiluarum uenatu feſſa ſolebat
> Virgineos artus liquido perfundere rore.
> Quo poſtq̃ ſubiit, nympharum tradidit uni
> Armigeræ iaculum, pharetramq;, arcuſq; retentos

na. ¶ Fortunæ crimē: caſu nanq; offēdit Dianā. ¶ Cęde: ſanguine: quod enim antecedit pro eo quod ſequitur poſitum eſt. ¶ Cōtraxerat corripuerat & abbreuiauerat. ¶ Meta utraq;: oriēte & occidente. ¶ Iuuenis hy. Thebanus: Hyantes enim populi ſunt Bœotiæ: q & Hyātii appellantur. Hyantia etiam urbs eſt locorum: unde Hyanitus deriuatur. Qui uero a fonte qui nuſq̃ inuenitur: uel ab Hya Athlantis filio hoc nomen deducunt: nō minus inepti ſunt, q̃ qui id putāt eſſe aduerbium comparatiuu; ab hyāte participio deriuatum. ¶ Lina madēt: retia ſunt madefacta. Eſt autē metonymia. Lina enī; ex quibus retia cōficiuntur pro ipſis retibus ponuntur. ¶ Fortunanq; dies habuit ſatis: pſperā ſubaudiamus. ¶ Croceis rotis: croceo & pulchro curru. Apte nanq; totu; per Synegdochē accipim⁹. ¶ Propoſitū repetem⁹ opus: Cras inquit actæon aduenięte aurora ad uenatione; redibimus. ¶ Diſtat idē: ſpacium ſubaudiatur. Vt intelligamus Solē ab utraq; terra æquali ſpatio diſtare, atq; ab eſſe ab oriēte & occidente, pquod ſignificat meridiē eſſe. ¶ Vtraq; terra: orientali & occidētali. ¶ Vaporib⁹: feruorib⁹. ¶ Siſtite opus præſens: ſtare facite: hoc ē pſenti operi finē imponite. ¶ Intermittunt q; laborē: uſq; in diē ſequentē uenandi laborem deponūt. ¶ Vallis erat: topographia eſt & uallis deſcriptio: quo ſe diana p meridie; cū ſuis comitibus conferre ſolebat. ¶ Piceis: picea arbor eſt montana. ¶ Acuta cupreſſu: in acutum tendente. ¶ Succinctæ: agilis & induſtriæ. ¶ Cura: amor & uoluptas. Erat enim amœniſſima uallis. ¶ Nemorale: nemoribus tectum. ¶ Pumice uiuo: naturali. Pumex autem lapis eſt leuis: cauernoſus poliendis rebus accommodatus. Vnde pumicare: quod eſt pumice polire, declinatur. ¶ Et leuib⁹ toffis: toffus lapis ē cauernoſus. ¶ Duxerat: effecerat. ¶ Natiuum, naturale;. ¶ Tenui unda: exigua aqua. ¶ Succinctus: circundatus. ¶ Patulos hiatus: patentes ripas, hiare enim uidentur ripę: ut fluuii alueum efficiant. ¶ Dea ſiluarum: Diana. ¶ perfundere: madefacere. ¶ Retentos: remiſſos, a retendendo.

Hyātes hyāta

Siſtere

Inter mittet

Gargaphie uallis

Picea

Pumex

Toffus

Perfundere

Retendere

¶ Altera



Raph.

¶ Altera depoſi. altera inquit accepit pallam ueſtem a Diana depoſitam. ¶ Vincla: calceos & cothurnos. ¶ Iſmenis Croca. Iſmeni fluuii filia. Deſcribit autem officia comitum Dianę. tere Diana: cuius prorſus adimit faciendi facultatem. Illū nanq; in ceruū cōuertit: qui loqui nō poteſt. Eſt autē ordo & ſenſus. Nūc licet narres me uiſam ti ſine uelamine: hoc eſt nudam.

Dianæ cōites

¶ Quāuis erat ipſo: in ſoluta orone quis eſſet diceret. ¶ Laticē: aquā, a latēdo, q in terræ uenis lateat. ¶ Niphſq;: lotrix iterpretari pōt Nuphe ἀπὸ τοῦ νίπτειν: hoc ē a lauādo. ¶ Hyaleq;: ἀπὸ τοῦ ὕειν: hoc eſt a pluuia uidet hyale deriuari. ¶ Rhaniſq; Rhanis aſpſio & gutta uocat ἀπὸ τοῦ ῥαίνειν hoc eſt ab aſpergendo. ¶ Et Pſecas: ſtilla minor Pſecas transfertur: Pſecades. n. minutæ dicunt cuiuſq; rei partes. ¶ Et phi alas eſt quidē haurīedis ifundendiſ. p aqs accōmodatū παρὰ τὸ πίνειν: & a bibendo deductū mutatione tenuis cōſonātis in craſſa; ſed hoc loco p nympha ponitur: q̃ Dianæ corp⁹ aqua pfundebat. ¶ Titania: Diana Ceu Titanis neptis: q̃ eadē eſſe cū luna putatur: q̃ qdem ut ſol Titan: ſic Titania titaniſq; interdū a poecis uocat. ¶ Ecce ne. Ca. Actęō. Ecce aūt particula feræ aliqd repentinū ſignat. ¶ Dilata par. lab. dilata pte uenationis in diē ſequentē. ¶ Sic illū. fata trahebāt: ſic dicere ſolemus cū cām rei aſſignare neſcimus. ¶ Qui ſimul intrauit: poſtq̃ ingreſſus eſt. ¶ Rorantia: madētia. ¶ Qui color infectis: Dianæ colorē maxime rubicūdū fuiſ ſe oſtendit. ¶ Infectis: tinctis. Inficere. n. tingere eſt: unde infectores dicūtur tīctores. ¶ In latus obliquum tū aſtitit: hoc eſt ſe in latus cōuertit: ut facilius pudenda occultaret. ¶ Oraq; retro flexit: ut actęonē reſpiceret. ¶ Et ſic hauſit: tata inqt ira & indignatiōe Diana hauſit, & accepit aquas, qbus actęonē perfunderet: q̄a ſagittas prōpta ac paratas hr̄e uoluiſſet. ¶ Addidit: dixit. ¶ Nūc tibi: ironia qua uidet id pmittere Diana: cuius prorſus adimit faciendi facultatem.

Latex

Pſecades Phiale

Titāia

Inficet

> Altera depoſitæ ſubiecit brachia pallæ.
> Vincla duæ pedibus demunt: nam doctior illis
> Iſmenis Crocale ſparſos per colla capillos
> Colligit in nodum: quis erat ipſa ſolutis.
> Excipiunt laticem Nipheq;: Hyaleq;, Rhaniſq;,
> Et Pſecas, & phiale: funduntq; capacibus urnis.
> Dumq; ibi perluitur ſolita Titania lympha:
> Ecce nepos cadmi dilata parte laborum
> Per nemus ignotum non certis paſſibus errans
> Peruenit in lucum (ſic illum fata ferebant)
> Qui ſimul intrauit rorantia fontibus antra:
> Sicut erant nudæ: uiſo ſua pectora nymphæ
> Percuſſere uiro: ſubitiſq; ululatibus omne
> Impleuere nemus: circunfuſæq; Dianam
> Corporibus texere ſuis: tamen altior illis
> Ipſa Dea eſt: colloq; tenus ſupereminet omnes.
> Qui color infectis aduerſi Solis ab ictu
> Nubibus eſſe ſolet: aut purpureæ Auroræ,
> Is fuit in uultu uiſæ ſine ueſte Dianæ:
> Quæ q̃q̃ comitum turba eſt ſtipata ſuarum,
> In latus obliquum tamē aſtitit: oraq; retro
> Flexit: & ut uellet promptas habuiſſe ſagittas:
> Quas habuit. ſic hauſit aquas: uultumq; uirilem
> Perfudit, ſpargenſq; comas ultricibus undis,
> Addidit hæc cladis prænuntia uerba futuræ:
> Nunc tibi me poſito uiſam uelamine narres,
> Si poteris narrare licet: nec plura minata
> Dat ſparſo capiti uiuacis cornua cerui:
> Dat ſpatium collo. ſummaſq; cacuminat aures:
> Cumpedibuſq; manus, cū longis brachia mutat
> Cruribus: & uelat maculoſo uellere corpus.
> Additus & pauor eſt: fugit Autoneius heros:
> Et ſe tam celerem curſu miratur in ipſo.
> Vt uero uultus, & cornua uidit in unda:
> Me miſerum dicturus erat: uox nulla ſecuta eſt.
> Ingemuit. uox illa fuit: lachrymæq; per ora
> Non ſua fluxerunt: mens tantum priſtina manſit.
> Quid faciat? repetat ne domum, & regalia tecta?
> An lateat ſiluis? pudor hoc, timor impedit illud.
> Dum dubitat, uidere canes. priuſq; Melampus,
> Ichnobateſq; ſagax latratu ſigna dederunt:
> Gnoſius Ichnobates, Spartana gente Melampus.
> Inde ruunt alii rapida uelocius aura
> Paphagus, & Dorceus, & Oribaſus arcades omnes,
> Nebrophonoſq; ualens, & trux cum Lælape Theron,

actæō i ceruum

¶ Si poteris narrare: ac ſi diceret nunq̄ narrare poteris. ¶ Sparſo capiti: reſperſo aqs. ¶ Viuacis Cerui: diu uiuentis. Ad q̄dringētos nanq; annos cerui uiuere dicit. ¶ Dat ſpa. col. lōgū efficit collū. ¶ Cacuminat: acutas reddit. Eſt autē uerbu; a poeta fictum. ¶ Maculoſo uel. uario pilo. ¶ Addit⁹ & pauor ē: ſcite. Ceruus. n. timidiſſimū aīal ē. Autoueius heros: actæon autonoes fili⁹. ¶ Nō ſua: ſed cerui. ¶ Mēs tātū priſtina mãſit: i actæōe nihil aliud hois q̄ mēs remāſit. ¶ Pudor hoc: ne domū redeat. Abuſus aūt ē poeta hor: pnominū elegātia. Hoc nāq; ad ppiquius, Illud ad lōginqui ſolet referri. ¶ Priuſq; Melāpus: canes actęonis enumerat: quib⁹ et noīa apta uenatorūs canibus iponit. Melāp⁹. n. dicit qd pedes nigros hēret. μελας nā q; niger: πούς πόδος pes dr̄. ¶ Ichnobateſq; ſagax: ichnobates dr̄ p ueſtigia uadēs: ἴχνος. n. dr̄ ueſtigium: βαίνω uado. ¶ Sagax: odor⁹, & acrē odorādi uim hābēs. ¶ Gnoſi⁹: cretēſis. Gnoſos. n. Cretæ urbs fuit clariſſima. ¶ Spartana: Lacōia: Cretēſes aūt & lacōici canes aptiſſimi ſunt uenationibus. ¶ Pāphagus. oīa comedēs: πᾶν. n. totū ſignat. φάγω comedo. ¶ Dorce⁹: acute uidēs: δέρκω. n. ē uideo. ¶ Oribaſus: mōtes aſcēdēs: ὄρος. n. mōs dr̄: βαίνω aſcēdo. ¶ Nebrophonoſq; ualēs: inulos hoc ē ceruorū catulos iterficiēs: νεβρος. n. inulū ſignat: φονεύω interficio. ¶ Trux therō: terribilis aſpectū. Therō aūt dr̄ ferinus, ac feras pſequens: θήρ. n. fera dr̄. ¶ Lęlape: a uelocitate atq; ipetu ſic ē appellata. Nā λαίλαψ turbinē ſignificat.

Cacūinare

Hoc Illud

Melampus

Ichnobates

gnoſos

Pāphagus

Dorce⁹

Oribaſus

Nebrophonos

Trux

Therō

Lęlape

Raph. pterelas Agre Hylæus Nape Pœmenis harpyia Ladon Sicyonius

℄Et pedibus Pterelas: alatus ſiue alis impulſus Pterelas traſferri poteſt: πτερον naq̃ ala: ἐλαν impellere ſignificat: q̃uis in exemplaribus corrupte pterelas legatur. ¶ Agre: uenatio interpretatur ἀγρα. ¶ Hylę⁹: ſilueſtris: ὕλη naq̃ ſiluam ſignificat. ¶ Nape: q̃ in ſaltib⁹ uerſaretur: νάπη .n. νάπος dr̃ terræ planicies. ¶ Pœmenis: paſtoralis: ποιμην naq̃ paſtorē ſignificat. ¶ Harpyia: rapax: & Harpyiarū ſimilis quæ aues ſunt rapaciſſimæ. ¶ Sicyonius Ladon: a fluuio arcadię nomē ſumpſit hic canis. Nam a fluminibus ēt nūc canes interdū cognominātur. Sicyonius aūt ab urbe Peloponeſi Sicyone, quæ & Mecon & Telchinia ēt fuit dicta. ¶ Subſtricta: cōſtricta & parua: ¶ Et Dromas: currens: δρομος enim curſum ſignificat. ¶ Canache: καναχη ſtrepitū ſignificat: unde nomē cani fuit inditum: q̃ eius latratu oīa reſonarēt. ¶ Sticte: q̃ hęc a colorꝭ uarietate nomē ſumpſit. Nam στικτη diſtīcta uariis maculis dici pōt: ἀπο τοῦ στίζειν: id eſt a diſtinguēdo. ¶ Tigris: tigridi ſimilis: quæ eſt fera uelociſſima. ¶ Et alce: ſimilis alcę feræ pniciſſimę: de qua Plinius. Septētrio fert & equorū greges ferorū, ſicut aſinorum aſia & africa. Præterea alcen ni proceritas aurium & ceruicis diſtinguat iumēto ſimilem: ἀλκὴ etiam robur, potētiaq̧ dicit. ¶ Leucon: albus a colore: λευκὸς enim album ſignificat. ¶ Et uillis asbolus atris: hoc ē pilis nigris. Aſbolus autē a colore eſt dictus: ἀσβολος .n. fuliginē ſignificat: eo q̧ nigris pillis ac fuliginoſis eēt. ¶ Lacō: a patria: q̧ laconicus eēt. ¶ Aello: a pcella: q̧ eſſet ipetuoſus. Aella nanq̧ turbinem ſignificat & procellam. ¶ Thous: uelox dicitur & impetuoſus: tametſi Thos forſitan rectius legeretur. Sunt eni Thoes (ut ſcribit Plinius) luporū genus procerius lōgitudine: breuitate crurum diſſimile: uelox ſaltu: uenatu uiuens: innocuum homini: habitum, non colorē mutat: per hyemes hirti, æſtate nudi. ¶ Lyciſca: canis ex lupo nata lyciſca dicitur quaſi parua lupa. Eſt enim diminutiuum a lupo: qui grecę dicitur λυκος. ¶ Harpalos. rapax: ἁρπάζω nanq̧ rapio ſignificat. ¶ Melaneus: niger. ¶ Hirſutaq̧ corpore lachne: uerbum de uerbo expreſſit. Lachne enim uillorum denſitas uocatur. ¶ Dictęo: cretēſi. ¶ Labros: hoc quoq̧ nomen cani conueniens eſt: uehemens enim, impetuoſuſq̧ tranſfertur. ¶ Et aglaodos: ſplendidos ac nitentes habens dentes iterpretaſ: ἀγλαὸς naq̧ ſplēdidus: ὀδους dens dicit: quãq̃ mihi potius uidetur legendū eſſe agriodus: qui agreſti ac feroci dēte iterpretari pōt: ἄγριος nanq̧ agreſtis, feroxq̧ dicit. ¶ Hylactor. latrator. nã ὑλακτω latro ſignificat. ¶ Sæpe ſecutus: canes ſuos ſubaudiamus. ¶ Melanchætes: iubā & pilos habens nigros: χαιτη nanq̧ iuba dicitur. ¶ Theridamas: feras domans. Nã θηρ fera dicitur: δαμάζω domo. ¶ Oreſitroph⁹: in montibus nutritus: ὄρος enim montē: τρέφω ſignificat nutrio. ¶ Præcipitata uia ē: pcipiti curſu pacta. ¶ Per compendia montis: per compendioſa & breuia mōtis itinera. ¶ Quem nō tamen edere poſſit ceruus: hoc ē nec hominis uocem, nec cerui habet: ſed diſſimilē emittebat ſonū: ac querelas. ¶ Iuga nota: cognitos ipſi mōtes. ¶ Circūfert tacito: hoc eſt pro manibus & brachiis, quæ in crura fuerāt uerſa: uult⁹ ac faciē icircūferebat. ¶ At comites: actæonis ſocii. ¶ Agmen: canum multitudinē. ¶ Ad nomen caput ille refert: retrahit: attollit, cū reſpōdere nō poſſet. Eſt aūt parentheſis. ¶ In corpore: in carne. ¶ Roſtris: oribus, nam roſtra proprie auiū dicitur, per ſimilitudinem uero etiam nauium. ¶ Falſi cerui: fcti ac ſimulati. ¶ pharetratæ: pharetra armatæ. Eſt enim nomē participio ſimile. Pharetra autem ſagittarum eſt repoſitorium.

Dromas Canache Sticte Tigris Alce Leucon aſbolus lacon aello Thous Thoes lyciſca Harpalos lachne labros aglaodos Hylactor Melanchętes Roſtra Pharetra

Et pedibus pterelas, & naribus utili Agre,
Hylæuſq̧ ferox nuper percuſſus ab apro,
Deq̧ lupo concepta Nape, pecudeſq̧ ſecuta
Pœmenis, & natis comitata harpyia duobus,
Et ſubſtricta gerens Sicyonius ilia Ladon,
Et Dromas, & Canache, Sticteq̧, & Tigris, & Alce,
Et niueis Leucon, & uillis Asbolus atris,
Præualiduſq̧ Lacon, & curſu fortis Aello,
Et Thous, & Cyprio uelox cum fratre Lyciſca,
Et nigram medio frontem diſtinctus ab albo
Harpalos: & Melaneus: hirſutaq̧ corpore lachne:
Et patre Dictæo, ſed matre Laconide nati
Labros, & Agriodus, & acutæ uocis Hylactor,
Quoſq̧ referre mora eſt: ea turba cupidine prædæ
Per rupes, ſcopuloſq̧: adituſq̧ carētia ſaxa:
Quaq̧ eſt difficilis, quaq̧ eſt uia nulla, ſequūtur,
Ille fugit: per quæ fuerat loca ſæpe ſecutus,
Heu famulos fugit ille ſuos clamare libebat
Actæō ego ſum, dominum cognoſcite ueſtrum:
Verba animo deſunt, reſonat latratibus æther.
Prima Melanchætes in tergo uulnera fecit.
Proxima Theridamas: Oreſitrophus hæſit in harmo,
Tardius exierant: ſed per compendia mōtis
Præcipitata uia eſt: dominum retinentibus illis
Cætera turba coit: confertq̧ in corpore dentes
Iam loca uulneribus deſunt. gemit ille: ſonumq̧
Et ſi non hominis: quem non tamen edere poſſit
Ceruus habet, mœſtiſq̧ replet iuga nota querelis:
Et genibus pronis ſupplex, ſimiliſq̧ roganti
Circūfert tacitos, tanq̃ ſua brachia, uultus.
At comites rapidum ſolitis hortatibus agmen
Ignari inſtigant: oculiſq̧ Actæona quærunt.
Et uelut abſentem certatim Actæona clamant.
Ad nomen caput ille refert, & abeſſe queruntur,
Nec capere oblatæ ſegnem ſpectacula prædæ.
Vellet abeſſe quidem. ſed adeſt, uelletq̧ uidere,
Non etiam ſentire canum fera facta ſuorum.
Vndiq̧ circunſtant: merſiſq̧ in corpore roſtris,
Dilacerant falſi dominum ſub imagine cerui,
Nec niſi, finita per plurima uulnera uita
Ira pharetratæ fertur ſatiata Dianæ.

℄Rumor in



Fabulæ tertiæ tertii libri argumentum.

Lactā: ℄Rumor in ambiguo eſt. aliis uiolētior ęquo &c. Iuno ſuſpecta Semelen (Cadmi & hermione filiam) q̃ haberet. q̧ cum Ioue concubuiſſet, in anum conuerſa eſt: ut ſe fallacia ſiue inuidia cuiuſq̧ ulciſceretur. ad eã uenit: perſuadetq̧ ei: ne alio Iouem apparatu recipiat ad cubile q̃ ſolitus ſit apparere Iunoni. Quo ut illius auctoritas grauis proinde ipſius concubitus inſignis eſſet: Quod cum impetraſſet a cupiēte deus inſtructus tonitribus ac fulminibus domum Semeles igreſſus eſt: tecta eius deceptæ optatis flammis adurit: liberumq̧ conceptum utero grauidę incendio eripit, ac femore inſuit ſuo. poſtea cōpletis mēſibus nymphis: quę Nyſam montem Indię pertsequentarent: eū tradidit nutriendum.

Raph. ℄Rumor in ambiguo eſt: queritur inquit utrū Diana iuſte actæonem ea pœna affecerit. Ac multi quidē dicunt, eã fuiſſe numium crudelē: alii recte conſuluiſſe uirginitati ſuæ aſſerunt. ¶ Violētior: crudelior. ¶ Cauſas: argumenta: quibus utraq̧ pars ſuã defēdat opinionē. Hęc autē idcirco a poeta referuntur: ut ſequentem fabulam cum ſuperiore transformatione aptius cōiungat. ¶ Eloquitur: uerbis exprimit. ¶ A tyria pellice: ab Europa: quã e Phœnicia Iuppiter rapuit. Pellex autem proprie dicitur: quę cū aliarum maritis rem habet. ¶ In ſocios generis: in cognatos. ¶ Subit ecce priori Cauſa recens: fabulam narrare icipit: quę talis eſt. Iuno cum reſciuiſſet Semelē ex Ioue concepiſſe, eam perdere decreuit: conuerſa igitur in Beroem Semeles ipſius nutricē ei perſuadet: ne aliter Iouem i amplexus admittat, q̃ ſi ſecum eo modo, quo cum Iunone ſolet concumbēre promittat: ut an ſit Iuppiter aperte cognoſcat. Quod quidem cū impetraſſet: neq̧ uim tantæ maieſtatis, fulminiſq̧ tolerare poſſet, extincta eſt. Puerum uero nondum maturū cæſo matris utero Iuppiter excepit: ac femori ſuo inſutum: donec mēſes nouem complerentur, fouit. Poſtea uero nymphis tradidit nutriēdū, unde & Dythyrambus fuit appellatus, quod δι᾽ ἀδ θυρων: hoc eſt per duas ianuas, & Semeles uterum & Iouis femur tranſierit. ¶ Subit: ſuccedit. ¶ Semelen: Cadmi filia fuit Semele & Hermiones: quę ex Ioue Bacchum generauit. ¶ Per iurgia: per obiurgatiões. ¶ Certe ſoror: hoc ita a Iunone infertur: ac ſi coniunx eſſe deſierit: cum Iuppiter alias amet. Sic quoq̧ apud Senecam ipſa loquitur. Soror Tonantis: hoc enim ſolum mihi. ¶ Quod uix mihi contigit uni: ut de Ioue conceperim. Vulcanum. enim ex Ioue ſuſcepit iuno: tametſi Heſiodus dicat Vulcanum ex ſola iunone fuiſſe natum. ¶ Tāta eſt fiducia formæ: acclamatio ex maxima proueniens indignatione. ¶ Fallat eam ſaxo: efficiam inquit ut, Iuppiter illam decipiat. ¶ Nec ſim ſaturnia: nec merear Saturni filia uocari. ¶ Ab ioue ſuo: ab ioue tam ſibi charo. ¶ Merſa: perdita. ¶ Penetrarit: deſcenderit. ¶ Surgit ab his: poſt hæc dicta. ¶ Quam ſimulauit anum: Iunonis transfigurationē in uetulam deſcribit. ¶ Epidauria nutrix: Epidaurus urbs eſt achaiæ: aeſculapii templo nobilis in Saronici ſinus itimo receſſu ſita: quæ antea Epitaurus fuit appellata. ¶ Sua inſignia: quibus ab aliis diis ſeparatur. Fulmina autem dicit, nam fulmen iouis eſt inſigne. ¶ Cadmeida: Semelen Cadmi filiam. ¶ Ignaram: neſciam ſe decipi a iunone. ¶ Formarat: informarat: iſtruxerat. ¶ Stygii torrentis: Stygis paludis. ¶ Timor deorum: nam dii (ut loquit Virgilius) per ſtygem iurare timent: ne forte peierantes diuinitate priuentur.

Semele Pellex Iuno in uetulā Dythyrambus epidaurus

Rumor in ambiguo eſt. aliis uiolentior æquo
Viſa Dea eſt: alii laudant. dignamq̧ ſeuera
Virginitate uocant: pars inuenit utraq̧ cauſas.
Sola Iouis coniunx non tam culpetne, probetne
Eloquitur: q̃ clade domus ab Agenore ductæ
Gaudet, & a Tyria collectum pellice transfert
In generis ſocios odium: ſubit ecce priori
Cauſa recens: grauidamq̧ dolet de ſemine magni
Eſſe Iouis Semelen: tum linguam ad iurgia ſoluit.
Profeci quid enim toties per iurgia dixit?
Ipſaq̧ petenda mihi eſt: ipſam ſi maxima Iuno
Rite uocor: perdam. ſi me gemmantia dextra
Sceptra tenere decet: ſi ſum regina: Iouiſq̧
Et ſoror, & coniunx: certe ſoror: at puto furto eſt
Contenta: & thalami breuis eſt iniuria noſtri.
Concipit: id deerat: manifeſtaq̧ crimina pleno
Fert utero: & mater: quod uix mihi contigit uni,
De ioue uult fieri: tanta eſt fiducia formæ.
Fallat eam faxo. nec ſim Saturnia: ſi non
Ab Ioue merſa ſuo ſtygias penetrarit ad undas.
Surgit ab his ſolio: fuluaq̧ recondita nube
Limen adit Semeles: nec nubes ante remouit,
Quam ſimulauit anum: poſuitq̧ ad tempora canos,
Sulcauitq̧ cutem rugis: & curua trementi
Membra tulit greſſu, uocem quoq̧ fecit anilem.
Ipſaq̧ erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.
Ergo ubi captato ſermone, diuq̧ loquendo
Ad nomen Venere Iouis: ſuſpirat: & opto
Iuppiter, ut ſit (ait) metuo tamen omnia. multi
Nomine Diuorum thalamos iniere pudicos.
Nec tamen eſſe Iouem ſatis eſt: det pignus amoris:
Si modo uerus is eſt: quantuſq̧, & qualis ab alta
Iunone excipitur: tantus, taliſq̧ rogato
Det tibi complexus: ſuaq̧ ante inſignia ſumat.
Talibus ignaram Iuno Cadmeida dictis
Formarat, rogat illa iouem ſine nomine munus.
Cui Deus elige ait, nullam patiere repulſam.
Quoq̧ magis credas: ſtygii quoq̧ conſcia ſunto
Numina torrentis. timor, & Deus ille Deorum eſt.
Læta malo, nimiumq̧ potens, perituraq̧ amãtis
Obſequio Semele, qualem Saturnia dixit
Te ſolet amplecti Veneris cum fœdus initis:
Da mihi te talem. uoluit Deus ora loquentis

Raph.

¶Opprimere:obſtruere:obturare:ne petitioni finem imponere poſſet. ¶ Vox pperata.celeriter prolata. Et neſcit uox emiſſa reuerti ut Horatius ait. ¶ Neq; enim non hæc optaſſe:hoc eſt fieri non poteſt ut Semele non petierit ea,quæ petiit: & iuppiter non promiſerit ea,quę ſe iam præſtiturum iurauit. Præterita enim ut non fuerint,nulla ratione effici poteſt. ¶ Qua tum uſq; poteſt. In quantum inquit poteſt iuppiter ſuas uires diminuit. ¶ Centimanum Typhoea: Typhoæus(qui & Typhon)dicitur: filius terrę fuiſſe ab Heſiodo ſcribitur: Steſichorus autem illum a ſola iunone genitum ait(iniuriarum iouis recordata) Gigas fuit uiolentiſſimus centum habēs manus: quē iuppiter fulmīe ſtrauit: eiq; inarimen montem impoſuit. Eſt autem triſyllabum nomen: nec tū q̄ o & e uocales in unam ſyllabā; niſi figurate iunguntur. ultima enim eſt diphthōgus nō ſecunda:ut quidam putant. Id quod aperte accuſatiuus in a deſinens oſtendit. Nullum enim nomen ſecūdę declinationis accuſatiuum in a finit:niſi in nominatiuo ſeus diphthongum habeat. ¶ Feritatis: uiolentię. ¶ Eſt aliud leui⁹ fulmen:duo q̄ inquit ſunt fulminum genera: uiolentius & minus uiolentum: quod ſecūdum ſuperi uocāt. Illud enim uiolentū primum uocatur. Videtur autē Ouidius ad id alludere:quod de fulminibus phyſici ſcribunt:ut refert Plinius in ii. Naturalis hyſtorię. Fulminū duo eē genera. Alia nāq; fatidica uocari eq ex alto,ſtatutiſq; de cauſis,& ex ſuis ueniāt ſyderib⁹:alia uero bruta & uana:ut quæ nulla ueniant ratione naturę. his percuti montes,his maria, omneſq; alios irritos ictus fieri. ¶ Donis iuga. iugalibus,quæ pro cōiunctione & coitu petierat. ¶ Imperfectus ifans:qui poſtea Bacchus fuit appellatus. ¶ Femoris: iouis ſubaudiatur. Femora autem ſunt coxarum ſummitates:ubi coxę ipſe iunguntur. ¶ Materna tempora:hoc eſt mēſes nouem:quibus in utero a matribus geſtantur infantes. ¶ Ino matertera: Ino Cadmi fuit filia ac Semeles ſoror,quę Bacchū ex iouis femore eductum clam iunone nutriuit. ¶ Nyſeides:a Nyſa cithæronis uertice Nyſeides dictę ſunt nymphæ: quæ Bacchū nutrierūt. Vnde Dionyſos ἀπὸ τοῦ Διὸς & Nyſa Bacchus appellatus. Quāuis Diodorus Siculus in dicet a Nyſa felicis Arabiæ urbe dici. Sed perīg abſurdum eſt Bacchum adhuc infantem ex bœotia in Arabiā educandū fuiſſe tranſlatum:cū tot nymphę preſertim in uicinorum montium antris eſſent. Verum(ut

Typhoeus — Duo fulminū genera — Fēora bacchi origo — Ino — Dionyſos Nyſa

Opprimere:exierat iam uox properata ſub auras:
Ingemuit:neq; enim non hæc optaſſe,nec ille
Non iuraſſe poteſt:ergo mœſtiſſimus altum
Aethera conſcendit,uultumq; ſequentia traxit
Nubila:quis nimbos:immixtaq; fulgura uentis
Addidit,& tonitrus,& ineuitabile fulmen.
Qua tamen uſq; poteſt uires ſibi demere tentat.
Nec quo centimanum deiecerat igne Typhoæa:
Nunc armatur eo.nimium feritatis in illo eſt.
Eſt aliud leuius fulmen:cui dextra Cyclopum
Sæuitiæ,flammæq; minus,minus addidit iræ.
Tela ſecunda uocant ſuperi.capit illa:domumq;
Intrat Agenoream,corpus mortale tumultus
Non tulit æthereos:doniſq; iugalibus arſit.
Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur:patrioq; tenet(ſi credere dignum eſt)
Inſuitur femori:maternaq; tempora complet.
Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat.inde datum nymphæ Nyſeides antris
Occuluere ſuis:lactiſq; alimenta dedere.
Dumq; ea per terras fatali lege geruntur:
Tutaq; bis geniti ſunt incunabula Bacchi,
Forte Iouem memorant diffuſum nectare:curas
Sepoſuiſſe graues:uacuaq; agitaſſe remiſſos
Cum Iunone iocos,& maior ueſtra profecto eſt:
Quam quæ contingit maribus:dixiſſe uoluptas.
Illa negat.placuit quæ ſit ſententia docti

Diodorus ipſe refert)tres fuerunt Dionyſi: ac priorū geſta poſteriori:qui ex Semele & ioue fert natus, fuerūt aſcripta. Primus nāq; fuit indus uini: multorumq; adinuentor. quibus maxime hominum uita exculta ē. Vnde & imortalitate fuit donatus. Secundum ferunt ex ioue Proſerpinaq; genitū,uel cerere:ut alii ſentiūt, quem primum tradunt boues ad aratrum iūxiſſe:propter quod ſtatuis illius cornua adiiciebantur. Tertius ex ioue & Semele natus: cui Ouidius priorū quoq; attribuit geſta:quiq; nymphis Nyſam habitātib⁹ cōmēdatū fuiſſe ait. Sūt autē decē urbes hoc nomine appellatæ,ac bacchoës dicatæ, q̄rū prima eſt in Helicōe. Secūda in Thracia. Tertia i caria. Quarta i arabia. Quinta in ægypto. Sexta in naxo. Septima i India. Octaua i mōte caucaſo. Nona i Libya. Decima i euboea: ubi uno die ferūt uitem & florere,& uuam matureſcere. ¶ Antris ſuis:ppriis ſpeluncis. Antra namq; montium, præcipueq; Heliconis nymphis ſūt dicata. Antrum autē illud in quo bacchus fertur educat⁹ Dythyrites uocatur. Vnde & Bacchus Dythyrābus fuit appellatus:eo q̄ δὶ θύρα:hocē duas ianuas antrum habuerit:ut quidam e gręcis narrant.

Antrum

Fabule quartę tertii libri argumentum.

¶Dumq; ea per terras fatali lege geruntur &c. Iuppiter cū iunone iocoſis omiſſis oibus iurgiis referens in coniunctione maiorem capere fœminas q̄ uiros uoluptatem, Tireſiam iudicem adeundū cenſuit: qui utrāq; naturam maris ac fœminæ fuerat expertus. Nam quodam tempore cum ſerpentes concubitu hærentes baculo percuſſiſſet:in mulierem uerſus fuerat, ac rurſus proximo uere eadem uſus ratione,ac tactu in uirū ceſſerat. Qui cum iouis ſententiam tutatus eſſet: damnata iuno luſum in iracundiam uertit:ac Tireſiā luminibus orbauit. Pro qua iniuria:quod maius eēt, Iuppiter futurorum ei ſcientiam tribuit.

Lactā.

¶Dumq; ea p terras narraturus Tireſiæ mutatiōe in fœminā primum:deinde rurſus in mare: quædam interſerit,quibus fabulę elegāter connectuntur. ¶ Bis geniti bacchi:primum namq; ex utero Semeles: deinde ex femore iouis natus eſt bacchus: Vnde etiā Dythyrambus eſt dictus:quia δὶς θύραν:hoc eſt p duas ianuas(ut diximus)exiuit:& per uterum Semeles:& per femur iouis. ¶ Nectare:uino ſuaui. Eſt enim nectar Deorum potio ſuauiſſima. ¶ Cum uacua iunone ocio ſa & ira carente.

Raph. Tireſias i fœminam — Dythyrābus — Nectar

¶Docti



Raph.

¶Docti Tireſię.periti illius quæſtionis. Tireſias enī Thebanus Eueris filius:& idcirco Euerides a callimacho & Theocrito dictus:cum forte duos angues coeūtes uirga percuſſiſſet:in fœminam fuit cōuerſus:ac ſeptē annos in eo ſexu duraſſe fertur. Rurſuſq; cum eoſdem ſerpētes uerberaſſet.in priſtinum ſexū reuerſus eſt: Quod quidē neq; omnino fabuloſum putet:legat & Plinium in ſeptimo naturalis hiſtorię & Diuum Auguſtinum de ciuitatis ueteris ac nouæ legis: qui aſſerūt quibuſdā id accidiſſe. Cæterū Tireſias ab ioue tunc eq; cōtendentibus utrius maior in coitu uoluptas ſit maris an fœminę:iudex electus maiorē eſſe fœminæ uoluptatē affirmauit. Qua ſētia iuno irata,illū obcęcauit. Iuppiter uero pro oculis ademptis ei futurorum præſcientiam cōceſſit. ¶ Mirabile: dictu ſubaudiatur:eſt aūt parentheſis,qua ſignificatur uix id credi poſſe ¶ Vt auctoris ſortē:naturam & ſexum. ¶ Auctoris:effectoris ueſtrę plagę. ¶ Genitiua:natiua,quā in natiuitate habuit Tireſias,mas autē natus eſt. ¶ Arbiter:iudex. ¶ Nec p materia: nec ſecundum materiæ ac rei q̄litatem. Res enim iocoſa erat:ideoq; iuno Tireſię ſententiā; ęgre ferre nō debebat. ¶ Sui iudicis lumia:Tireſiæ iudicis electi oculos. ¶ Aeterna no.ppetua cęcitate. Sic quidem Ouidi⁹. Callimach⁹ uero Tyreſiam excęcatū fuiſſe ait:eo q̄ palladē nudam in balneis uiderit. ¶ Neq; enim licet:parēteſis eſt cām continens quare iuppiter Tireſiæ oculos non reſtituerit. Non.n.inqt licet cuiquā Deo alterius Dei quali bet pui facta reſcīdere. ¶ Leuauit:leuem fecit.

auctor — Genitiua

Fabulæ quintæ tertii libri argumentum.

¶Ille p aonias fama celeberrim⁹ urbes &c. Liriope nympha ex amne Cephiſo pꝛreauit narciſſum cui tireſias Eueri filius omnia proſpera reſpōſo pollicitus eſt,ſi pulchritudinis ſuę nullā; habuiſſet noticiā, ſus. ¶ Si nō nouerit:hoc eſt ſi nunq̄ ſuam pulchritudinē cognouerit. ¶ Vana diu uiſa eſt uox auguris:idest ſtulta & falſa.

Lactā.

Quærere Tireſiæ.Venus huic erat utraq; nota.
Nam duo magnorum uiridi coeuntia ſilua
Corpora ſerpentum baculi uiolauerat ictu:
Deq; uiro factus(mirabile)fœmina ſeptem
Egerat autumnos,octauo rurſus eoſdem
Vidit:& eſt ueſtræ ſi tanta potentia plagæ
Dixit:ut auctoris ſortem in contraria mutet:
Nunc quoq; uos feriam,percuſſis anguibus iidem
Forma prior rediit:genitiuaq; uenit imago.
Arbiter hic igitur ſumptus de lite iocoſa
Dicta Iouis firmat.grauius Saturnia iuſto,
Nec pro materia fertur doluiſſe:ſuiq;
Iudicis æterna damnauit lumina nocte.
At pater omnipotens(neq; enim licet irrita cuiq;
Facta Dei feciſſe Deo)pro lumine adempto
Scire futura dedit:pœnamq; leuauit honore.
Ille per Aonias fama celeberrimus urbes
Irreprehenſa dabat populo reſponſa petenti.




Prima fidem,uociſq; datæ temptamina ſumpſit
Cærula Liriope:quam quondam flumine curuo
Implicuit:clauſæq; ſuis Cephiſus in undis
Vim tulit:enixa eſt utero pulcherrima pleno
Infantem nymphe iam tunc qui poſſet amari,
Narciſſumq; uocat:de quo conſultus,an eſſet
Tempora maturæ uiſurus longa ſenectæ:
Fatidicus uates,ſi ſe non nouerit:inquit.
Vana diu uiſa eſt uox auguris.exitus illam
Reſq; probat:letiq; genus,nouitaſq; furoris.

Hūc igit Echo cū diligeret:neq; illa uiā potiūdi inueniret cura:& ſolicitudine iuuenis:quē extremis uocib⁹ p ſequebat fugiētē extabuit,eiuſq; reliquiæ corporis in lapidē cōuerſę ſūt. Q d'ei incidit iunonis ira.quia garrulitate ſua eam ſępe eſſet morata,ne iuppiter in mōtib⁹ pſequēs nymphas manifeſto dephēdi poſſet. Fertur Echo filia iunōis ob deformitatē mōtib⁹ recōdita:neq; ei⁹ pter uocem iſpici poſſe: quę tamē poſt obitum audit. ¶ Ille p Aonias: Bœotias. Aonia enim pars ē Bœotię mōtana ab Aone rege cognominata. Hęc autem inferuntur, ut cōmodius fabulæ cōiungantur. ¶ Irreprehenſa:uera,quæ nihil poterat reprehēdi. ¶ Vociſq; data:conceſſæ artis uaticinādi. ¶ Temptamina:experimēta. ¶ Cærula Liriope:Narciſſi in florem eiuſdē nominis mutationem referre incipit poeta. Nam Liriope nympha Oceani ac Tethyos filia a cephiſo fluuio compreſſa Narciſſū peperit:quem Tireſias cōſultus a matre:ad maturam ſenectutē peruēturum:ſi ſe non noſſet, prędixit. Id uero cū ambiguū uideretur,exitu,tandem fuit comprobatū. Narciſſus enim omnū formoſiſſimus adoleſcēs:cum omnes ſperneret amantes: ſeq; ipſe in fōte uidiſſet:ita ſui ipſi⁹ exarſit amore:ut paulatim fuerit cōſumptus. Eius uero cadauer cum nymphæ rogo iponere uellet: ipſum in florem cōmutatū; animaduertunt:quem a iuuenis nomine narciſſum uocarūt. Cephiſus(ut diximus) fluui⁹ eſt bœotiæ adiacens paludi quę ab ipſo Cephiſis appellat. Hoc autem loco pro deo fluminis ipſius accipitur. ¶ Nymphe:cum ſit nominatiui caſus ſine diphthōgo ſcribatur. ¶ Iam tum: ab infantia uſq; maximam præferebat pulchritudinem Narciſſus.

Raph. aonia — Liriope — Narciſſus — Cephiſus

Nam quater ad quinos unum Cephiſius annos
Addiderat: poteratq; puer, iuueniſq; uideri.
Multi illum iuuenes, multæ cupiere puellæ:
Sed fuit in tenera tam dura ſuperbia forma:
Nulli illum iuuenes, nullæ tetigere puellæ.
Aſpicit hunc trepidos agitantem in retia ceruos
Vocalis nymphæ: quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipſa loqui didicit reſonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo, non uox erat: & tamē uſum
Garrula non alium, q̄ nunc habet. oris habebat:
Reddere de multis ut uerba nouiſſima poſſet:
Fecerat hoc Iuno: quia cum deprendere poſſet
Sub Ioue ſæpe ſuo nymphas in monte iacentes:
Illa Deam longo prudens ſermone tenebat,
Dum fugerent nymphæ, poſtq̄ Saturnia ſenſit:
Huius ait linguæ, qua ſum deluſa: poteſtas
Parua tibi dabitur, uociſq; breuiſſimus uſus:
Req; minas firmat: tamen hæc in fine loquendi
Ingeminat uoces: auditaq; uerba reportat.
Ergo ubi Narciſſum per deuia rura uagantem
Vidit & incaluit, ſequitur ueſtigia furtim,
Quoq; magis ſequitur: flamma propiore caleſcit
Non aliter, q̄ cum ſummis circumlita tædis
Admota rapiunt uiuacia ſulfura flammas.
O quoties uoluit blandis accedere dictis:
Et molles adhibere preces: natura repugnat:
Nec ſinit incipiat, ſed quod ſinit. illa parata eſt
Expectare ſonos: ad quos ſua uerba remittat.
Forte puer comitum ſeductus ab agmine fido
Dixerat: hic quis adeſt? & adeſt reſpōderat Echo:
Hic ſtupet: atq; aciem partes dimiſit in omnes:
Voce ueni magna clamat, uocat illa, uocantem.
Reſpicit: & rurſus nullo ueniente, quid inquit
Me fugis? & totidem quod dixit uerba recepit,
Perſtat: & alternæ deceptus imagine uocis,
Huc coeamus ait: nulliq; libentius unq̄
Reſponſura ſono, coeamus retulit Echo.
Et uerbis fauet ipſa ſuis: egreſſaq; ſilua
Ibat: ut iniiceret ſperato brachia collo.
Ille fugit: fugienſq; manus complexibus aufert:
Ante (ait) emoriar, q̄ ſit tibi copia noſtri.
Retulit illa nihil: niſi ſit tibi copia noſtri.
Spreta latet ſiluis: pudibūdaq; frondibus ora
Protegit: & ſolis ex illo uiuit in antris.
Sed tamen hæret amor, creſcitq; dolore repulſæ,
Et tenuant uigiles corpus miſerabile curæ:
Adducitq; cutem macies: & in aera ſuccus
Corporis omnis abit. uox tantum, atq; oſſa ſuperſunt,

Raph. ¶ Nam quater ad quinos: hoc eſt unū & uiginti annos natus erat. ¶ Puer: ꝓpter pulchritudinem. ¶ Iuuenis: propter magnitudinē. Erat enim magnus & formoſiſſimus: quę quidem rara eſt felicitas. ¶ Aſpicit: hūc fabulā īterponit de Echo nympha compoſitam: cui primum hoc ira Iunonis euenit: ut ultimas tm̄ de uocib⁹ auditis referret. Deinde cū a narciſſo (cuius amore ardebat) ſpreta eēt: in lapidem ita fuit ɔuerſa: ut uox ſine corpore remāſerit in mōtibus: ultima uerborum auditorū repetēs. ¶ Reſonabilis Echo: uerbū de uerbo expreſſit. Nā Echo dici poteſt reſonātia. ¶ Corp⁹ adhuc Echo: nondum ī quit corpus Echo ī lapidem erat commutatū. Nūc enim ſola uox ſentitur. ¶ Et tamen uſum: Quāuis inqt Echo nympha eſſet corpore prędita: aliū tñ uſum linguę q̄ nūc habeat, nō habebat: nā ultimas ſolū uoces referebat. ¶ Fecerat hoc Iuno: unde id incōmodi habuerit Echo (ut nouiſſima ſolū uerba referret) expōit poeta. Iuno igitur fuit in cā uidens ſe ſæpius illius nugis deluſam eſſe ac impeditam, ne Iouem cum nymphis coeūtem deprehenderet. ¶ Sub Ioue ſuo iacētes: cum Ioue marito ſuo coeūtes. ¶ Poſtq̄ Saturnia ſenſit: q̄ ſubaudiatur. Sic enī in ſoluta oratiōe loquimur. Quod poſteaq̄ Iuno Saturni filia ſenſit & cognouit. ¶ Req; minas firmat: re ipa & effectu minas exeqt. ¶ Reportat: reperit, & refert. uias ſiluas. ¶ Incaluit: amore illius capta fuit. Incaleſcere Amore nanq; incaleſcere aliquē, ut inflammari & ardere dicim⁹. ¶ Circūlita: circūpoſita. ¶ Eſt autē periphraſis ſulfuratorū lignorum. ¶ Viua cia ſulfura: quæ difficulter corrumpuntur. Hac autem ſimilitudine oſtē dit Echo quo ꝓpinquior narciſſo erat, eo magis ardore inflammatam eſſe. ¶ O quoties uoluit: hac interiectione ſignificatur uehementia amoris: quo Echo narciſſum proſequebatur. ¶ Accedere: adire. ¶ Blandis dictis: uerbis blanditiarū plenis, quibus amatores uti cōſueuerunt. ¶ Molles p̄ces: ab effectu preces dicitur molles. q̄ illis homines mites, manſueti q; redduntur. ¶ Natura repugnat: neq; enī prior loqui poterat ſic uolēte Iunone: ſed ultima tātum uerba referebant. ¶ Nec ſinit incipiat: hoc eſt illā incipere non permittit. ¶ Seduct⁹: ſeparatus. alias deceptus. ¶ Comitū ab agmine fido: hypallage eſt. Ab agmine enim & turba fidorum comitum narciſſum itelligimus receſſiſſe. ¶ Aciem: oculorum ſubaudiamus. ¶ Recepit: accepit, audiuit. ¶ Alternæ uocis: alternatim emiſſe primum a narciſſo: deinde ab Echo. ¶ Huc coeam⁹: cōueniamus huc in hunc locum: ſed Echo eādē quidem uocem refert: ſed non eandem ſignificationē. Coire Coire nāq; & conuenire & concūbere ſignificat: qua in ſignificatione ab Echo fuit repetitum: ut aperte q̄ ſequuntur, oſtēdūt. ¶ Et uerbis fauet ipſa ſuis: hoc eſt ſua uerba re ipa cōprobat & confirmat. ¶ Quā ſit tibi copia noſtri: q̄ me potiri poſſis: & in tua poteſtate habere. ¶ Protegit: occultat: aūbi defendit. ¶ Solis in antris: deſertis ſpelūcis. ¶ Hæret: remanet. ¶ Tenuant: extenuāt, & macilentum reddūt. ¶ Vigiles curæ: ab effectu q̄ homines dormire non ſinant. ¶ Adducit: contrahit: diminuit. ¶ Omnis ſuccus: totus ſanguis. ¶ Superſunt: reſtant.

¶ Oſſa ferunt





Vox manet: oſſa ferunt lapidis traxiſſe figuram.
Inde latet ſiluis: nulloq; in monte uidetur.
Omnibus auditur: ſonus eſt qui uiuit in illa.
Sic hanc, ſic alias undis, aut montibus ortas
Luſerat hic nymphas: ſic coetus ante uiriles.
Inde manus aliquis deſpectus ad æthera tollens,
Sic amet ipſe licet. ſic non potiatur amato:
Dixerat, aſſenſit precibus Rhamnuſia iuſtis.
Fons erat illimis nitidis argenteus undis,
Quem neq; paſtores, neq; paſtæ monte capellæ
Contigerant: aliud ue pecus: quem nulla uolucris,
Nec fera turbarat, nec lapſus ab arbore ramus.
Gramen erat circa: quod proximus humor alebat:
Siluaq; ſole locum paſſura tepeſcere nullo.
Hic puer, & ſtudio uenandi laſſus, & æſtu
Procubuit: faciemq; loci, fontemq; ſecutus.
Dumq; ſitim ſedare cupit. ſitis altera creuit.
Dumq; bibit uiſæ correptus imagine formæ:
Spem ſine corpore amat. corpus putat eſſe qđ ūbra ē.
Ac ſtupet ipſe ſibi: uultuq; immotus eodem
Hæret: ut a pario formatum marmore ſignum.
Spectat humi poſitus geminum ceu lumina ſydus:
Et dignos Baccho digitos: & Apolline crines:
Impubeſq; genas, & eburnea colla, decuſq;
Oris, & in niueo mixtum candore ruborem.
Cunctaq; miratur: quibus eſt mirabilis ipſe.
Se cupit imprudens: & qui probat. ipſe probatur.
Dumq; petit: petitur: pariterq; accēdit: & ardet.
Irrita fallaci quoties dedit oſcula fonti?
In medias quoties uiſum captantia collum
Brachia merſi aquas: nec ſe deprendit in illis:
Quid uideat, neſcit. ſed quod uidet. uritur illo:
Atq; oculos idem qui decipit: incitat error.
Crudele quid fruſtra ſimulacra fugacia captas?

Raph. ¶ Oſſa ferunt lapidis traxiſſe figuram: ideſt oſſa feruntur in lapides fuiſſe conuerſa. ¶ Inde latet ſiluis: ex eo inquit tpe: quo oſſa in lapides fuerunt commutata, ſic latet in ſiluis Echo, ut ab omnibus quidē audiatur: ſed a nullo uideatur. ¶ Son⁹ eſt qui uiuit in illa: ſcite dixit. Nam Echo nihil aliud eſt q̄ ſonus: a quo etiā deducta eſt. Nam Echo ἀπὸ τοῦ ἦχυ, qui eſt ſonus. deriuatur.

Echo

Fabulæ ſextę tertii libri argumentum.

Lactā ¶ Sic hanc, ſic alias &c. narciſſum tunc ſupra dictum ob nimiam crudelitatem. quā in Echo exhibuerat: Nemiſis ultrix faſtidientium. in amorē ſui impulit: ut non minore flamma ille exureret. Qui cum ex aſſidua uenatione fatigatus iuxta fontem in opaco procubuiſſet: & hauriens aquam imaginem ſui conſpexiſſet: & diutius ibi remoraretur: nouiſſime tabuit: ita ut uita priuaret: ex cuius reliquiis flos extitit: Quē naiades nymphæ flētes caſum fratris narciſſi nomen eius adnotauerunt.

Raph. ¶ Luſerat: illuſerat. ¶ Sic coetus ante uiriles Sic inquit ante dū eſſet puer multos uiros eius amore captos illuſerat. Narciſſus. ¶ Inde: ex illa narciſſi ſupbia. ¶ Aliquis deſpectus: quidam contemptus. ¶ Sic amet ipſe licet: utinam inquit ipſe Narciſſus ſic amare poſſit: ut nunq̄ amato potiatur. ¶ Rhamnuſia Rhānuſia Nemeſis Rhamnuſia: a Rhamnunte pago & regione Atticę, ubi celeberrimo tēplo colebatur dicta: quæ aduerſus ſuperbos maxime inexorabilis eſſe narratur: Cuius quidē ſtatuæ capiti corona impoſita erat (ut ſcribit Pauſanias) in qua & cerui & fortunæ parua inſignia cōtinebant. In manuum altera ramus fraxineus, in dextra phiala, in qua Aethiopes effecti erant. Statua autē illa quæ magnitudine & pulchritudine perfecta cum phidiæ operibus cōtendebat. nō minus Rhamnis cenſebatur: q̄ Marathon prælio contra Perſas commiſſo. Si autem Nemeſis Rhamnuſia dicta eſt: ut Diana Epheſia: Venus Citherea. Nemeſin uero Oceani & Thetyos filiam fuiſſe Pauſanias ſcribit. Huius Deæ ſimulachrum in capitolio quidem erat (ut ſcribit Plinius) q̄uis nomen latinum non ſit. ¶ Fons erat illimis: fontem amœniſſimū deſcribit poeta. ¶ Illimis: ſine limo. Illimis ¶ Argenteus: ut argentum nitidus & ſplendidus. ¶ Gramen: herba. ¶ Siluaq; ſole locum paſſura: ſilua inquit adeo denſa fonti iminebat, ut Solis radii nequaq̄ ad fontem penetrare poſſent. ¶ Sole nullo: nullo ſolis calore. ¶ Et æſtu: Solis feruore. ¶ Procubuit: in faciē iacuit, id quod laſſi in herboſis locis facere ſolēt. ¶ Faciē loci. amœniſſimū loci ſitum. ¶ Sitis altera: cupiditas altera, hoc eſt amor. Nihil. n. aliud eſt amor: q̄ cupiditas potiundi re amata. Amor ¶ Dumq; bibit: q; : pro quia accipienda uidetur ut exponatur. Quia dū bibit. ¶ Spē ſine corpore amat: hoc minus recte dictū eſſe uidetur. Omnis enim ſpes eſt ſine corpore: amat: hoc minus recte dictum eſſe uidetur ſed forſitan hunc locum poeta. ſi licuiſſet. erat emendaturus. Verū ſic quoq; defendi poteſt. Sperabat enim ſe eo potiturum: quod tangi non poteſt. ¶ Ac ſtupet ipſe ſibi: ſua ipſius pulchritudine ſtupet Narciſſus. Signum: ſtatua. ¶ Pario marmore: Paros Paros inſula eſt Aegæi candidiſſimo marmore nobilis. ¶ Spectabat humi poſitus: narciſſi ſingula membra deſcribit: quo melius ipſius pulchritudinem oſtendat. Ordo eſt autem: Spectat lumina & oculos ceu geminum ſydus: qua ſimilitudīe pulcherrimos Narciſſo oculos fuiſſe poeta demonſtrat. ¶ Impubes genas: imberbes, ac ſine ulla prorſus lanugine. ¶ Eburnea colla: cādida. ſic ut eburnea uiderentur. ¶ Pariterque accendit & ardet: hoc eſt una & urit & uritur. In hac uero deſcriptione ualde poeta laſciuit. ¶ Irrita oſcula uana. nihil enim præter aquam tangebat. ¶ Captantia: captare & comprehendere conantia, neque enim captabant. ¶ Incitat: ſtimulat ad amandum. ¶ Credule quid fruſtra: credul⁹ Miſeratione quadam poeta motus uidetur cōuertere ſermonem ad narciſſum: Credulus autem dicitur qui facile & nimium credit. ¶ Simulacra fugacia captas: imaginem fugientem.

Quod petitis eſt nuſq̃, quod amas, auertere, perdes.
Iſta repercuſſæ, quam cernis: imaginis umbra eſt.
Nil habet iſta ſui: tecum uenitq;, manetq;.
Tecum diſcedet: ſi tu diſcedere poſſis.
Non illum Cereris, non illum cura quietis
Abſtrahere inde poteſt: ſed opaca fuſus in herba
Spectat inexpleto mendacem lumine formam,
Perq; oculos perit ille ſuos, paulumq; leuatus
Ad circunſtantes tendens ſua brachia ſiluas,
Ecquis Io ſiluæ crudelius inquit amauit?
Scitis enim: & multis latebra opportuna fuiſtis.
Ecquem; cum ueſtræ tot agantur ſæcula uitæ:
Qui ſic tabuerit longo meminiſtis in æuo?
Et placet, & uideo: ſed quod uideoq;, placetq;:
Non tamen inuenio, tantus tenet error amantem)
Quoq; magis doleam. non nos mare ſeparat ingens:
Nec uia, nec montes, nec clauſis mœnia portis.
Exigua prohibemur aqua cupit ipſe teneri.
Nam quoties liquidis porreximus oſcula lymphis:
Hic toties ad me reſupino nititur ore.
Poſſe putes tangi, minimum eſt ꝙ amantibus obſtat.
Quiſquis es huc exi. quid me puer unice fallis?
Quoue petitus abis? certe nec forma: nec ætas
Eſt mea quam fugias: & amarunt me quoq; nymphæ.
Spem mihi neſcio quam, uult promittis amico:
Cumq; ego porrexi tibi brachia? porrigis ultro.
Cum riſi arrides. lachrymas quoq; ſæpe notaui
Me lachrymante tuas, nutu quoq; ſigna remittis:
Et quantum motu formoſi ſuſpicor oris:
Verba refers aures, non peruenientia noſtras.
Iſte ego ſum: ſenſi, nec me mea fallit imago.
Vror amore mei, flammas moueoq;, feroq;:
Quid faciam? roger, an ne rogẽ? quid deinde negabo?
Quod cupio, mecum eſt: inopem me copia fecit,
O utinam a noſtro ſecedere corpore poſſem.
Votũ in amãte nouũ eſt. uellẽ, qd' amamus abeſſet.
Iamq; dolor uires adimit nec tempora uitæ
Longa meæ ſuperant: primoq; extinguor in æuo.
Nec mihi mors grauis eſt poſituro morte dolores.
Hic qui diligitur: uellem diuturnior eſſet,
Nunc duo concordes anima moriemur in una.
Dixit: & ad faciem rediit male ſanus eandem:
Et lachrymis turbauit aquas: obſcuraq; moto
Reddita forma lacu eſt: quam cum uidiſſet abire:
Quo refugis? remane: nec me crudelis amantem
Deſere: clamauit: liceat quod tangere non eſt:

Raphael ¶ Quod petis eſt nuſq̃: ac ſi diceret nihil eſt id quod cupis. Secundum autem eorum loquitur opinionem, q corpora ſolum eſſe putãt. ¶ Quod amas auertere, perdes: hoc eſt auerte a fonte uultum tuu3: quem amas: & ipſum ſtatim amittes. Eſt enim imperatiui modi auertere. Admonere enim eum uidetur: ut uultum auertat: ſicq; cognoſcet ſe umbrã amar. ¶ Repercuſſæ: ab aqua remiſſæ. ¶ Nil habet iſta ſui: iſta imago quã cernis nil habet ꝓprii: ſed tota a te pẽdet. ¶ Cereris: cibi. ¶ Quietis: ſomni. ¶ Opaca herba: umbroſa. ¶ Inexpleto lumine: oculis, qui nõ poterant ſatiari. ¶ Mendacem formam: falſam adoleſcẽtis figurã.

Ecquis ¶ Ecquis Io ſiluæ: exclamatio eſt cũ interrogatione hominis uehementer affecti. Eſt autẽ ſola dictio ecquis & per e ſcribitur: nõ per i: ut fere in exemplaribus eſt deprauatũ. Io uero dolentis hoc loco eſt iterlectio: alibi bacchantis & gaudentis.

¶ Scitis enim: parentheſis eſt: qua oſtendit Narciſſus ſe merito ſiluas rogare: an aliquem ſic tabeſcere uiderint. ¶ Multis latebra opportuna fuiſtis: hoc eſt multis amãtibus latebras præbuiſtis: ut commode ſuis amoribus frui poſſent.

Opportunum ¶ Opportuna: cõmoda. ¶ Ecquem cum ueſtræ: ordo eſt. Ecquem meminiſtis in lõgo æuo qui ſic tabuerit & paulatim conſumptus ſit. ¶ Tot ſecula: ſiluæ enim multa ſecula uiuunt.

Sæculũ Sæculum autẽ centum annorum ſpatiu3 dicitur.

Tabeſcere ¶ Tabuerit: paulatim conſumptus ſit. Tabeſcere nanq; eſt paulatim deficere & abſumi. A tabe autem deriuatur quæ humorũ corruptio eſt, qua corpora ad extremam maciem deducuntur. ¶ Tantus tenet error amante3: acclamatio eſt qua ſe in maxima miſeria conſtitutũ eſſe oſtẽdit. Narciſſus: cu3 quem amat, inuenire non poſſit.

Mœnia ¶ Nec mœnia: mœnia a muniendo dicunt, & ea ſunt proprie, quæ urbem cingunt, quamq̃ & priuata ædificia ſignificent. ¶ Teneri: amplecti. ¶ Reſupino ore: ſurſum uerſo ore. ¶ Puer unice: ſingularis. Neminem enim alium tanta pulchritudine præditum eſſe putabat. ¶ Petitus: expetitus, exoptatus. ¶ Fugias: faſtidias. ¶ Aſperneris: renuas. ¶ Feroq;: patior & tolero. ¶ Inopem me copia fecit: ſtulte dictum eſſe uitur. Oximoron autem a grẹcis uocatur: quod q̃uis fatuum uideatur: acutus tamen ineſt ſenſus. copia enim inopem fecit Narciſſum: quia quod in ſe ipſo erat, potiri & frui non poterat.

Votum ¶ Votũ nouũ: cupiditas noua & inuſitata: ut qd quis amat longe abs ſe cupiat abeſſe. ¶ Superãt: ſuperſunt reſtant. ¶ Primo in æuo: in prima ætatis meę parte. Adoleſcens enim adhuc erat narciſſ?. ¶ Nec mihi mors grauis eſt: nec mihi inquit moleſta eſt mors quippe: quæ meis doloribus finem ſit ĩpoſitura. Diuturnior eẽ: diutius uiuere. ¶ Nunc duo concordes: unanimes. ¶ Ad eandem faciem: ad eandem imaginẽ.

Facies Facies enim interdum pro totius corporis forma: interdum pro imagine ponitur. ¶ Male ſanus: iſanus & demens. ¶ Moto lacu: turbato fonte.

Lacus Lac? enim dicitur etiam fontium receptaculum. Lacus quoq; uas eſt in quo uuæ calcantur. Tibullus Et pleno pinguia muſta lacu. ¶ Liceat quod tangere nõ eſt Aſpicere: hoc eſt permitte me aſpicere id quod tangere impoſſibile eſt.

Eſſe Nam hoc uerbũ eſt, cum infinito iunctu3 ſignificat poſſibile eſt.

¶ Miſero



Aſpicere: & miſero præbere alimenta furori.
Dumq; dolet: ſumma ueſtem diduxit ab ora:
Nudaq; marmoreis percuſſit pectora palmis.
Pectora traxerunt tenuem percuſſa ruborem,
Non aliter, q̃ poma ſolent: quæ candida parte,
Parte rubent, aut ũt uariis ſolet uua racemis
Ducere purpureum nondum matura colorem,
Quæ ſimul aſpexit liquefacta rurſus in unda:
Non tulit ulterius. ſed ut intabeſcere flauæ
Igne leui ceræ, matutineq; pruinæ
Sole repente ſolent: ſic attenuatus amore
Liquitur: & tecto paulatim carpitur igni.
Et neq; iam color eſt mixto candere rubori:
Nec uigor, & uires, & quæ modo uiſa placebant:
Nec corpus remanet: quondam quod amauerat Echo
Quæ tamen ut uidet (q̃uis irata, memorq;)
Indoluit: quotieſq; puer miſerabilis heheu
Dixerat: hæc reſonis iterabat uocibus heheu.
Cumq; ſuos manibus percuſſerat ille lacertos:
Hæc quoq; reddebat ſonitum plangoris eundem,
Vltima uox ſolitam fuit hæc ſpectantis in undam.
Heu fruſtra dilecte puer. totidemq; remiſit
Verba locus, dictoq; uale. uale inquit & Echo.
Ille caput uiridi feſſum ſubmiſit in herba:
Lumina mors clauſit domini mirantia formam.
Tum quoq; ſe, poſtq̃ eſt inferna ſede receptus:
In ſtygia ſpectabat aqua. planxere ſorores
Naiades, & ſectos fratri impoſuere capillos.
Planxerunt Dryades. plangentibus aſſonat Echo.
Iamq; rogum, paſſaſq; faces, feretrumq; parabant.
Nuſq̃ corpus erat. croceum pro corpore florem
Attulerat famam: nomenq; erat auguris ingens:
Spernit Echionides tamen hunc ex omnibus unus:
Contemptor ſuperum Pentheus: præſagaq; ridet
Verba ſenis: tenebraſq;: & cladem lucis ademptæ
Obiicit. ille moués albentia tempora canis
Quam felix eſſes: ſi tu quoq; luminis huius:
Orbus ait, fieres: nec Bacchica ſacra uideres.
Nanq; dies aderit, quam non procul auguror eſſe,
Qua nouus huc ueniet proles Semeleia Liber:
Quem niſi templorum fueris dignatus honore
Mille lacer ſpargere locis: & ſanguine ſiluas
Inueniunt foliis medium cingentibus albis
Cognita res uatis meritam per Achæides urbes

¶ Et miſero furori: ab effectu miſer dicitur furor: q miſeros homines faciat, qui illo uexantur. Miſeri autem ſunt qui amant: ut Plautus quoq; in Aſinaria teſtatur. ¶ Diduxit: diuiſit. ¶ Ab ore ſummo: ſic quidem legitur. Sed ab ora ſumma forſitan ab Ouidio fuit ſcriptũ: ut a ſuperiore extremitate ueſtem fuiſſe diductam intelligamus. Nam ora uniuſcuiuſq; rei (non ſolum terrarum) extremitas appellatur. ¶ Marmoreis palmis: manibus ut parium marmor candidis. ¶ Pectora traxerũt: conceperunt. ¶ Tenue3 percuſſa ruborem: exiguum. Duplici autem ſimilitudine qualis eſſet rubor illi oſtẽdit. ¶ Liquefacta in unda: in liquida aqua. ¶ Non tulit ulterius: dolore3 ulterius ferre non potuit. ¶ Intabeſcere: paulatim liqueſieri & abſumi.

Pruina ¶ Matutinæ pruinæ: pruina ros eſt congelatus. ¶ Attenuatus: extenuatus, macer factus. ¶ Liquitur: liqueſcit, ac paulatim conſumitur. ¶ Et tecto carpitur igni: occulto amore cruciatur. Tale eſt illud Virgilianu3, Et cæco carpitur igni. ¶ Et uires: nõ aduerbium ſubaudiatur ut intelligamus. & uires non remanent. Eſt enim hypozeuma. ¶ Quamuis irata memorq;: ſe a Narciſſo fuiſſe ſpretam: Eſt autem ordo. Quæ tamen indoluit, ut uidit, quãuis irata eſſet.

Miſerabilis ¶ Miſerabilis: miſerandus: ac miſericordia dignus. ¶ Plangoris: percuſſionis.

Narciſſus in florem. ¶ Locus: Echo quæ in illo erat loco. Continens enim pro contento per metonymiam poſitum eſt. ¶ Summiſit: depoſuit.

Naiades ¶ Planxere ſorores Naiades: fleuerũt nymphæ fontium & fluminum: quæ ſorores uidentur eſſe. Naiades enim fontium ac fluuiorum nymphę dicuntur, ἀπὸ τοῦ νάειν: hoc eſt a fluendo. ¶ Et ſectos fratri impoſuere capillos: id eni3 in luctu mulieres facere ſolebant.

Feretrũ ¶ Feretrum: capulum quo cadauera efferuntur. ¶ Quaſſaſque faces: ſciſſas. Faces nar que cadaueribus præferebantur. ¶ Croceum flore3: Narciſſum florem coloribus depingit. Nam croceus cum ſit foliis candidis cingitur. Eſt autem idem cum lilio: ut Theophraſtus in libro de plantis.

Fabulæ ſeptimæ tertii libri argumentum.

Lactã. ¶ Cognita res uatis &c. Pentheus Echionis & Agaues filius in contẽptũ trahens prædicta Tireſiæ auguris: cum in aduentu Liberi Thebani hedera redimiti procederent: prohibet ſuos Penthe? parere monitis: qd negaret ex Semele Bacchum Deũ proditũ. Cõfeſtim itaq; famulis ĩperat: ut in cõſpectũ ſuum Liberũ uinctu3 attrahãt at ille ut ueſanientẽ3 cluderet. uerſus in acœtem ducitur uinctus: & cuſtodia clauditur.

Raph. ¶ Cognita res: expoſitus quemadmodum tyrrheni quidam nautę bacchum contemnentes in delphinos mutati fuerũt & alia quædam. & penthei regis Thebarum impietatem & cædem narrat: ut fabulæ melius cõiungantur.

Achęia ¶ Per Achęides urbes: achaicas. Eſt enim forma patronymica pro poſſeſſiua. achęia regio eſt gręcię Peloponneſo contermina. Secunda uero huius nominis ſyllaba cum diphthongo ę eſt ſcribenda.

Pẽthe? ¶ Echionides pentheus: pentheus Echionis & Agaues fuit filius: qui dum Bacchum contemneret: eiuſque ſacra in Cithærone ſpectaret: a matre, aliiſque bacchis putantibus ipſum eſſe aprum: fuit dilaceratus. Pentheus autem ἀπὸ τοῦ πένθους: hoc eſt a luctu fuit cognominatus. ¶ Verba preſaga: quę futura ſignificabant. ¶ Cladem lucis ademptę: cęcitatem. ¶ Obiicit: exprobat. ¶ Quam non procul auguror eſſe: hoc eſt, quam puto atq; uaticinor prope eſſe. ¶ Nouus Liber: innuit poeta alium quoque Bacchum

Fœdabis:matremq; tuam,matriſq; ſorores.
Et ueniet:neq; enim dignabere numen honore,
Meq; ſub his tenebris nimium uidiſſe quereris.
Talia dicentem perturbat Echione natus.
Dicta fides ſequitur:reſponſaq; uatis aguntur.
Liber adeſt,feſtiſq; fremunt ululatibus agri.
Turba ruit,mixteq; uiris matreſq;,nuruſq;,
Vulguſq;,& proceres ignota ad ſacra feruntur
Quis furor anguigenæ proles Mauortia ueſtras
Attollit mentes? Pentheus ait:æra ne tantum
Aere pulſa ualent?& adunco tibia cornu?
Et magicæ fraudes:ut quos non bellicus enſis:
Non tuba terruerit,non ſtrictis agmina telis,
Fœmineæ uoces,& mota inſania uino,
Obſcœniq; greges,& inania tympana uincant?
Vos ne ſenes mirer?qui longa per æquora uecti
A Tyro hac profugos poſuiſtis ſede penates:
Nunc finitis ſine Marte capi?uos acrior ætas
O iuuenes,propiorq; meæ,quos arma tenere
Non thyrſos;galeaq; tegi:non fronde decebat?
Eſte precor memores,qua ſitis ſtirpe creati:
Illiuſq; animos,qui multos perdidit unus
Sumite ſerpentis.pro fontibus ille:lacuq;
Interriit.at uos pro fama uincite ueſtra.
Ille dedit læto fortes.uos uincite molles.
Et patrium retinete decus:ſi fata uetabunt
Stare diu Thebas:utinam tormenta:uiriq;
Mœnia diruerent:ignis,ferrumq; ſonaret.
Eſſemus miſeri ſine crimine:ſorſq; querenda:
Non cælanda foret,lachrymæq; pudore carerent,
At nunc a puero Thæbe capientur inermi:
Quem neq; bella iuuant:nec tela,nec uſus equorum,
Sed madidus Mirrha crinis,molleſq; coronæ,

Bacchi tres. uetcrem & antiquum fuiſſe. Nam(ut ſcribit Diodor⁹) quidam unum duntaxat:alii tres Dionyſius & Bacchos fuiſſe putarunt:ſua cuiq; geſta attribuētes: ac primum Indum fuiſſe aiunt:cum exercitu orbem peragrans & uitem plantare: & ex uua uinum torculari exprimere omnium primus mortales docuit:pluraq; alia ad uſuȝ hominum excogitata effecerunt,ut p Deo coleret. Secūdū ex Ioue & Proſerpina:uel ut alii ſentiūt ex Cerere genituȝ ferūt qui prim⁹ boues ad arā dum iunxiſſe narratur: quam ob rem illius ſtatuis cornua apponebantur. Tertium ex Ioue & Semele Cadmi filia natum aiunt:q ſpecie decorus inter mulierum choreas ſumma cū uoluptate nutritus fuit,atq; educatus. Fœminarū deinde: quas thyrſis armauit:exercitu congregato orbeȝ terrarū peragrauit:eos,q pie,iuſteq; uiuerēt,ſacra myſteriaq; docens. Feſtos præterea ubiq; dies publice celebrari:choreaſq; agi & muſicam exercēri artem iſtituit. Poſtremo ſedatis inter oēs nationes urbeſq; diſcordiis,belliſq; ubiq; ſublatis,pacem omnibus largitus eſt. Quoſdaȝ uero ob ſupbiam,impietatēq; ipſum contemnentes,iactanteſq; bacchas ꝑpter incontinentiam & libidinem ab ipſo circunduci. Cerimonias uero ac myſteria ad corruptelam externarum mulierum adinuenta,merita pœna affecit: quorum in primis fuit Pētheus. Hęc & multo plura Diodor⁹ de baccho. Ouidius uero quæ ab aliis duobus quoque geſta fuere Baccho ſoli Iouis & Semeles filio attribuere uidetur.

Rapha. ¶Matriſq; ſorores:Ino & Autonoe. Hæ nanq; una cū agaue matre Pentheum dilacerarunt. ¶ Perturbat:interpellat:impedit ne plura loquatur. ¶ Aguntur: peraguntur,perficiuntur. ¶ Liber adeſt : Bacchus aduenit: qui idcirco Liber dr̄:q curis mentē liberet merum. Orgia autem & bacchi ſacra tam eleganter deſcribit: ut facile ab omnibus percipi poſſint. ¶ Feſtis ululanb⁹: clamoribus. Qui eniȝ Bachi ſacra celebrarant in furorem acti tympanorum,tubarūq; ſtrepitu:ita clamabant, ut ululare uiderent. ¶ Ignota ad ſacra : qbus alias nunq̄ interfuerant. ¶ Quis fu.ang.hac orōne Pētheus conat̄ deterrere Thebanos a ſacrificiis bacchi celebrādis. Idcirco aūt eos & anguigenas & plem Mauortiā uocat:q a Draconis dentibus:q in tutela Martis erat: originem ducāt. Per qd quidē ſignificat eos nullū cū mollibus uiris uino ac libidini deditis cōmerciū hr̄e debere. ¶ Attollit:aufert. ¶ Aera ne tm̄: ærea uaſa. ¶ Aere repul. ſæpius ferreis bacculis pcuſſa. ¶ Et adūco:aut.cū ꝑpoſitio ſubaudiat̄.aut pro genitiuo ablatiuus eſt poſitus.

Magicę artes ¶ Et ma. frau.magicę artes dr̄t: q̄ carminibus ac ueneficiis mentes hoīum puertūt,efficiūtq;.ut eſſe uideant̄.q̄ nō ſūt. A magis aūt q lingua Perſarū ſapientes dicunt̄ ſunt denriuatæ. Zoroaſtres uero ipſe primus magicæ uanitatis inuētor fuiſſe dr̄. ¶ Strictis telis:nudis enſib⁹. ¶ Agmina:acies,exercitus. ¶ Terruerit:aūt ſubaudiat̄,eſt aūt a malo ri ad minus argumentū. ¶ Obſcœni q; gre.turpis ac libidine corrupta multitudo. ¶ Et ina.tym.uin. Tympanum Tympanū inſtr̄ȝ ex pellib⁹ cōfectū.quo bacchę in ſacris bacchi utebant̄. Dictū ē aūt tympanum παρατό τύπτω: qd ē percutio,m lr̄æ pditiōe. ¶ Vos ne ſe. mi. ſermonē ꝯuertit ad ſocios Cadmi:q una cū ipſo Phœnicē patriāq; relinquētes tādē p uaria pericula in Bœotiā peruenerūt. ¶ A Tyros Ty. Tyros iſula ē Phœniciæ adiacens:a Tyro Phœnicis filio dicta. Eſt et Tyros Laconię urbs & iſula i mari rubro. Eſt ꝑterea urbs Indiæ Tyros atq; Lydiæ. ¶ Vos ne ac.æt.ſenſus ē:uos ne mirer o iuuenes: quoruȝ ętatē robuſtiorem magis decet arma q̄ thyrſos tenere. Eſt āt ordo uos ne mirer o iuuenes: quoruȝ acriorē ętatē,ꝑpioremq; meæ decebat tenere arma. ¶ Nō th.thyrſi haſtę erant Thyrſi pāpinis ornatę quas bacchi ſacerdotes geſtabāt. Vn̄ et bacch⁹ thyrſiger uocat̄. Seneca i Hedea. Cādida thyrſigeri ꝑles. ¶ Qua ſtir.ac ſi diceret originē uos ducere a Martio ſerpēte memētote: q ſolus multos interfecit, ut fonteȝ ſuū tutaret̄. ¶ Ille de.le.for. argumentū eſt a maiori. Eſt aūt antitheton,molles.n.fortibus opponuntur. ¶ Dedit le.interfecit. ¶ Vuiā tor.inſtr̄a ſunt bellica a torquēdis lapidibus,aliiſq; miſſilibus dicta. ¶ Sine cr.ſine culpa. ¶ Sorſq;q.hoc eſt ſors nr̄a lamētatione qdem digna foret:nō uituperatione. ¶ Non cæ.nō occultāda pp uituperationē. ¶ Sed ma.my.cr. hoc eſt ſed capillus unguēto delibutus. Myrrha gen⁹ eſt aromatis quo unguenta commendantur. Habitum autem Bacchi ita deſcribit:ut molliſſimus uideatur.

¶Et pactis



Purpuraq;,& pictis intextum ueſtibus aurum:
Quem quidem ego acturum,modo uos aſſiſtite:cogā
Aſſumptumq; patrem,commentaq; ſacra fateri.
An ſatis Acriſio eſt animi contemnere uanum
Numen:& Argolicas uenienti claudere portas?
Penthea terrebit cum totis aduena Thebis:
Ite citi(famulis hoc imperat)ite ducemq;
Attrahite huc uictum:iuſſis mora ſegnis abeſto:
Huc auus:hunc Athamas,hunc cætera turba ſuorum
Corripiunt dictis fruſtraq; inhibere laborant.
Acrior admonitu eſt:irritaturq; retenta,
Et creſcit rabies:moderaminaq; ipſa nocebant.
Sic ego torrentem,qua nil obſtabat eunti:
Lenius,& modico ſtrepitu decurrere uidi:
At quacunq; trabes:obſtructaq; ſaxa tenebant:
Spumeus,& feruens,& ab obiice ſæuior ibat.
Ecce cruentati redeunt:& Bacchus ubi eſſet:
Quærenti domino.Bacchum uidiſſe negarunt.
Hunc dixere tamen comitem,famulumq; ſacrorum
Cœpimus,& tradunt manibus poſt terga ligatis,
Sacra Dei quondam Tyrrhena gente ſecutum
Aſpicit hunc Pentheus oculis:quos ira tremendos
Fecerat;& q̄q̄ uix pœnæ tempora differt:
O periture,tuaq; aliis documenta dature
Morte ait:ede tuum nomen.nomenq; parentum.
Et patriam,moriſq; noui cur ſacra frequentes,
Ille metu uacuus:nomen mihi dixit Acœtes.
Patria Mœonia eſt,humili de plebe parentes,
Non mihi quæ duri colerent pater arua iuuenci,
Lanigeroſq; greges:non ulla armenta reliquit:
Pauper & ipſe fuit,linoq; ſolebat,& hamis,
Decipere,& calamo ſalientes ducere piſces,
Ars illa ſua cenſus erat,cum traderet artem:
Accipe quas habeo ſtudii ſucceſſor,& hæres
Dixit,opes:morienſq; mihi nil ille reliquit,
Præter aquas.unum hoc poſſum appellare paternum.
Mox ego,nē ſcopulis hærerem ſemper in iiſdem:
Addidici regimen dextra moderante carina
Flectere:& Oleniæ ſydus pluuiale capellæ;

Raph. ¶Et pictis ueſtibus:uerſicoloribus: uariorum colorū.
Actutū ¶ Quem quidem ego actutum:ſtatim: ſine illa mora. Minatur Pentheus ſe bacchum ita eſſe torturum:ut cū fateri ſit coacturus:& quem habeat uerum patrem : & cur ea ſacra confinxerit. ¶ Commentaq; ſacra: cōficta
Cōminiſci. Comminiſci nanq; confingere eſt; unde commentum pro cōfictione apud Terentium. Atq; illis commentum placet. ¶ An ſatis Acriſio: exemplo probat bacchum facile poſſe repelli. Nam Acriſius
Acriſi⁹. rex argiuorum Baccho clauſit urbis portas:neq; illius ſacra admittere uoluit. Acriſius autem abātis argiuorum regis filius fuit:ac pater Danaes a Ioue amatę. Hic cum a Prœto fratre regno fuiſſet pulſus:a Perſeo nepote fuit reſtitutus : a quo tn̄ poſtea inuito(dū luderet diſco) fuit itereptus: ut i ſequēti uolumie narrat Ouidius. ¶ Aduena bacchum aduenā cōtemptus gratia appellat Penthe⁹. Neq;.n.eum Semeles & Iouis filiū eſſe credit. ¶ Cum totis Thebis:cum omnibus Thebanis. Continens enim pro contento per metonymiā ſæpenumero ponitur. Eſt autem interrogatiue cum magna indignatione legēduȝ. ¶ Famulis hoc imperat: parenthesis eſt: qua declarat poeta quibus mādauerit Pentheus:ut uinctum adducerent Bacchū. ¶ Hunc:auus:Cadmus. ¶ Hunc athamas: aeoli filius fuit athamas Cadmi gener. ¶ Acrior ꝓteruior: contumacior ¶ Moderamina : ſeniorum admonitiones. ¶ Sic ego torrenteȝ:pulchra ſimilitudine declarat Penthei aduerſus ſeniorum admonitiones ꝓteruitatem. Vt enim inquit torrentes uiolentiores fiunt ubi aliquid ipſis obiicitur, ſic Penthei furor monitis ſeniorum magis : magiſq; creſcebant.
Torrēs Torrens autem dicitur fluuius qui æſtate ſiccatur. ¶ Obſtructa:oppoſita. ¶ Obiice:obiectione. ¶ Sæuior.uiolentior. ¶ Ecce cruētati redeūt:famuli ad bacchū
Tyrrhena. comprehendendum miſſi ſanguinolenti ſunt reuerſi. Quoſdam enim ex bacchi comitibus uulnerauerant. ¶ Quærenti domino: tyranno, ¶ Tyrrhena gente: Thuſca. Naȝ Thyrrheni populi ſunt Italiæ,q & Thuſci dicuntur,& Tyrrhenia quæ thuſcia uocatur.

Fabulæ.viii.ix.x.&.xi.tertii libri argumentum.

Lacta. ¶Aſpicit hūc Pentheus &c. Acœtes ſupradictus Liberi comes:cuius ſub imagine Deus latuerat:eludēs Penthea idicat regi:quia exigeret nomē genuſq; artis ſuæ: & quāta uis apparuerit in Libero:quo tēpore petens Naxon in Thyrrhenos incideret, ab his enī propter eximiaȝ pulchritudinem captus pro prę da impoſitus nauigio ē. Qui ut uidit in aliam ſe duci regionem : armamēta nauis in feras ac ſerpētes conuertit: Quo ꝓdigio exterriti Tyrrheni in pelag⁹ ſe ꝓcipitauere ac in delphinos & aues ſe mutauere. Poſt hęc iteruȝ cuſtodia claudit:quę cum ſponte Dei patuiſſet : & uincla a manibus defluxiſſent in montem Cythærona digreditur: ibiq; Agauera matrem eius alienatam furore adiuuantibus ſororibus Ino & autonoe impellit: ut ſacra proterenteȝ ſua interimat manu.
Raph. ¶Differt : profert: protrahit ac prolongat. Significatur autem pentheus maximo agitari furore:ut qui ſubito de immerito ſuo mere ſupplicium uellet. ¶ Documēta:exēpla. ¶ Noui moris:ritus. Nam bacchus ea cuȝ primum ab India cum triūpho reuertēs inuehebat ſacra. ¶ Frequētes:celebres & colas. ¶ Patria Mæonia ē.Lydia:ac poſt⁹ Thuſcia, Lydii nāq; duce Tyrrheno Atyos filio penuria frugū laborātes(ut narrat Herodotus)coloniā i Italiā deduxerūt. ¶ Non mihi q̄ duri:cur ſacra bacchi ſit ſecut⁹ Acœtes exponit,id quod ultimo loco a tyrāno fuerat rogatus. ¶ Linoretibus, quæ ex lino conficiuntur: Significat aūt patrē ſibi fuiſſe piſcatorē. ¶ Ars illi ſua cenſus erat hoc eſt nullis aliis diuitiis pater meus q̄ arte cenſebat̄, atq; inter capite cenſos numerabat̄:q nullū prorſus pa- Capite trimonium habebāt. ¶ Studii:artis & inſtituti. ¶ Præ- cenſi. ter aquas:in qbus piſcaret. ¶ Et Oleniæ capellę.amal- Amaltheam captam dicit:q̄ Iouē aluiſſe fertur : ac propterea thea. in cælum ſublata inter ſydera cum geminis hædis fuit

collata, in cuius ortu & occaſu maxime pluuiæ ſolent eſſe. Olenos autem (ut inquit Igin.) urbs eſt bœotiæ ut alii Achaiæ: in qua Amalthea nutritas merito Olenia uocatur capella. Vnde Ouidius in Faſtorum quinto. Naſcitur Oleniæ ſignum pluuiale capellæ. Ea uero enumerat Acœtes: quorum maxime periti eſſe debent nauium gubernatores.

Olenos

Taygetemq; Hyadaſq; oculis, Arctonq; notaui:
Ventorumq; domos: & portus puppibus aptos.
Forte petens Delon Chiæ telluris ad oras.
Applicor, & dextris adducor littora remis:
Doq; leues ſaltus, nudæq; immitor harenæ.
Nox ubi conſumpta eſt: Aurora rubeſcere primo
Cœperat: exurgo. laticeſq; inferre recentes
Admoneo, monſtroq; uiam, quæ ducit ad undas.
Ipſe quid aura mihi tumulo promittat ab alto
Proſpicio: comiteſq; uoco: repetoq; carinam.
Adſumus en inquit ſociorum primus Opheltes,
Vtq; putat prædam deſerto nactus in agro:
Virginea puerum ducit per littora forma.
Ille mero, ſomnoq; grauis titubare uidetur:
Vixq; ſequi ſpecto cultum faciemq; gradumq;
Nil ibi quod credi poſſet mortale uidebam,
Et ſenſi: & dixi ſociis, quod numen in iſto
Corpore ſit dubito: ſed corpore numen in iſto eſt.
Quiſquis es o faucas: noſtriſq; laboribus adſis:
His quoq; des ueniam. pro nobis mitte præcari.
Ditys ait, quo non alius conſcendere ſummas
Ocyor antennas, prenhenſum rudente relabi,
Hoc Libys, hoc flauus proræ tutela Melanthus,
Hoc probat Alcimedon: & qui requiemq; modumq;
Voce dabat remis animorum hortator Epopeus,
Hoc omnes alii (prædæ tam cæca cupido eſt)
Non tamen hanc ſacro uiolari pondere pinum
Perpetiar dixi: pars hic mihi maxima iuris.
Inq; aditu obſiſto. fuerit audaciſſimus omni:
De numero Lycabas: qui thuſca pulſus ab urbe
Exilium dira pœnam pro cæde luebat.
Is mihi dum reſto: iuuenili guttura pugno
Rupit: & excuſſum miſiſſet in æquora: ſi non
Hæſiſſem, quis amens in fune retentus.
Impia turba probat factum. tum deniq; Bacchus
(Bacchus enim fuerat) ueluti clamore ſolutus
Sit ſopor: aquæ mero redeant in pectora ſenſus.
Quid facitis? quis clamor ait? qua ducite nautæ
Huc ope perueni? quo me deferre paratis?

Raph. Taygeſ.

Taygeten: una eſt ex Pleiadibus. Taygete: per quam totum Pleiadum (quæ latine, Vergiliæ dicunt) ſydus oſtenditur. Fuit etiã Taygeta Agenoris filia. Vnde Taygetus Laconiæ mons: qui & Taygeta dicitur: fuit appellat⁹. Hyadas: latine Suculæ quidem dicuntur: nõ ἀπὸ τῶν ὕων idest a ſuibus (ut priſci illi Romani parum græci ſermõis adhuc periti putarũt) ſed ἀπὸ τοῦ ὕειν: hoc eſt a pluendo Hyades ſũt appellatæ: quod ortu & occaſu pluuias inducunt. Sunt autem ſtellæ in fronte Tauri collocatæ. Arcton: urſam, per quam ſeptentriones qui nunquam occidunt ſignificat. Ventorumq; domos: hoc eſt quatuor mũdi partes: unde flare dicuntur uenti: Orientẽ. Occidentem. Meridiem. Septentrionem. Nã Eurus in oriente. Zephyr⁹ in occidente. Auſter ad meridiem. Boreas ad ſeptentrionem domos habere ĩ primo a poeta narrantur. Chiæ telluris ad oras: ad litus Chii inſulæ. Eſt enim Chios clariſſima Ionum inſula: cũ eiuſdem nominis urbe a Chio oceani filio cognominata. Vel a niue: quæ χιὼν græce dicitur: uel a Chione nympha. Eſt et urbs Cariæ Chios, & Cheroneſi: & Eubœæ. Sane ſciendum primam ſyllabam in primitiuo corripi, in deriuatiuo uero produci. Adducor littora: eleganter nomini detracta prepoſitio uerbo eſt adiecta. Latices recentes: recentem aquam. Inferre: in nauem. Admoneo: ſocios ſubaudiamus. Vtq; putat: quia fallebatur Opheltes: ideo putaſſe cum inquit poeta. Nam fere qui putare dicuntur, decipiuntur. De Hymno autem Homeri in bacchum hæc omnia Ouidius ſumpſiſſe uidetur: quæ de baccho in

hyadas

Bacchus in puerũ

Chios.

Putate

puerum mutato hoc loco ſcribuntur. Titubare uidetur: uacillare mero, ſomnoq; ſimulabat ſe bacchus: ne a nautis Deus eſſe cognoſceretur. Tametſi bacchus temulentus: & oſcitans, ac a ſomno languentibus oculis fere fingantur. Vixq; ſequi: poſſe ſubaudiatur. Vix inquit uidebatur eos ſequi poſſe: qui ipſum ducebant. Gradumq;: greſſum. Nil ibi quod credi poſſet: ex cultu, facie, & ingreſſu coniectat Acœtes puerũ illum non mortalem, ſed Deum eſſe. Ad ſis: auxilio ſis. His quoq; des ueniam: parcas iis qui te hunc tanquam prædam attraxerunt. Pro nobis mitte præcari. Acœtis ſocii putantes ſe puerum non Bacchum cœpiſſe: non modo nolunt ipſum precari: ut ſibi det ueniam: ſed Acœtis quoq; preces ægre ferunt. Quare bacchum irridentes atq; contemnentes in delphinos omnes fuerunt conuerſi. Antennas ſummas: antennarum ſummitates. Sunt autem antẽnæ ligna unde uela dependent. Rudente: fune nautico. Relabi: deſcendere. Prædæ tam cæca cupido eſt: acclamatio in cæcam ſociorum auaritiam. Non tamẽ hanc: hypallage eſt, ut intelligamus. Non patiar ſacrum pondus & numẽ hac naue uiolari: quod certe fieret. ſi ui ueheretur. Pars hic mihi maxima iuris: maxima inquit pars huius nauis eſt mea. Hic: in hac naue. Inq; aditu obſiſto: in ipſo inquit ingreſſu reſiſto. ne in nauem inducatur puer. Dira pro cæde: propter crudelem occiſionem. Homicidium nanq; perpetrarat. Dũ reſto: dum reſiſto. Excuſſum. impulſum. Amẽs: turbatus. Impia turba: ſociorum. Probat factum: approbat & laudat percuſſionem & iniuriam mihi illatam. Bacchus enim fuerat: parentheſis eſt exponens puerum illum non prædam: ſed bacchum fuiſſe. Veluti clamore ſolutus Sit ſopor: tanquam inquit ſomnus bacchi clamore & ſtrepitu nautarum ſolutus foret. Aque mero: hoc eſt poſt ebrietatem. Qua ope: cuius opera.

Antẽne

Pone



Raph. Prore⁹ Naxos.

Pone metum Proteus: aut eſt nomen proprium unius ex Tyrrhenis nautis: aut eum ſignificat. qui præeſt. Siſtere: exponeris & collocaberis. Naxo ait Liber Naxos inſula eſt Aegei Cycladum clariſſima: quæ & Dionyſias dicta fuit: ut inquit Solinus: uel quod hoſpita Baccho fuerit: qui Dionyſius cognominatur: uel uini fertilitate alias Cycladas uincat. Vnde Virgilius. Bacchatamq; iugis Naxon: Dicta eſt autem Naxos (ut quidam ſcribunt) a Naxo earum duce: qui illam tenuerunt: uel a Naxo Endymionis filio. Euphorion uero παρὰ τὸ νάξαι quod eſt ſacrificare. Aſclepiades quidem narrat Naxias mulieres ex omnibus ſolas octo menſium pueros parere: uel q̄ & Bacchus ipſe cum octo menſium eſſet natus feratur: uel q̄ Iuno baccho reconciliata: hoc munere Naxias mulieres, & maxime bacchi ſacris deditas, ſic proſecuta: uel q̄ ibi fons eſt ex quo certo anni tempore uinũ fluit ſuauiſſimum: cuius hauſtu partus accelerat. Eſt etiam Naxos urbs Siciliæ ſane iſula aliis quoq; nominibus appellatur. Nã (ut ſcribit Plinius) illam & Strongylen & Diã & Siciliam minorem & calipolin uocitarũt. Aduertite: conuertite. Quis te furor: uexat, uel ſimile uerbum ſubintelligatur. Pro ſe quiſq; timet: unuſquiſq; inquit pro ſe eſt ſollicitus: ne Naxon deuehatur. Moderamina: gubernacula. Sceleris: quia Deus contra promiſſa fallebatur. Te ſcilicet ironia qua ſignificat Ethalion ſe quoque ſcire nauem gubernare. Scilicet: certe, ac fere ſemper illuſionem ſignificat. Virgili⁹. Scilicet hic ſuperis labor eſt. Tanquam modo deniq;: tanquam nunc ſolum, & non antea: cum tamen a principio ſe decipi cognouerit. Nõ hæc mihi littora nautæ: Pulchra illuſio: qua ſignificat Bacchus ſe ualde timere: cum eos omnes præter unum Acœtem ſit in delphinos conuerſurus. Iam dudum flebam: iam a principio querelarum Bacchi: Acœtes inquit lachrymas continuere nõ poteram. Manus impia: multitudo impiorum. Præſentior: magis propiti⁹ & qui magis precibus ac uotis adſit. ex affectu hoc dictum eſt. Vnicuiq; enim Deus quem colit maximus uidetur. Quam ueri maiora fides: ſenſus eſt iuro me tibi relaturum uera: quamuis fide maiora, & q̄ ut credi poſſint, uideantur. Stetit æquore puppis: nauis inquit immota permanſit in mari. Remorum in uerbere: in remigio perſeuerat. Velaq; deducunt: diſſoluunt uela quando remis nihil proficiebant. Gemina ope: duplici auxilio & remorum & uelorum. Diſtingunt: uariant & pingunt. Impediunt hederæ remos: ne moueri poſſent. Hederæ autem (quæ eſt baccho dicata) ineſtius quæ mentes in furorem agit: ac ſine uino ebrietatem inducit: ut in Problematis Plutarchus ait. Hederæ igitur ſic remos impediebant: ut nautas in furore agerent. Bacchus & ipſe & ei⁹ ſacerdotes hedera coronabantur quo ad libidinem promptiores redderentur. Vnde & a græcis κιττὸς uocatur ἀπὸ τοῦ κιττᾶν: ut ſcribit Euſtachius: quod ſignificat pronum in libidinem ferri. Corymbis: uuæ hederarum corymbi dicuntur. Vuis racemiferis: uitibus racemos ferentibus. Vas: enim pro uitibus poſuit. Agitat: concutit, ad terrorem nautis incutiendum. Haſtam uelatam: thyrſi eſt periphraſis. Thyrſus nanq; haſta eſt pampinis uelata & cooperta. Quem circa tigres: anaſtrophe eſt. Circa. n. prepoſitio ante ferenda poſtponit. Tigres aũt & lynces feræ ſunt baccho dicatæ: quas idcirco nautarum oculis obieciſſe bacch⁹ eſt uiſus: ut earum aſpectu territi ĩ mare deſilirent. Pictarum pantherarũ: fera eſt panthera pellem habens uariis maculis diſtinctam. Exiliere uiri extra nauem in mare intelligamus. in delphinos autem fuere tranſmutati, q̄ oium piſciũ fuit uelociſſimi. Lingua his eſt cõtra naturã aquatiliũ mobilis: p uoce gemitus humano ſimilis dorſum repãdũ: roſtrũ ſimũ. Qua de cã noie Simonis delectant. Mulcent & ſono & cantu: puerorum amore capiunt. hoiem enim nõ expaueſcit. Nigreſcere, qa in delphinem mutabat. Delphinum uero pellis nigreſcit

Pone metum Proreus; & quos contingere portus
Ede uelis dixit: terra ſiſtere petita.
Naxon ait Liber curſus aduertite ueſtros.
Illa mihi domus eſt. uobis erit hoſpita tellus,
Per mare fallaces, perq; omnia nomina iurant.
Sic fore: meq; iubent pictæ dare uela carinæ.
Dextera Naxos erat, dextra mihi lintea danti,
Quid facis o demens? quis te furor inquit Opheltes?
Pro ſe quiſq; timet: leuam pete maxima nutu
Pars mihi ſignificat, pars quid uelit aure ſuſurrat.
Obſtupuit: capiatq; aliquis moderamina dixit
Meq; miniſterio ſceleriſq; artiſq; remoui.
Increpor a cunctis: totumq; immurmurat agmen,
E quibus Ethalion te ſcilicet omnis in uno
Noſtra ſalus poſita eſt (ait) & ſubit ipſe, meumq;
Explet opus: Naxoq; petit diuerſa relicta.
Tum Deus illudens tanq; modo deniq; fraudem
Senſerit: e puppi pontum proſpectat adunca:
Et flenti ſimilis: non hæc mihi littora nautæ
Promiſiſtis (ait) non hæc mihi terra rogata eſt.
Si puerum iuuenes, ſi multi fallitis unum?
Iamdudum flebam lachrymas manus impia noſtras
Ridet: & impellit properantibus æquora remis:
Per tibi nunc ipſum (neq; enim præſentior illo
Et Deus) adiuro tanto tibi uera referre,
Quam ueri maiora fide. ſtetit æquore puppis;
Haud aliter q̄ ſi ſiccum uale teneret.
Illi admirantes remorum in uerbere perſtant:
Velaq; deducunt: geminaq; ope currere tentant.
Impediunt Hederæ remos, nexuq; recuruo
Serpunt: & grauidis diſtinguunt uela corymbis.
Ipſe racemiferis frontem circundatus uuis
Pampineis agitat uelatam frondibus haſtam.
Quem circa tigres, ſimulacraq; inania lyncum,
Pictarumq; iacent fera corpora pantherarum.
Exiliere uiri, ſiue hoc inſania fecit:
Siue timor: primuſq; Medon nigreſcere cœpit:

Naxiæ mulieres,

hedera

corymbi

Thyrſus

Panthera

Delphinorum natura

Raph. Spinæ curuamine: dorſi incuruatione. Lati rictus: lata ora. Panda naris: ſima, recurua. Trahebat paulatim ſuſcipiebat ſquamã. Obuertere: conuertere. Reſilire: retrocedere, & abbreuiari. Pinnas: quæ brachia æ græcis dicuntur, quibus piſces natant. Dare brachia ad intortos funes: brachiis & manibus funes tortos apprehendere. Repandus: incuruus. Trunco corpore: brachiis mutilato. Falcata: in falcis ſimilitudinem figurata. Sinuantur: curuantur. Multa aſpergine: multa reſperſione. Delphinum luſus naturamque deſcribit. Nam (ut Plinius ait) mira eſt inter delphinos ſocietas. Et inter ſe namque ludunt: & minores natu ſemper aliquis grandior comitatur: ut cuſtos: ubique fuit mortuum portare ne laceraretur a belluis. Capiis denique quarum poſſunt opitulantur. Inque chori ludunt ſpeciem: in ſimilitudinem multitudinis hominum ludentium. Chorus enim dicitur conuentus ſaltantium & cantantium ἀπὸ τῆς χαρᾶς: hoc eſt a gaudio: ut Plato ſcribit. Vixque mei firmat: cum difficultate inquit meum corpus confirmat Bacchus: ut tremere ceſſaret. Chiam inſulam ſubaudiamus. Et enim adiectiuum. Acceſſi ſacris: adiunctus ſum Bacchi ſacris. Longis ambagibus: longis nugis. Solidis i tectis: i carcere nulla ex parte peruio: ac preterque per ianuam ingreſſum non habenti. Preſtat Echionides: Pentheus Echionis filius. Feſtus Cithæron: mons eſt (ut diximus) Bœotiæ Cithæron Baccho dicatus, ad facienda ſacra accommodatus. Bacchantum: bacchi ſacra celebrantum. Sonabat: reſonabat: ſtrepebat. Vt fremit acer equus: Pentheum equo belliccoſo ſimilem eſſe ait. Aere canoro: periphraſis

Pinnæ — Chorus — Cithæron

Corpore depreſſo, & ſpinæ curuamine flecti
Incipit: huic Lycabas in quæ miracula dixit
Verteris? & lati rictus, & panda loquenti,
Naris erat: ſquammaque cutis durata trahebat.
At Libys obſtantes dum uult obuertere remos:
In ſpatium reſilire manus breue uidit: & illas
Iam non eſſe manus: iam pinnas poſſe uocari.
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit, truncoque repandus in undas
Corpore deſiluit: falcata nouiſſima cauda eſt:
Qualia dimidiæ ſinuantur cornua Lunæ.
Vndique dant ſaltus: multaque aſpergine rorant:
Emerguntque iterum, redeuntque ſub æquora rurſus,
Inque chori ludunt ſpeciem: laſciuaque iactant
Corpora: & acceptum patulis mare naribus efflant.
De modo uiginti (tot enim ratis illa ferebat)
Reſtabam ſolus, pauidus, gelidusque tremente
Corpore: uixque meum firmat Deus, excutere dicens
Corde metum: Chiamque tene. delatus in illam
Acceſſi ſacris: baccheiaque ſacra frequento:
Præbuimus longis Pentheus ambagibus aures,
Inquit: ut ira mota uires abſumere poſſet.
Præcipitem famuli rapite hunc: cruciataque diris
Corpora tormentis ſtygiæ dimittite morti.
Protinus abſtractus ſolidis Tyrrhenus Acœtes
Clauditur in tectis: & dum crudelia iuſſæ
Inſtrumenta necis, ferrumque, ignesque parantur:
Sponte ſua patuiſſe fores: lapſasque lacertis
Sponte ſua fama eſt: nullo ſoluente cathenas.
Perſtat Echionides, nec tam iubet ire: ſed ipſe
Vadit: ubi feſtus facienda ad ſacra Cithæron
Cantibus, & clara bacchantum uoce ſonabat.
Vt fremit acer equus cum bellicus ære canoro
Signa dedit tubicem pugnæque aſſumit amorem:
Penthea ſic ictus longis ululatibus æther
Mouit: & audito clamore recanduit ira.
Monte fere medio eſt cingentibus ultima ſiluis,
Purus ab arboribus ſpectabilis undique campus.
Hic oculis illum cernentem ſacra profanis
Prima uidet: prima eſt inſano concita curſu:
Prima ſuum miſſo uiolauit Penthea Thyrſo
Mater: & o geminæ clamauit adeſte Sorores.
Ille Aper in noſtris errat qui maximus agris:
Ille mihi feriendus Aper: ruit omnis in unum
Turba furens: cunctæ coeunt: trepidumque ſequuntur.
Iam trepidum: iam uerba minus uiolenta loquentem
Iam ſe damnantem, iam ſe peccaſſe fatentem.
Saucius ille tamen fer opem matertera dixit
Autonoe: moueant animos Actæonis umbræ.

tubæ. Signa pugnandi. Ictus æther: aer impulſus & percuſſus. Longis ululatibus: magnis bacchantum clamoribus. Mouit ad iram concitauit. Recanduit: iterum eſt inflammata. Monte medio: in medio Cithærone. Vltima: extremas montis partes. Purus ab arboribus: carens arboribus. Spectabilis undique: qui undique & ex omni parte poterat ſpectari. Oculis profanis: non initiatis: non ſacris. Eſt autem hypallage. Illum, n. profanum intelligimus: profanis uero ſacra Bacchi ſpectare non licebat; unde & orgia dicta ſunt ἀπὸ τοῦ εἴργειν: hoc eſt a phibendo & arcendo: quia illinc prophani ac illis non initiati arcerentur: tametſi quidam ἀπὸ τοῦ ὀργάδων: hoc eſt a locis arboribus conſitis & humidis: in quibus celebrabantur, orgia denominata eſſe putent. Prima eſt inſano: repetitio hæc eſt pertinet: ut oſtendat Pentheum ira bacchi potiſſimum a matre cœpiſſe lacerari. Mater agaue. O geminæ ſorores Ino & Autonoe. Adeſte: aduenite. Ille aper Pentheus matri bacchi furore correptæ aper eſſe uidebatur. Trepidum: timidum ac trepide fugientem: qui paulo ante tam ſuperbus, tamque contumax erat. Autonoe matertere Soror namque Agaues erat Autonoe, materque Actæonis. Vmbræ manes Actæonis: quem a canibus dilaceratum paulo ante legimus.

Orgia

Illa



Raph. Illa quis Actæon neſciit: Bacchæ namque furore numinis correptæ omnia obliuiſcebantur: neque ſuos ab aliis dignoſcebant. Inoo raptu: reciſione ab ino facta. Nam ino alteram Penthei manum abſcidit: ab ino enim ino us deriuatur. Trunca uulnera: ſic quidem corrupte legitur. Nam uulnere ſcripſit Ouidius: ut trunca ad brachia referamus. Deiectis membris: reciſis membris: & in terram præciſis. Vlulauit clamores: ululatum luporum ſimilem emiſit.

Vlulat

Illa quis Actæon neſciit: dextramque precantis
Abſtulit, Inoo lacerata eſt altera raptu.
Ille etiam matri cum brachia tendere uellet,
Non habet infelix, quæ matri brachia tendat.
Trunca ſed oſtendens deiectis uulnere membris,
Aſpice mater ait. uiſis ululauit Agaue:
Collaque iactauit: crinemque per aera mouit.
Auulſumque caput digitis complexa cruentis
Clamat: Io comites opus hoc uictoria noſtra eſt.
Non citius frondes autumni frigore tactas:
Iamque male hærentes alta rapit arbore uentus:
Quam ſunt membra uiri manibus direpta nefandis.
Talibus exemplis monita noua ſacra frequentant:
Thuraque dant ſanctasque colunt Iſmenides aras.

Eſt enim ululare luporum proprium, ab eorumque uoce uerbum eſt factum. Auulſum: reciſum. Complexa: tenens. Io comites: uox eſt bacchantium. Non citius frondes. Pulchra ſimilitudine declarat Penthei ſumma celeritate a matre, ac materteris fuiſſe dilaceratum. Quo quidem ſignificatur religionis contemptores ne apud ſuos quidem ita diis uolentibus tutos eſſe poſſe. Iſmenides: Thebanæ mulieres ab Iſmeno fluuio Bœotiæ cognominatæ.

Iſmenides

## RAPHAELIS Regii in quartum Metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes,

Fabulæ primæ quarti libri argumentum.

Lacta. At non Alcithoe Mineias &c. Thebis cum Tireſias Seueri filius dies feſtum ſacrorum liberi edixiſſet: Alcithoe Minei filia eiuſdem ciuitatis in eodem permanſit iudicio: quo Pentheus cum ſororibus: quæ ianæ potius operãde ſtudio, quam ſacrorum adeſſe uoluit. Itaque rogata eſt: ut inter opus lanificii referret fabulas quibus oblectaret aſſueum laborem: dubitabat an de babylonia quæ in piſcem conuerſa ſit: an de filia quæ ceſſit in columbam: an de Naide nympha quæ ſimiliter ceſſit in piſcem: an etiam de ea arbore, cuius poma albi coloris in ſanguineum ceſſerunt.




parent. Hæc autem phantaſia multas deſcribit fabulas poeta, ac mineidas tãdemque in Veſpertiliones conuerſas fuiſſe narrat. Mineias: Minei filia: eſt enim nomen patronymicum. Orgia: dicuntur a græcis omnia ſacra ſed proprie ſacra Liberi patris: quæ in Thracia primum ab Orpheo inſtituta a quo (ut tradit Diodo.) etiam Orphica fuerunt cognominata. Deinde ut ſcri. Lactantius in Græciam ab eodem Orpheo inducta, & in monte Bœotiæ Thebis (ubi liber natus eſt) uicino primum celebrata: qui cum frequenter Citharæ cantu perſonaret, Cithæron fuit appellatus. Illa autem primum ſolis mulieribus menſtrua patientibus celebrari ſtatuit: quo eas illo potiſſimum tempore a uiris ſepararet. Poſtea aliis quoque mulieribus ut illa celebrarent fuit permiſſum. Sed adhuc ſed etinquit poſt tam gratiam de Pentheo ſumpta ſupplicia negat Bacchum iouis eſſe filium. Socias impie, nam & ſorores ſacra Bacchi ſpernebant. Feſtum celebrare Sacerdos: aut tireſias, aut quis alius ſacerdos. Immunes operum: ab operationibus libras. Baccharum autem habitus deſcribit. Nam & ferarum pellibus induebantur, & crinibus ſolutis coronas imponebant: & thyrſos manibus iactabant.

Mineas — Orgia — citheron

## P. Ouidii Naſonis Metamorphoſeos liber. IIII.

At non Alcithoe Mineias Orgia cenſet
Accipienda Dei: ſed adhuc temeraria Bacchum
Progeniem negat eſſe iouis, ſociasque ſorores
Impietatis habet. feſtum celebrare ſacerdos
Immunes operum famulas, dominasque ſuorum
Pectora pelle tegi, crinales ſoluere uittas,
Serta comis, manibus frondentes ſumere thyrſos
Iuſſerat: & ſæuam læſi fore numinis iram
Vaticinatus erat. parent matresque nurusque,

Raph. At non Alcithoe. at particula eſt qua coniunctione libro connectitur. Sic Virg. At regina graui iamdudum ſaucia cura. Aliis quidem inquit omnes Thebanæ mulieres ſacra Bacchi celebrant, ſed Alcitoe quadam ducta temeritate ea ſpernebat: Bacchum iouis filium minime eſſe prædicabat. At quo tempore ſacra Bacchi ab aliis celebrantur, ipſa lanificio una cum ſororibus & ancillis operam dabat. Earum uero una ad leuandum laborem reliquas hortatur: ut fabularum aliquid uiciſſim

Raph. Calath? ¶Calathos:ciſtas:ac fuſorum,lanęq; repoſitoria Calath? aūt ꝓprie uas in quod ταλάρια ... hoc eſt in qd lanę tinctę reponūt,unde & nomē. Abu ſiue aliā alioꝶ quoq; eſt repoſitoriū. ¶Infecta penſa: lanas colo impoſitas,ſed nondū; filatas: uel infecta,i. tincta purpura,aliiſue coloribus.Nā ificere tingere eſt: unde infectores dicuntur tinctores.Penſum autem lana dicitur a colo pēdēs. ¶Thuraq; dant: ſacrificant. ¶Bacchūq; uocant: Bacchi nomina nomina bacchi enumerat quibus a bacchis inuocabatur.Bacchus autem dictus eſt ἀπὸ τοῦ βακχεύειν:hoc eſt ab inſaniendo q: & ipſe & eius comites furere uiderentur. ¶Bro Bromi? mius: ἀπὸ τοῦ βρέμειν: Lyęus hoc ē a fremēdo. ¶Lyę? ἀπὸ τοῦ λύειν. hoc ē a ſoluendo:q: curas ſoluat animum:unde etiam liber a noſtris fuit appellatus: q: animū a curis liberet.ue̅ ut alii uolunt ἀπὸ τῆς λύσεως. hoc eſt a ſolutione foeturæ:quia in femore

Telaſq;,& Calathos,infectaq; Penſa reponunt:<br>
Thuraq; dāt:Bacchūq; uocāt:Bromiūq;,Lyæūq;,<br>
Ignigenamq;,ſatumq; iterum,ſolumq; bimatrem,<br>
Additur his Nyſeus:indetonſuſq; Thyoneus:<br>
Et cum Lenæo genialis conſitor uuæ:<br>
Nyctelīuſq;,Eleleuſq; parens,& Iacchus,& Euan<br>
Et quæ præterea per Graias plurima gentes<br>
Nomina Liber habes tibi enī incōſumpta iuuēta:<br>
Tu puer æternus,tu formoſiſſimus alto<br>
Conſpiceris cælo,tibi cum ſine cornibus aſtas<br>
Virgineum caput eſt.Oriens tibi uictus ad uſq;<br>
Decolor extremo qua cingitur India Gange,<br>
Penthea tu uenerande,bipenniferumq; Lycurgum<br>
Sacrilegos mactas:Tyrrhenaq; mittis in æquor<br>
Corpora,tu biiugum pictis inſignia frenis<br>
Colla premis lyncum:Bacchæ,Satyriq; ſequuntur.

utebatur.ē.n.hortatis,aduerbiū. Vinū aūt hortatur ac redit hoies ad oīa aggredieda audacē:Vñ hora. Quid nō ebrietas deſignat:operta recludit. Spes iubet eē ratas: ad plia trudit inermē:Sollicitis animis onus eximit:ad docet artes.Foecūdi calices quē nō fecere diſertū? Cō Iacchus Euan tracta quē nō i paupertate ſolutū? ¶Iacchus: ἀπὸ τῆς ἰαχῆς:hoc eſt a clamore. ¶Euan:uox ē bacchātiū: qua bacchus ipſe ſignificatur. ¶Et q̄ præterea: aliis quo multis cognominibus bacchum inuocari ait poeta.Nā Euhyius,Bryſeus, Baſſareuſq; appellatur. ¶Tibi.n.incon.iuuenta: hymnū deſcribit i bacchū: qui in ipſius ſacris caueba tur. ¶Tu puer æternus: exponit quemadmodū iuuenta baccho ſit incōſumpta.Namq;.n.ſeneſcit:eo q: & puer pingebatur & nudus:q: ebrii & pueris ſimiles ſunt & omnia reuelant. ¶Tu for.al.Cōſpi.cæ.Liber pater (ut ſcribit Macro.) Sol ab antiquis eſſe creditus eſt:quā ſciās

Ignigena Ious immaturus infans fertur fuiſſe inſutus. ¶Ignigenamq;:q: ex fulminis igne genitus ſit.Latinum autē pro græco nomine poſuit.Pyrigenes enim græce dicit̄. ¶Satumq; iterum:bis ſatum.Primū in uentre Semeles:deinde in femore iouis. ¶Bimatrem: quod duas mres habuiſſe uī.& Semele(ut diximus) & iouis femur.Idcircoq; ēt dythirābos fuit appellat?:q: διὰ δύο θυρῶν:hoc eſt ꝑ duas ianuas tranſierit: & uteꝶ ſemeles & iouis femur.Bacc? aūt eo fingit̄ iouis femori inſutus (ut narrat Pli.in.yi.Nā:hiſtorię libro)q: ex Nyſa Indię mōs uetus Baccho dr ee ſacer.Nā mugos femen trāſfert. ¶Addit his nyſeus:uel a nyſa Cithęronis uertice ubi eſt a nymphis nutritū fuiſſe iā diximus:uel a ny Nyſeus ſa idię urbe clariſſima nyſeus liber pater ē appellat?. Huic uero opinioni accedere uī & pōponi? Mela. Sic n.in geographia ſcribit. Vrbiū quas incolunt indi,ſunt autē plurimę.Nyſa & clariſſima et maxima mōtiū,Meros ioui ſacer famā hic præcipuā habent.In illa genitū, in huius ſpecu liberum arbitrātr eſſe nutritū. Vñ græcis auctoribus,ut femori iouis inſutū dicerent: aut materia ſuggeſſit aut error. Hęc Mela. Cęterum ut ſcribit Dio. plures fuerunt Bacchi:quoꝶ oīum geſta in unū Thyoneus a poetis conferunt. ¶Inde tonſuſq; Thyoneus:idētō ſus.i.comatus.Sic.n.pingebat. Thyoneus uero dict? Thyades eſt bacchus ἀπὸ τοῦ θύω:qd eſt ſacrifico:ipetū facio occido:excito:feſtino:uñ ēt thyades bacchæ dr̄: ſiue Lenęus Genialiſ Genius potius a Thyone matre:q̄ ſemele:ſiue nutrice fuit dicitur. ¶Et cū lenæo ἀπὸ τοῦ ληνοῦ:hoc ē a lacu torcularis lenęus dr̄ bacchus. Genialis uuæ:genio & uoluptati accōmodatę.Genius.n.deus eſt uoluptatis:unNyctelius Eleleus genialis dr̄ uoluptuoſus. Vinū aūt inuētū,tū ꝑp pot?uoluptatē,tū quia corpus reddit ualidius:grata ſupra modū mortalibus fuiſſe phibet. ¶Cōſitor:primus.n.uinū uſum hominibus oſtēdit. ¶Nyctelius:q noctu illius ſacra celebrarēt ἀπὸ τῆς νυκτός:hoc ē a nocte. ¶Eleleuſq; pa.Elele? dict? eſt bacchus ab hac uoce ἐλελεῦ q̄ ꝓcedētes ad orgia celebrāda:ad cōferēdāq; pugnā

Vir.quoq; Georg.primo ſequi uidetur:cū inquit. Vos o clariſſima mundi Lumina labentē cælo quæ ducitis annū liber & alma Ceres. Oiū uero ſyderū Solē pulcherrimū eſſe cōſtat. ¶Tibi cū ſi.cor.aſ. Virgineum caput eſt cornua idcirco attribuunt baccho:ut ſcribit Sex. Pōpeius:q: homines nimio uino troces fiāt: modice uero ſumpto hylares ac māſueti,quales ſunt uirgines:effi ciunt:eoq; ſine cornibus bacchi caput uirgineū eſſe fingitur.Dio.uero ait cornua idcirco fuiſſe baccho attributa:q: primus omniū boues ad iugū iunxerit: quoꝶ opera iacta ſemina fruges emiſerit. ¶Oriēs tibi uict? adu uſq;:liber pater(ut hiſtorici:in primiſq; Diod. ſcribūt) primus omniū cū exercitu in quo mulieres quoq; erant furētes:i Indiā ingreſſus ſubegit:eaq; ſubegiſſe:agente nulli ūq̄ hoiū obnoxiā:ac ſola gete cōtētā: cędibus dinibuſq; uexaſſe ac polluiſſe:indeniq; magnificētiſſimū triūphū reportaſſe fert. ¶Ad uſq;: ἀνάτροφι uſq; ad eā ptē. ¶Qua decolor India.i.nigra & malicolor. Deco lor Gāges lycurg? ¶Extremo Gāge:fluui? eſt indię ultim? Gāges: Vñ Gāgetic? fin? eſt cognominat?. ¶Bipēniferūq; lycurgū:ſecurē ferētē:q: uites iddebat.Nā lycurg? iſte rex fuit Tracię,q cū i cōteptū bacchi uites ſecuri ſuccideret ſibiipſi crura amputauit.Dio.narrat bacchū ex Aſia in europā trāſituru cū licurgo thraci rege ſocietatē iniiſſe. Cum uero fœminas primū in thracia uelut ad amicos traieciſſet:mādaſſe lycurgū ſuis militibus ut bacchū aggrederent̄:ipmq; ac pellices oēs obtrūcarent.de his certior fact? liber p aquodā indigena tharope noie:cū nōdū milites trāſfretaſſēt:amicoꝶ pſidio occulte ad exercitū rediit.Lycurg? pellices aggreſſus oēs iteremiſſe dr̄.At bacch? exercitu traiecto:thracē pugna ſuperat:captūq; oculis priuatū:illū dōmeſticis cruci affixit:tharopi uero bñficii memor thraciā iperiū cōceſſit:ac ritū orgia celebrādi tradidit.Fuit ēt lycurgus lacedęmonioꝶ rex:q ipſis leges cōdidit. Alius itē fuit Nemeę regionis rex:cuius filius ab Hipſipyle thoantis regis filia educatus fert. ¶Sacrilegos:ſacroꝶ tuoꝶ uiolatores.Naq;(ut refert



refert Diodo.)bacchus orbē terrarū ſacrilegis ac deorum contemptoribus purgauit. ¶Tyrrhenaq; corpora:tyrrhenorum nautarum:ut in ſuperiore libro poeta narrauit. ¶Tu biiugum lyncum:biiugorum. Nam lyn Lyncef ces Liberis patris currum trahere dicuntur. Sunt autē feræ pellem maculis diſtinctam habentes. Vnde Vir. Quid lynces bacchi uariæ: Comitatum autē bacchi & Statius eleganter deſcribit:cum inquit. Effrenæ dextra lęuaq; ſequūtur lynces:& udamero lābunt retinacula tigres. Poſt exultantes ſpolia armentalia portant. Semineceſq; lupos:ſciſſaſq; mi mallones urſas.Nec comitatus iners: ſunt illic ira:furorq;:Et metus & uirtus:& nūq̄ ſobri? ardor: Succiduiq; gradus. & caſtra ſimillima regni. Cuirioſus cætera uideat quæ ſequuntur. ¶Satyriq; ſequuntur:Satyri(ut inquit Plinius) nihil aliud homi nis q̄ figuram habent. In Aethiopia naſcuntur adū cis naribus:aſpera corni bus fronte: pedes capri nos habentes.Illorum fal Dercetis in piſcem tatione ac iocis & riſu plurimum oblectabatur Bac. Raph. chus. ¶Quiq; ſe. periphraſis eſt Sileni:qui Bacchi fuit pædagogus: atq; educatorq:eiq; plurimum ad uirtutem & gloriam rerꝶ bellicas profuit.

Quiq; ſenex ferula titubantes ebrius artus<br>
Suſtinet:& pando non fortiter hæret Aſello.<br>
Quacunq; ingrederis clamor iuuenilis:& una<br>
Fœmineæ uoces:impulſaq; tympana palmis,<br>
Concauaq; æra ſonant:longoq; foramine buxus.<br>
Placatus,mitiſq; rogant Iſmenides,adſis:<br>
Iuſſaq; ſacra colunt:ſolæ Minides intus<br>
Intempeſtiua turbantes feſta Minerua,<br>
Aut ducunt lanas:aut ſtamina pollice uerſant:<br>
Aut hærent telæ:famulaſq; laboribus urgent.<br>
E quibus una leui deducens pollice filum<br>
Dum ceſſant aliæ commentaq; ſacra frequentant:<br>
Nos quoq;,quas Pallas melior Dea detinet:inquit<br>
Vtile opus manuum uario ſermone leuemus<br>
Perq; uices aliquid,quod tempora longa uideri<br>
Non ſinat:in medium uacuas referamus ad aures.<br>
Dicta probant:primamq; iubent narrare ſorores<br>
Illa quid è multis referat(nam plurima norat)<br>
Cogitat:& dubia eſt de te Babylonia narret<br>
Derceti:quam uerſa ſquammis uelantibus artus<br>
Stagna Palæſtini credunt coluiſſe figura:<br>
An magis ut ſumptis illius filia pennis<br>
Extremos altis in turribus egerit annos.

Silen? Sylenus autē a Sileno nyſeorum rege ori ginem duxit:qui circa lumbos caudam habuit. Quam & poſteri eius omnes geſtaſſe feruntur. ¶Ferula: ul Ferula gultum eſt leuiſſimum: quo ſenes inter ambulandum etiam nunc uti ſolent. ¶Pando:curuo. ¶Aſello:nanq; uehitur Silenus bacchum ſequens. ¶Concauaq; æra ſo.Cymbala ærea. ¶Longoq; fo. bu. Periphraſis eſt tibiæ:quæ ex buxo fieri ſolet. ¶Solæ Minides: quodam furore bacchico uidetur poeta in laudes bacchi referendas excurriſſe:quare nūc ad Mineidas illius cōtemptrices refert orationem. ¶Intus:intra domū clauſæ. cum aliæ omnes ſe in Cithæronem contuliſſent. ¶Intempeſtiua Minerua:lanificio tempori non conuenienti. Eſt autem metonymia:nam Mineruam lanificii inuentricem pro ipſo lanificio poſuit. ¶Aut la.du. aut ſubtegmen filant inquit.aut ſtamen.aut texunt. ¶Dū ceſ.al. ociantur feſta bacchi celebrantes. ¶Cōmentaq; ficta. ¶Leuemus:leue faciamus. ¶In medium. in cōmune.& uoluptatē cōem. ¶Aures ua. ocioſas. ¶Illa quid e mul. Pulchra phantaſia ad complures narrandas igredit̄ trāſformatiōes poeta. Ac eas qdē q̄ a poetis attingunt pleni?:quæ uero obſcuręſunt:minuſq; celebratę breuiſſime pcurrit:cū eaꝶ uſus nullus ſit futur?.

Fabulæ ſecundæ quarti libri argumentum.

Lact. ¶Derceti:quam uerſa &c. Docet an de Babylonia derceti filia dicat quæ in piſcem conuerſa erat.

Raph. ¶Dirce Babylonia:dirce quidē fere in exēplarib? legi

tur:egoq; hactenus ſic putaui eſſe legendū. Nūc uero & annotatione Hermolai barbari uiri in primis docti: cui? morte maximā iacturā ꝓpter diſciplinę omnes fecere:& qd in uetuſtis codicibus ſcriptū eſt: Derceti exiſtimo eſſe legendū. Nā Dercetis q̄ & δέρκετω actheſia uocat̄.& a barbaris Atergatis:Dea eſt eadē cū Rhea: quā Syri piſcium abſtinētia colunt. Vnde & nomen ut Atheneus auctor eſt: quaſi ἀτεργάτιδος hoc eſt Syroꝶ lingua ſine piſcibus. Cornutus uero ſcribit etiam columbas uetari menſis:quaſi duobus elementis naturæ maximis participante numine aeris & aquæ. Diodo. autem libro tertio. Iuxta Aſcalonem.inquit. lacus eſt ubi templū inſignis deę:quā Syri uocant Dercetum: hoc eſt δερκετοῦμ mulie bri facie:reliquū uero corpus figura piſcis:e cuius filia Semiramis a columbis educata ſit:& ob id ſacras gentiū aues eas eſſe. Verū Dercetis etiam Athar a Strabone uocatur:cui quidem Venus obuia facta amorem cuiuſdam formoſi adoleſcentis ſibi ſacrificantis iniecit: ex quo quidem cum filiā Dea ſuſce piſſet: ſui erroris pudore ducta adoleſcentem ab ſe Semiramis i columbas remouit. Filiam uero in lo ca quædam deſerta & ſaxoſa:in quibus plurimæ erāt columbæ expoſuit.Illa uero quaſi diuino nutu ab auibus fuit enutrita. At dea pudore:doloreq; cōpulſa eſt ſe in ſtagnum abiecit:& in piſcem fuit conuerſa. Vnde & Syri:& piſcibus illius ſtagni abſtinent:& templū iuxta lacum.ipſum illi deæ: quā dercetum uocant fecit hoīs:reliquis corporis partibus piſcis:ædificarſt. ¶Palæſtini:autem populi ſunt Syrię. Arabiæ conterminia Palæſtina urbe.regioneq; dicti. Stagnum ſane illud(ſi Palæſtini quod ſe dercetis abieciſſe fertur)eſt iuxta aſcalonē Syrię urbē.ut Dio.ſcribit. ¶Coluiſſe:habitaſſe.neq; mutaſſe legēdū eſt.ut in pleriſq; codicibus eſt deprauatū. ¶An magis ut ſum. Semiramis dercetis deę filia miro quodā modo a colōbis coagulato lacte e proximis paſtoꝶ mapalibus rapto nutrita fuit:unde & Semiramis fuit appellata:Nā Syroꝶ lingua ſemiramides uocātur colōbę:quas Syri ut deas colunt. Simiramis uero poſt maxima bella cōfecta:babylone q; ædificatam.cum iſidias ſibi a filio ſtruicōperiſſet.omni iniuria illi remiſſa præfectis oibus mādauit:ut filio tāq̄ regi parerēt:e ueſtigioq; euanuit.ad deos(ut creditū eſt) tranſlata. Quidā fabulant̄ illam in columbā fuiſſe cōuerſam: quoꝶ opinionem etiā; Oui.ſequitur. Cōpluribus enim colūbis domum ingreſſis & illam cum reliquis auolaſſe putant. Quo factum eſt,ut Syri columbam ut deā colāt: immortalem reginam arbitrati. Imperauit autem Semiramis uniuerſæ Aſiæ præter Indos.uixitq; annos duos & ſexaginta:cū quadraginta duobus regnaſſet.

Raph. Nais i piſcem. Mora ex albis nigra

CNais an ut cantu.Quęnā hæc fuerit nais mihi paruȝ eſt compertum.Nympha quædam quę carminibus & herbis iuuenes quoſdā ſe clamoribus infeſtātes in mutos piſces tranſmutauit,ac tandem ipſa quoq; facta eſt piſcis.¶ An q̄ po.al.Mori arboris eſt periphraſis. Morus enim arbor poma primum quidem alba,deinde nigra Pyrami ac Thisbes, ſanguine effecta ferre cœpit.Nā Pyramus iuuenis, & Thisbe puella cum domos contiguas haberent ſe mutuo amare cœperūt: cum autem ſe amplecti aliter non poſſent: egredi urbem ad conſtitutum locū decreuerunt. Quo quidē cū prior perueniſſet Thiſbe,leæna illac tranſeunte perterrefacta in antrum uicinum non fugit. Pyramus deinde adueniēs cū uelum:quod fugienti thiſbe e capite ceciderat cruētatum reperiſſet, eam putans a feris fuiſſe laceratā gladio quem ſecum habebat ſub moro arbore incubuit:cuius ſanguine quidē mora effecta fuere nigra,cum antea cādida fuiſſent. Thisbe autē ex antro egreſſa:cum Pyramuȝ uulnere confectum uidiſſet,eodem ſe gladio confodit. Sane Pyramus non ſolum uiri eſt proprium, ſed etiam fluuii nomē,qui per anguſtias Tauri montis in Ciliciam defertur. Thisbe quoq; & mulieris & urbis eſt nomen: unde Thisbeus declinatur.

Pyram⁹ & Tiſbe

Fabulæ tertiæ quarti libri argumentum:

Lacti.

CPyramus & Thisbe &c. Pyramus & Thisbe urbis Babyloniæ (quam Semiramis regina muro cinxerat) & ætate & forma pares,cum in propinquo habitarent: rima parietis:& colloquii & amoris initia inter ſe pignorati ſunt. Conſtituerunt itaq; ut a matutino ad monumētum Nini regis ſub arbore morū cōuenirent ad amorē. Et cū celerius ſub lucē Thiſbe nacta occaſionem ad deſtinatum locum ueniſſet: cōſpectu leænæ exterrita adiecto amictu in ſiluā refugit. At fera a recenti præda cum ad fontem uicinum tumulo ſitiens decurreret,relictam ueſtem cruento ore lacerauit. Poſt cuius diſceſſum Pyramus cum ad eundē ueniſſet locum:& amictum ſang uine aſperſuȝ inueniſſet exiſtimans a fera conſumptam:ferro ſe ſub arbore iter fecit. Deinde Thisbe depoſito metu,cū ad eūdem fuiſſet reuerſa locum:& comperiſſet ſe cauſam mortis adoleſcentis extitiſſe.Ne diutius dolori ſupereſſet, eodem ferro ſe traiecit.quorū cruore motus arbor aſperſa : quæ ſpectaculi fuerat inſpectrix: poma quæ gerebat alba inconſcium uertit colorem.

Nais an ut cantu,nimiumq; potentibus herbis
Verterit in tacitos iuuenilia corpora piſces:
Donec idem paſſa eſt:an quæ poma alba ferebat:
Vt nunc nigra ferat contractu ſanguinis arbor,
Hæc placet:hæc quoniam uulgaris fabula non eſt,
Talibus orſa modis,lana ſua fila ſequente,
Pyramus & Thisbe iuuenum pulcherrimus alter:
Altera:quas oriens habuit:prælata puellis.
Contiguas habuere domos:ubi dicitur altam
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbem.
Notitiam,primoſq; gradus uicinia fecit.
Tempore creuit amor,tædæ quoq; iure coiſſent:
Sed uetuere patres:quod non potuere uetare,
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.
Conſcius omnis abeſt:nutu,ſigniſq; loquuntur.
Quoq; magis tegitur,tanto magis æſtuat ignis.
Fiſſus erat tenui rima,quam duxerat olim,
Cum fieret paries,domi communis utriq;.
Id uitium nulli per ſecula longa notandum,
(Quid non ſentit amor?)primi uidiſtis amantes:
Et uocis feciſtis iter,tutæq; per illud
Murmure blanditiæ minimo tranſire ſolebant.
Sæpe ubi cōſtiterant hinc Thisbe, Pyramus illinc:
Inq; uices fuerat captatus anhelitus oris:
Inuide dicebant paries,quid amantibus obſtas?
Quantum erat,ut ſineres toto nos corpore iungi?
Aut hoc ſi nimium eſt:uel ad oſcula danda pateres.
Nec ſumus ingrati.tibi nos debere fatemur:
Quod datus eſt uerbis ad amicas tranſitus aures.
Talia diuerſa neq̄uicq̄ ſede locuti
Sub noctem dixere uale:partiq; dedere
Oſcula quiſq; ſuæ non peruenientia contra.
Poſtera nocturnos Aurora remouerat ignes:
Solq; pruinoſas radiis ſiccauerat herbas:
Ad ſolitum coiere locum:tum murmure paruo

Raph. Semiramis

CConiuguas:ſe inuicem tangentes.¶ Semiramis:nini Aſſyriorū regis uxor fuit magno mulier animo quę mortuo marito ſexum mētita:ac ſe filium eſſe ſimulans ſucceſſit: ac ut uirum geſtorum gloria ſuparet; inter ea q̄ præclara geſſit, Babylonem urbem cōdidit: cuius mœnia ambitu trecenta ſtadia & ſexaginta complectebantur: frequentibus turribus ac magnis ornata:ut Diodorus: ac fere hiſtorici & græci & latini ſcribunt.¶ Altaȝ urbem:ad murorum ac ædium magnificentiam reſpexit.qua facile alias urbes Babylō ſuperabat.¶ Coctilibus muris:latericiis & coctis lapidibus conſtructis.¶ Primoſq; gradus: primos amoris gradus uiſum & colloquium eſſe cōſtat: reliqui uero ſunt tactus,oſcula, concubitus.

Amoris gradus

¶ Tædæ iure : nuptiarū ac legittimo iure. ¶ Sȝ uetuere patres : fatue quidem hoc eſt dictum uidetur. Si enim uetuere : quomodo uetare non potuerunt? Verum acute ſimul & lepide eſt dictum. Vetuerunt enim ne nuptiarū iure coirent: prohibere autem non potuerunt ne animis:affectuq; copularentur. ¶ Tenui rima ſubtili & parua ſciſſura. ¶ Duxē [illegible] ¶ Id uitium nulli:illa inquit rima a nullo unquaȝ fuerat animaduerſa.¶ Notatū: animaduerſum. Eſt autē ordo. O amantes primi uidiſtis id uitium nulli notandum per longa ſecula. ¶ Quod non ſentit amor? parentheſis eſt rationem continens:cur amantes primi rimaȝ illam notarint.¶ Inq; uices fuerat.hoc eſt poſtq̄ uiciſſim ſuſpirauerant. ¶ Quantuȝ erat:ac ſi dicerent minimum erat: ut permitteres nos toto corpore copulari. ¶ Vel ad oſcula danda pateres : hoc eſt ſaltem aperiri tantum deberes:ut nos in uicem oſculari poſſemus.¶ Vel ſaltem:¶ Sub noctem:circa noctem:aduenīente nocte.¶ Non peruenientia contra: hoc eſt quæ ad alteram partem non perueniebant.¶ Nocturnos ignes:ſtellas quæ Aurora adueniente auferri uidentur. ¶ Pruinoſas:pruina obrutas. Eſt autem pruina ros cōgelatus.¶ Coiere:conuenire.

Rima

Pruina

CMulta



Multa prius queſti,ſtatuunt ſub nocte ſilenti
Fallere cuſtodes,foribuſq; excedere tentent:
Cumq; domo exierint:urbis quoq; tecta relinquāt.
Neue ſit errandum lato ſpatiantibus aruo.
Conueniant ad buſta Nini: lateantq; ſub umbra
Arboris,Arbor ibi niueis uberrima pomis
Ardua morus erat,gelido contermina fonti.
Pacta placent:& lux tarde diſcedere uiſa
Præcipitatur aquis:& aquis nox exit ab iiſdem
Callida per tenebras uerſato cardine Thisbe
Egreditur:fallitq; ſuos,adopertaq; uultum
Peruenit ad tumulum:dictaq; ſub arbore ſedit.
Audacem faciebat amor uenit ecce recenti
Cæde Leæna boum ſpumantes oblita rictus
Depoſitura ſitim uicini fontis in unda.
Quam procul ad Lunæ radios Babylonia Thisbe
Vidit & obſcurum timido pede fugit in antrum.
Dumq; fugit,tergo uelamina lapſa reliquit.
Vt Lea ſæua ſitim multa compeſcuit unda
Dum redit in ſiluas,inuentos forte ſine ipſa
Ore cruentato,tenues laniauit amictus.
Serius egreſſus ueſtigia uidit in alto
Puluere certa feræ:totoq; expalluit ore
Pyramus:ut uero ueſtem quoq; ſanguine tinctam
Repperit una duos inquit nox perdet amantes.
E quibus illa fuit longa digniſſima uita.
Noſtra nocens anima eſt.ego te miſeranda peremi
In loca plena metus,qui iuſſi nocte uenires:
Nec prior huc ueni.noſtrum diuellite corpus:
Et ſcelerata fero conſumite uiſcera morſu:
O quicunq; ſub hac habitatis rupe leones.
Sed timidi eſt optare necem uelamina Thisbes
Tollit:& ad pactæ ſecum fert arboris umbram.
Vtq; dedit notæ lachrymas,dedit oſcula ueſti:
Accipe nūc inquit noſtri quoq; ſanguinis hauſtus.
Quoq; erat accinctus,demiſit in ilia ferrum.
Nec mora,feruenti moriens e uulnere traxit:
Et iacuit reſupinus humo,cruor emicat alte
Non aliter:q̄ cum uitiato fiſtula plumbo
Scinditur:& tenui ſtridente foramine,longas
Eiaculatur aquas:atq; ictibus aera rumpit,
Arborei fœtu aſpergine cædis,in atram
Vertuntur faciem:madefactaq; ſanguine radix
Purpureo tinxit pendentia mora colore,
Ecce metu nondum poſito,ne fallat amantem
Illa redit,iuuenemq; oculis,animoq; requirit:
Quantaq; uitarit narrare pericula geſtit.

Raph.

CMulta prius queſti:de parentibus ſuis .¶ Nocte ſilenti:media quæ & intempeſta dicitur:quod illo tēpore omnia ſileant animalia.¶ Fallere cuſtodes:decipere ianuatū cuſtodes:q ianitores uocantur.¶ Foribus:domibus: a parte enim totum intelligimus.¶ Excedere:exire. ¶ Tecta: domos. ¶ Spatiantibus:in magno agri ſpatio obambulantibus. Nam ſpatiari nihil aliud eſt (ut ait Macrobius) q̄ in ſpatio lati itineris obambulare. ¶ Ad buſta nini:ad ſepulchruȝ nini aſſyriorum regis. Buſtum autem proprie dicitur locus:ubi cadauera cōburebantur.¶ Ardua:alta. ¶ Morus:morus autem arbor eſt : quæ (ut ſcribit Plynius) ſerotino germinatu floret:nec niſi exacto frigore germinat: ob id dicta ſapientiſſima arborum.¶ Tarde:affectum exprimit amantium: quibus dies maxime longus uidetur:in cuius noctem conuenire ſtatuerunt. ¶ Præcipitatur: aquis:in aquas Oceani: ex opinione autem uulgari hæc dicuntur. Neq; enī Sol in aquas deſcendit. ¶ Et aq̄s nox exit ab iiſdem:ubi enīȝ Sol occidit: inde nox uidetur oriri. ¶ Verſato:reuoluto: hoc eſt aperta ianua. ¶ Adopertaq; uultum: uultum coopertum habēs: ne cui forte obuiaret, agnoſceretur.¶ Dictaq; ſub arbore:conſtituta.¶ Audaceȝ faciebat amor:cauſaȝ reddit cur tam audax eſſet puella : ut noctu ſola in agro reſideret . ¶ Venit ecce recenti: Ecce aduerbiuȝ ſemper fere aliquid repentini,inſperatiq; mali ſignificat. Vt Virgilius. Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta. Hoc autem & Aſconius notat:qui ait hoc propriū eſſe Ciceronis:ut in rebus ipromiſis hac particula.Ecce.utat.¶ Oblita rict⁹:hoc ē ora ſpumātia ſāguie boū īfecta hñs.¶ Depoſitura ſitim:hoc eſt potatura ī uicino fonte. ¶ Timido pede:trepidis pedibus ac feſtinantibus. Vt enim trepidum pro timido : ſic timidum pro trepido eleganter ponitur.¶ Vt lea: poſtq̄ leæna,utroq; enim dicitur modo.¶ Compeſcuit:lacerauit . ¶ Serius egreſſus : ſero tarde quidem ſignificat : ſed ita,ut poſt amiſſam opportunitatem aliquam fere ponatur.¶ Amictus: uelum. ¶ Veſtem : uelum . ¶ E quibus illa : Thisbe : quam idcirco uitam digniſſimam fuiſſe ait Pyramus : quia & promiſſus ſtetit,& longe ante ſe ad conſtitutum locum uenit. ¶ Noſtra nocens anima eſt:animam pro uita ſæpenumero accipi notum eſt . ¶ Ego te miſeranda peremi : ſe necis Thisbes,quam a Leæna dilaniatam putabat : Pyramus cauſam fuiſſe profitetur . ¶ Peremi: necaui. cum maximo autem affectu hæc a Pyramo referuntur. ¶ In loca plena metus: cauſam aſſignat, Pyramus cur ipſe interfecit Thisben . ¶ Qui iuſſi:quia ego iuſſi . eſt enim relatiuū cauſam exprimens.¶ Noſtrum diuellite corpus : apoſtrophe ad leones a quibus Pyramus dilaceratam putabat Thisben. ¶ Sub hac rupe : ſub hoc ſaxo: in hac ſpelunca.Propinqua enim ſpelunca erat in quam refugerat Thisbe. ¶ Sed timidi eſt optare necem:cum ſibi uirtus eam confiſcat. ¶ Pactæ arboris : conſtitutæ . ¶ Ferrum : enſem per methonymiam. Ex ferro namque enſes conficiuntur . ¶ Emicat: exilit.¶ Nō aliter q̄ cum: pulchra ſimilitudine oſtēdit poeta q̄ alte ex Pyrami uulnere ſanguis exiliret . ¶ Quam cum uitiato fiſtula plumbo : fiſtula per quam aqua deducitur:ex plumbo fere fieri conſueuit: dicta ꝙ fiſtulæ & tibiæ ſimilis ſit. ¶ Vitiato plumbo:corrupto:fracto.¶ Eiaculatur:longe eiicit.

Spatiari

Buſti

Morus

Ecce

Sero

Anima

Fiſtula

¶ Atq; ictibus aera rumpit aquæ emiſſiōe aerē penetrat. ¶ Arb. rei fœtus: mora arboris illi⁹ fruct⁹. ¶ Aſpergine cædis: ſanguinis aſperſione. ¶ In atrā facit: in nigrā figurā. ¶ Madefactaq;: que copula hoc loco pro q̄ eſt accipiēda. Cauſaʒ.n. aſſignat cur mora ex albis purpurea fuerint effecta. ¶ Geſtit: cupit.

Raph. ¶ Vtq; locū: poſtq̄ locū, inquit, & uiſam arboris figuram Thisbe cognoſcit: tamen colore mororum, quæ ex albis rubicū da fuerant effecta: redditur incerta. ¶ Pomi color: fructus mori arboris color ex albo in rubicundū transmutatus. Pomum autem generale nomen eſt omnium fructuum: quicunq; in arboribus naſcitur, ſiue molles, ſiue duros cortices habeant: quāuis quidam aliter ſentiāt. ¶ Hæret: dubitat an illa ſit arbor ſub qua paulo ante ſederat. ¶ Tremebunda: palpitātia. ¶ Pulſare: percutere. Nondum enim mortuus erat Pyramus. ¶ Retroq; pedem tulit: retroceſſit. ¶ Exhorruit: turbata ē. ¶ Aequoris inſtar: ad ſimilitudinē maris. Inſtar autem indeclinabile nomen eſt: ac interdum ad ſimilitudinē, interdū ſignificat ad æquiparationem, quamuis ſine præpoſitione ponat. Virgilius. Inſtar montis equū diuina Palladis arte Aedificāt. ¶ Quod fremit: ſtrepit. ¶ Cum ſummum ſtringitur: quando in ſuperficie raditur, ac leuiter a uento attingitur. ¶ Claro plāgore: magno eiulatu. ¶ In gelidis uultibus: in frigida facie pyrami morientis. ¶ Suppleuit: impleuit. ¶ Quis te mihi caſus ademit: eripuit. Sūt autem querelæ maxime amanti conuenientes. ¶ Erexit: extulit, aperuit. ¶ Recōdidit: iterum condidit, & occultauit, & clauſit. ¶ Veſtemq; ſuam uelum ſuum quo deceptus Pyramus ſeipſum interfecerat. ¶ Ebur uacuum enſe: ideſt Eburneam uaginā enſe carentē. ¶ Tua te manus, inquit, amorq;: te ipſum, inquit, ob amorem quo me proſequaris interfeciſti. ¶ In unum: ad hoc unum, ut me ipſam interficiā. ¶ In uulnera: ad uulnera mihi ipſi inferēda. ¶ Reuelli: ſeparari. ¶ Cert⁹ amor: uerus. ¶ Non inuideatis: non prohibeatis noſtris uotis inuidentes. ¶ Cōponi:

Pomum

Inſtar

Vtq; locum, & uiſam cognoſcit in arbore formam,
Sic facit incertam pomi color: hæret an hæc ſit.
Dum dubitat: tremebunda uidet pulſare cruentū
Membra ſolum: retroq; pedem tulit: oraq; Buxo
Pallidiora gerens, exhorruit æquoris inſtar:
Quod fremit: exigua cum ſummum ſtringit aura,
Sed poſtq̄ remorata ſuos cognouit amores
Percutit indignos claro plangore lacertos:
Et laniata comas, amplexaq; corpus amatum,
Vulnera ſuppleuit lachrymis: fletumq; cruori
Miſcuit: & gelidis in uultibus oſcula figens,
Pyrame clamauit, quis te mihi caſus ademit?
Pyrame reſponde: tua te chariſſima Thisbe
Nominat: exaudi: uultuſq; attolle iacentes.
Ad nomen Thisbes oculos iam morte grauatos
Pyramus erexit: uiſaq; recondidit illa.
Quæ poſtq̄ ueſtemq; ſuam cognouit: & enſe
Vidit ebur uacuum: tua te manus inquit, amorq;
Perdidit infelix. eſt & mihi fortis in unum
Hæc manus: ē & amor. dabit hic in uulnera uires.
Perſequar extinctum: læti miſerrima dicar
Cauſa, comeſq; tui: quiq; a me morte reuelli
Heu, ſola poteras: poteris nec morte reuelli.
His tamen amborum uerbis eſtote rogati
O multum miſeriq; mei, illiuſq; parentes:
Vt quos certus amor, quos ora nouiſſima iunxit:
Componi tumulo non inuideatis eodem.
At tu quæ ramis Arbor miſerabile corpus
Nunc tegis unius: mox es tectura duorum:
Signa tene cædis: pulloſq;, & luctibus aptos
Semper habe fœtus: gemini monumenta cruoris.
Dixit, & aptato pectus mucrone ſub imum
Incubuit ferro: quod adhuc a cæde tepebat.
Vota tamen tetigere Deos: tetigere parentes:
Nam color in pomo eſt, ubi permaturuit ater.
Quodq; rogis ſupereſt: una requieſcit in urna,
Deſierat: mediumq; fuit breue tempus: & orſa eſt
Dicere Leucothoe, uocem tenuere ſorores.

condi, ac ſimul ſepeliri. ¶ Pullos: nigros. ¶ Monumēta: memoriā. ¶ Gemini cruoris: ſanguinis duorū & pyrami & Thisbes. ¶ Aptato mucrōe: appoſita cuſpide. ¶ Sublimum pectus: ad infimā pectoris partē. ¶ Ferro: enſi. quo ſeipſum pauloante trāsfixerat Pyramus. ¶ Vota: preces. ¶ Tetigere: commouere. ¶ Permaturuit: perfecte maturuit. ¶ Quodq; rogis ſupereſt: cinis & oſſa rogis ſupereſſe ſolent.

Fabulæ quartæ quarti libri argumentum.

¶ Deſierat &c. Sol præ latam Leucothoen ex Eurynome, & Orchamo Achemeniæ principe origine Beli genitam, Climene arcadi Circe matri, & Clytiæ: quarum pulchritudine ante ſollicitum animū egerat: dilexit. Et cupiens ut in antedictis cupiditatem ſedare: in ſpeciem matris puellæ Eurynomes cōuerſus uirginem deceptam dolo uitiauit. Cur adulterio Clytia, incenſa: qua nondum ſatiatus erat Sol: parenti puellę indicauit. Quam ille cū terræ defodiſſet: uitiator admiſſi miſericordiaʒ exhibēs deducto ſolo: cuiſubiecta fuerat: pro ea uirgam tinctaʒ nectare: quę gratiſſima deis, hominibuſq; eſſet, extulit: quæ thurea appellatur: & hoc, Heſiodus indicat.

¶ Deſierat: loqui ſubaudiatur & alcithoe. Finem enim ſuæ narrationi impoſuerat. ¶ Vocem tenuere: ſiluerunt. ¶ Leucothoe: ſoror alcithoes. Anteq̄ narret: quemadmodum Leucothoe Orchami regis achemeniæ, & Eurynomes filia in arborem thuris fuerit conuerſa: exponit adulterium Martis cum Venere. Sol. enim Martem olim cum Venere coeuntem Vulcano eius marito indicauit. Qui indignatus rætibus, tenuiſſimis cubile circundedit, quibus coeuntem Martem cum Venere ita implicuit: ut nullo pacto diſiūgi poſſent. Patefacto deinde cubiculo oīum deorū oculis ſpectādos ſubiecit: quare Venus idignata Soli leucothoes amorē imiſit: ut cōmodius ea potiret, ſe in matris Eurynomes figurā cōuertit. Cū uero Orchamus pater eā uiuatā eſſe indicio Clytię Solis amicę cognouiſſet: ipſam defodit i terrā. Sol uero amicā miſerat⁹: eā i thuris arborē cōmutauit.

¶ Hunc quoq;

Raph.

Leuco thoe

Vocem tenere

Raph.






Raph. ¶ Hic quoq;: ac ſi diceret, nō ſolum mortales capiunt amore: ſed dii quoq; et q̄dē clariſſimi. Videt hic Deus omnia primus cauſa ē cur Sol putet ſolum prim⁹ Martis adulteriū cū Venere uidiſſe. Quare hęc particula. nā ſubaudienda ū. Hic aūt ſēſus ex Homero ſumpt⁹ eſſe uī: ut Pli. quoq; in ſecūdo naturalis hiſtorię libro teſtat: cū ait ſolē cōmēdās hic ſuū lumē ceteris quoq; ſyderib⁹ fœnerat, pclar⁹, exim⁹ oīa, iuuēs oīa ēt exaudiēs: ut principi litterarū Homero placuiſſe in uno eo uideo. Hoc uero in duodecio Odyſſeę ſcribit Homerus. ¶ Iunonigenę: ex iunone genito, Vulcanuʒ. n. ſolū iuno ex ioue ſuſcepit. ¶ Furta: ſtupra, & adulteria: q̄ furtiʒ fiāt. ¶ Graciles: tenues atq; ſubtiles. ¶ Quę lu. falle. poſ. quę oculos decipere ualerēt. ¶ Elimat: efficit lima. ¶ Aranea: tela aranearuʒ. ¶ Vtq; leu. ta. ſignificat retia ca ita mollia fuiſſe ac flexibilia. ut ne frāgerent q̄dē ſentiri poſſent: ac facile reb⁹ oīb⁹ cederēt. ¶ Parua mo. parua obſtacula: ut parū reſiſterē uiderent. ¶ Depręſi: in re phibita īuēti. Nā deprehēdi pprie q̄s in re min⁹ honeſta dī. ¶ Lēnius: Vulcanus: q̄ cū deformis nat⁹ eſſet: Iunoniq; cōtra ioue auxilio eēt: ut ipſe iū prio Illiados natrat: ab ioue ipō, e cęlo fuit in lenū iſulaʒ pcipitam⁹: ibiq; a ſimiis fuit exceptus. ¶ Admiſitq; dos: aduocauit deos ad ſpectaculū ueneris & Martis q̄ ita ligati i lecto iacebāt: ut ſe diſſoluerē n̄ poſſet. ¶ Atq; aliqs de diis: euʒ fuiſſe mercuriū ferunt. ¶ Cythereia: uen⁹ a cytheris iſula dicta: ad quā prīmū e mari nata: ocha puēniſſe dī. ¶ Memorē pœnā: aut hypallage ē memor cythereia: aut q̄ i memoria hēbat: ut Vir. Sęuę memorē iunonis ob irā. ¶ Inq; ui. uiciſſi e otrario. ¶ Hyppione nate: Sol Hypiōis titanis: ex thia, ut ſcribit Heſio. ut uero in Hymnis Ho. ex Euryaſſa ſoror: fili⁹ fuit ſimul cū luna et aurora. Vn̄ hypionides quoq; Sol ipſe & Hyperiō noīe pris iter dū a poetis uocaī. Eſt āt apoſtrophe ad Solem. ¶ Igne nouo: amere iuſitato. ¶ Tēperi⁹: tēpeſtiu⁹. Eſt āt aduerbiū cōpatiuū: q̄d a tēpero declinari uī. ¶ Mō ſe. ici. un. iterdū, inq̄t: tardius occidis. ¶ Eoo cęlo oriētali, uñ orit Aurora: q̄ gręce ἠὼς dī. ¶ Porrigis: pducis. ¶ Brūales horas: hyemales dies. q̄ ſolēt eē breuiōrs. ¶ Vitiū mentis ægritudo ac paſſio cordis: qua fere amātes pallēt. ¶ Trāſit in lumina: pallida nāq; uidebant. ¶ Nec tibi q̄ Lunę: cām Eclypſis Solis expōit. Nā tūc ōfice re uī: cū lūa ei ſubiicit. Luna uero iſima ē planetarum. ¶ Clymene: Phaetontis mr̄. ¶ Rhodos: iſula ē Lycię adiacens Soli adeo grata ut ſp (q̄uis nebuloſo aer) aliq̄ dei hora eius radii uideāt: ut ſcribit Plini⁹. rhodos aūt ἀπὸ τοῦ ῥόδου: hec ē a roſa pp pulchritudinē (ut gcā ſcribūt) fuit appellata. Naʒ pri⁹ & Ophioſa: & a ſerenitate. Aetherea uocabat. Dio uero ait rhodō iſulā a Rhodo puella Neptūi filia ex q̄dā telchinū ſoror: q̄ pmi iſulā tenuerūt: fuiſſe appellatā. ¶ Nec tenet Acęę: pſa mr̄ fuit Cyrces: q̄ Acęa: ab Aca urbe colchorū: ū (ut Ser. ſcri.) a uoci b⁹ eoꝝ: q̄s i bruta aīalia ouertebat: fuit appellata. Aca uero n̄ ſolū Colcherū ē urbs ab Aceta Medeę pr̄e ędificata ſʒ alia quoq; ē Theſſalię ē et macedōię ſoſ ca: ut Stephan⁹ ſcribit: unde Aeęus æea declinat.

Adulteriū Veneris cū Marte

Lēnius

Cythereia

Hunc quoq; ſiderea qui temperat omnia luce
Cœpit Amor Solem: Solis referamus amores.
Primus adulterium Veneris cum Marte putatur
Hic uidiſſe Deus: uidet hic Deus omnia primus,
Indoluit facto: Iunonigenæq; marito
Furta tori, furtiq; locum monſtrauit, at illi
Et mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat
Excidit: extemplo graciles ex ære cathenas,
Retiaq;, & laqueos, quæ lumina fallere poſſent,
Elimat: non illud opus tenuiſſima uincant
Stamina non ſummo quæ pendet Aranea tigno,
Vtq; leues tactus, momentaq; parua ſequantur
Efficit: & lecto circundata collocat apte
Vt uenere torum coniunx, & adulter in unum
Arte uiri, uincliſq; nouo ratione paratis,
In mediis ambo deprenſi amplexibus hærent.
Lemnius extemplo ualuas pateſecit eburnas:
Admiſitq; Deos, illi iacuere ligati
Turpiter. Atq; aliquis de Diis non triſtibus, optat
Sic fieri turpis Superi riſere: diuq;
Hæc fuit in toto notiſſima fabula cælo.
Exigit indicii memorem Cytherea pœnam,
Inq; uices illum, tectos qui læſit amores
Lædit amore pari: quid nunc Hyperione nate,
Forma, colorq; tibi: radiataq; lumina proſunt?
Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris:
Vreris igne nouo: quiq; omnia cernere debes:
Leucothoen ſpectas: & uirgine figis in una,
Quos mundo debes: oculos, modo ſurgis Eoo
Temperius cælo: modo ſerius incidis undis:
Spectandiq; mora brumales porrigis horas.
Deficis interdum: uitiumq; in lumina mentis
Tranſit: & obſcurus mortalia pectora terres.
Nec tibi, q̄ Lunæ terris propioris imago
Obſtiterit: palles. facit hunc amor ipſe colorem:
Diligis hanc unam: nec te, Clymeneq;, Rhodoſq;,
Nec tenet Aeææ genitrix pulcherrima Circes:

Hyperion

Tēpe rius

Bruma lis

Clymene

Rhodos

Perſan Acæa

Raph. Clytie

¶ Clytie: nympha fuit, quæ Apollinē amauit. ¶ Graue uulnus: magnū dolorē: quia ſibi Leucothoē prælatā uidebat. ¶ Gentis odoriferæ: odores ferentis: hoc eſt Arabicę. ¶ Formoſiſſima Eurynome: pulcherrima: Eurynome autem (ut ſcri. in Theogonia Heſiod⁹) nympha fuit Oceani & Tethyos filia: uxorq; Orchāi achęmeniorū regis. Altera fuit Apollinis filia, q̄ Ethalioni marito adraſtum arguiorū regē atq; Eripylen peperit. ¶ Achęmenias: Perſicas. Nam Achęmenii, Perſę & parthi populi ſunt finitimi. ¶ A priſco Belo: a priſco Belo qui Abātē genuit. Abas acriſium. Acriſus Danaē. Danae perſeū. perſeus Bachæmonē. Bachæmon achæmenē a quo achęmenia eſt appellata. Achęmenes uero Orchamum. ¶ Axe ſub heſperio: ſolis equorū paſcua dſcribit: quę ſunt in occidēte ambroſiā ferētia: cu⁹ paſtu ſolis equi per noctē reparāt ad diurnos labores tolerandos. ¶ Axe ſub heſperio: ſub cælo occidētali. Duo nanq; ſunt axes ut Seruius quoq; ſcribit, q & uertices & poli dicunt: arcticus ſiue boreali (q a nobis ſp. uidet) & antarcticus ſiue notus & auſtralis, q nunq̄ a nobis uideri poteſt. Axem ergo p cælo poſuit. Eſt aūt proprie axis (ut ſcribit Apulei⁹) directio quędam a polis uelut a cardinibus pfecta, diuiſor & diſcriminator mundi orbem terrę immediate conſtitués. Ambroſia uero quę imortalitas interptat: cibus eſt deoꝝ: quo etiā equi Solis paſci dicunt. Eſt autem herba quā Diaſcorides Artemiſiam eſſe ait. ¶ Thalamos amatos: amicæ Leucothoes cubiculū. ¶ Ducēte: dducēte: filātē. ¶ Leuia ſtamia: mollia. ¶ Arbitrium: facultatē. ¶ Qui longum metior annum: ſcite. Nam ex Solis tranſitu per duodecim zodiaci ſigna ann⁹ colligit. ¶ Et col⁹: inſtrumentum eſt cui appenduntur ſtamina filāda. Eſt aūt & ſecūdę & qrtę declinationis. ¶ Et fuſi: hoꝝ inuentor Cloſter arachnes fili⁹ a Plinio fuiſſe narraẗ. ¶ Nitore: pulchritudīe: ſplēdore. ¶ Neq;. n. moderatus: cur inuideret clytie cām aſſignat. Nimi⁹ enī erat Solis amor in Leucothoē. ¶ Diffamatū: uulgatum. ¶ Et ille manu Solē īdicat patri Leucothoe. ¶ Crudus: crudelis. ¶ Iterq; dat tibi: efficit tibi uiam: qua faciē efferre poſſis. Eſt autē ἀποστροφὴ ad Leucothoen: quā nympha propter ætatem & pulchritudinem uocat poeta. ¶ Enectum: necatum: obrutū. ¶ Exangue: mortuum: ſine ſanguine. ¶ Volucrū moderator equoꝝ: pīphraſis eſt apollinis: q moderator & rector eſt uelociſſimoꝝ equoꝝ ac uolantiū: potius q̄ currentiū: ut plene in ſecundo uidimus. ¶ Poſt phaethonteos ignes: poſt fulmina: quibus phaethō fuit abſumptus. ¶ Gelidos artus: mortua mēbra. Id enim quod ſeqtur pro eo quod pcedit & contra ſępe numero ponit a poetis. ¶ Reuocare: rducer. ¶ Fati: fati neceſſitas. ¶ Nectare odorato: ſuauiſſimi odoris liquore. Eſt n. Nectar deoꝝ potio: ut iam ſepius dixim⁹. ¶ Tanges tñ æthe. di. quis inquit Apollo te ad uitā reuocare nō poſſū; ad celū tñ peruenies. Nam thuris fumus ad Deos uſq; in celū pueníre creditur. ¶ Delicuit: molle & liqdū factū eſt a deliqueſco pterītū. ¶ Sēſī: paulatim. ¶ Cacumie: ī ſummitate. ¶ Tumulum: arenæ aggerem.

Eurynome. Achęmenii. Belige nealogia. Paſcua equorū. Ambroſia. Colus.

Quæq; tuos Clytie quis deſpecta petebat
Concubitus: ipſoq; illo graue uulnus habebat
Tempore. Leucothoe multarum obliuia fecit
Gentis odoriferæ quam formoſiſſima partū
Edidit Eurynome: ſed poſtq̄ filia creuit:
Quam mater cunctas, tam matrem filia uicit.
Rexit Achæmenias urbes pater Orchamus: iſq;
Septimus a priſco numeratur origine Belo:
Axe ſub heſperio ſunt paſcua Solis equorum:
Ambroſiam pro gramine habent: ea feſſa diurnis
Membra miniſteriis nutrit, reparatq; labori.
Dumq; ibi quadrupedes cæleſtia pabula carpunt:
Noxq; uicem peragit: thalamos Deus intrat amatos
Verſus in Eurynomes faciem genitricis & inter
Bis ſex Leucothoen famulas ad lumina cernit
Leuia uerſato ducentem ſtamina fuſo:
Ergo ubi, ceu mater charæ dedit oſcula natæ:
Res ait arcana eſt. famulæ diſcedite: neue
Eripite arbitrium matri ſecreta loquendi.
Paruerant: thalamoq; Deus ſine teſte relictus.
Ille ego ſum dixit: qui longum metior annum:
Omnia qui uideo: per quem uidet omnia tellus:
Mundi oculus, mihi crede, places: pauet illa, metuq;
Et colus, & fuſi, digitis cecidere remiſſis.
Ipſe timor decuit: nec longius ille moratus
In ueram rediit ſpeciem, ſolitumq; nitorem:
At uirgo, q̄uis inopino territa uiſu.
Victa nitore Dei, poſita uim paſſa querela eſt.
Inuidit Clytie. neq; enim moderatus in illam
Solis amor fuerat: ſtimulataq; pellicis ira
Vulgat adulterium: diffamatumq; parenti
Indicat. ille ferox, immanſuetuſq; precantem,
Tendentemq; manus ad lumina Solis, & ille
Vim tulit inuitæ dicentem defodit alta
Crudus humo: tumulumq; ſup grauis addit harenæ.
Diſſipat hunc radiis Hyperione natus: iterq;
Dat tibi: quo poſſis defoſſos promere uultus
Nec tu iam poteras enectum pondere terræ
Tollere nympha caput: corpuſq; exangue iacebat.
Nil illo fertur uolucrum moderator equorum
Poſt Phaethōteos uidiſſe dolentius ignes:
Ille quidem gelidos radiorum uiribus artus
Si queat: in uiuum tentat reuocare colorem:
Sed quoniam tantis fatum conatibus obſtat:
Nectare odorato ſparſit corpuſq;: locumq;:
Multaq; præqueſtus, tanges tamen æthera dixit.
Protinus imbutum cæleſti nectare corpus
Delicuit: terramq; ſuo madefecit odore.
Virgaq; per gelbas ſenſim radicibus actis
Thurea ſurrexit, tumulumq; cacumine rupit.

Fabulæ



Fabulæ quintæ quarti libri argumentum.

Lactā. ¶ At Clytien &c. Clytie nympha ſupradicta ob inuidiam ante delicta ab amatore deſerta, ita tenuata uiſceribus eſt ut in herbā conuerteret: quæ primum conſeruans amorem eiuſdem Dei Heliotropium diceretur: curſumq; ſeruaret eiuſdem Dei.

Raph. ¶ At Clytien: clytie nympha a Sole derelicta: cum nouem dies ſine ullo cibo ac potu exegiſſet: tandem Deoꝝ miſeratione in herbā heliotropiū conuerſa fingit, q̄ nunc quoq; pſtini amoris memor cōtinue folia ad ſolem uertit. Vnde et nomē accepit. Nā heliotropiū dicitur ſolis cōuerſio ἥλιος nanq; Sol: τροπὴ cōuerſio dr. ¶ Quamuis amor excu. do amore. n. quo Apollinem pſeqbat: dolebat Clytie ſibi aliam pferri. Dolore aūt coacta indicauit patri Leucothoes cō Sole cōcubitū. ¶ Auctor lucis: periphraſis eſt Solis, q lucis eſt effector. ¶ Modū: finē. ¶ Tabuit ex illo: ex eo iquit tēpore quo a Sole fuit derelicta tabeſcere cœpit Clytie. cōmerciumq; aliaꝝ nympharū fugere. ¶ Tabuit: paulatim conſumpta eſt. ¶ Sub Ioue: ſub diuo, ad aerem. ¶ Nouē luces: nouē dies. ¶ Flectebat: uertebat. ¶ Hæſiſſe: affixa fuiſſe terræ, ſic ut ſurgere non poſſet. ¶ Luridus: fuſcus. ¶ Vertit ad ſolem: ad nomē herbę: quę heliotropiū dr, alludit. ¶ Suū: a ſe amatū. ¶ Mutata: in Heliotropiū herbā cōuerſa.

Heliotropiū. Clytie ī heliotropiū.

At Clytien, q̄uis amor excuſare dolorem:
Indiciumq; dolor poterat: non amplius auctor
Lucis adit. Venerisq; modum ſibi fecit in illa
Tabuit ex illo dementer amoribus uſa
Nympharum impatiens: & ſub Ioue nocte, dieq;
Sedit humo nuda, nudis incompta capillis.
Perq; nouem luces expers undæq;, cibiq;,
Rore mero lachrimiſq; ſuis, ieiunia pauit.
Nec ſe mouit humo, tantum ſpectabat euntis
Ora Dei: uultuſq; ſuos flectebat ad illum.
Membra ferunt hæſiſſe ſolo partemq; coloris
Loridus exangues pallor conuertit in herbas
Et in parte rubor: uiolæq; ſimillimus ora
Flos tegit. illa ſuum: q̄uis radice tenetur:
Vertitur ad Solem: mutataq; ſeruat amorem.
Dixerat: & factum mirabile cœperat aures.
Pars fieri potuiſſent negant. pars omnia ueros
Poſſe Deos memorant. ſed non eſt Bacchus in illis.
Poſcitur Alcithoe poſtq̄ ſiluere ſorores:
Quæ radio ſtantis percurrens ſtamina telæ,
Vulgatos taceo dixit paſtoris amores
Daphnidis Idæi: quem Nymphe pellicis ira
Contulit in ſaxum (tantus dolor urit amantes.)
Nec loquar: ut quondam naturæ iure nouato
Ambiguus fuerit modo uir: mō fœmina Scython.
Te quoq; nunc Adamas, quōdam fidiſſime paruo
Cleme Ioui, largoq; ſatos Curetas ab imbri:

Fabulæ ſextæ quarti libri argumentum.

Lactā. ¶ Dixerat: & factum &c. Adiicit quoq; de Daphnide Idęo paſtore dictura. Qui quia fidem coniugii nō pręſtiterit: abierit in ſaxum.

Raph. ¶ Cœperat: occupauerat. delectarat. ¶ Poſcit Alcit. rogat ut aliquid fabularum narret. ¶ Quę radio: nauicula inſtrumentū eſt ligneū, quo utunẗ textores. ¶ Stātis telæ: pendētis. ¶ Daphnidis Idęi: daphnis, cu⁹ interitum Virgilius quoq; poſt Theocritū deflet, Mercurii filius fuiſſe memoratur: is a nympha nomie Thalia (ut quidā ſcribunt) adamatus ita eſt, ut pellicem uerita & riualem in ſaxum illum tranſmutarit: q̄uis Theocritus illū amore tabuiſſe canat: id quod Ouidius quoq; alibi innuere uideẗ, cum inquit: Pallidus in lenta Naide daphnis erat. ¶ Idęi: Phrigii, uel Cretenſis. Nā Ida mons eſt & Phrygię & Cretæ. ¶ Contulit: conuertit. Has autem fabulas quę uix unq̄ apud aliquem pręſtātiū poetaꝝ inueniunẗ, breuiter percurrit poeta: uidēs illas nullo fere in uſu futuras. ¶ Tātus dolor urit amātes. Acclamatio eſt in amantiū Zelotypiā. Tantus inqt dolor amātes cruciat, ut ſępenumero amatos perdant.

Fabulæ ſeptimæ quarti libri argumentum.

Lactā. ¶ Nec loquar: ut quondam &c. Nūc de Scythone: qui ex uiro in fœminam ceſſerat.

Raph. ¶ Nec loquar. Scython quidam ex mare in fœminam mirando quodam modo fuit commutatus. Id autem fieri poſſe Plinius quoq; eſt author.

Fabulæ octauæ quarti libri argumentum.

Lactā. ¶ Te quoq; nunc &c. Neq; etiam caſus relatura celmi aut Adamantis: Curetiſq;: qui ex imbribus ſunt procreati.

Raph. ¶ Te quoq; nunc Adamas: Celmus (qui & Celmes uocatur, unus fuit ex Idæis dactylis. Vt uero Sophocles in Satyris tragœdia ſcribit: illū Cybele indignata in duriſſimū ferri genus tranſmutauit) nutricius fuit Iouis: cui dū paruus erat: fuit admodū gratus. Poſteaq̄ uero Iupiter Deorum imperium eſt adeptus: ipſum in adamantem cōuertit: quia uulgaſſet Iouem fuiſſe mortalem: ut quidam aiunt. ¶ Largoq; ſatos Curetas ab imbri. Hanc Curetum metamorphoſin nuſq̄ me apud antiquiores legiſſe memini. Quidā uero ex Neotericis aiunt curetas & imbribus propter religionis contemptum fuiſſe deletos: & ex fungis ne ipſa religio penitus deſereret: fuiſſe repertos. Sed cum iſta nullius auctoritate nitantur: ex commodo ſuo illa finxiſſe uiderentur. Strabo quidem eſt multa & uaria de curetibus ſcribat, nullam prorſus de hac illoꝝ metamophoſi facit mentionem: ſed ex ſententia quorundā eoſdē eſſe ait Curetes & Corybantes & Caberos & Idęos dactylos & Telchines: qui ſacra & Iouis in creta, & matris Deum in Phrygia cum armorum tumultuoſa agitatione, cūq; ſtrepitu ac cymbaloꝝ, tympanorumq; ſonitu, necnon tibiis, ac uociferationibus celebrarent. Alii autem ex creta, alii ex Euboea, nōnulli ex Etholia originem duxiſſe ſcribunt. Diomedes quidem grammaticus longe aliam ab ea: quam obiter attingit Ouidius: curetū originem refert, his quidem uerbis. Aiunt Opem in idā Cretenſem delatam ex fuga: cum puerperii tempus inſtaret: primam montis partem manibus apprehendiſſe: atq; ita partu ſolutam. Ex impreſſione uero palmarum curetas: perdidiſſe: quos ab effectu græci nominis dactylos. ideſt digitos & Idæos a monte nominauerunt: ut a pupulis oculorum: quas græci κόρας appellant: uel a galearum cono curetes. Hæc Diomedes. Sꝫ aliæ quoq; Curetum afferūtur etymologię. Nā ut Strabo ait: alii ἀπὸ τῆς κουρᾶς. i. tonſura Curetas appellatos ſcribūt: q detōſi eſſent. Alii a Curio mōte Pleurōī

Imminente: ἡ ἐπιδέω τὸ ὑπόρροῦ: id eſt a puellis, q lõgas ſtelas ut puellæ geſtaret. Curetes omnium primi armatam ſaltationem inueniſſe dicuntur: & clypeis eneis concurrentes, ludenteſq; clamore, & æris tinnitu nõ permiſerunt iouis infantis uagitum, quem educandũ ſuſceperant, ad Saturnum peruenire. Hæc tam multa de Curetibus nihil tamẽ oſtendunt quo modo ab imbre fuerint orti.

Fabulæ .ix. quarti libri argumentum.

Lactã. Et Crocon &c. Vel de Croco aut Smilace, qui in florem uerſi ſunt.

Raph. Crocos. Et Crocon: Crocos adoleſcens fuit: quem Smilax uirgo cũ amaret, nec frui poſſent, ambo in flores conuerſi fuerunt. Vnde Smilaceæ, croceæ coronæ dicuntur. Smilax Sane Smilax (ut ſcribit Galen.) etiam ſine s littera interdũ enunciatur.

Fabulæ .x. quarti libri argumentum.

Lactan. Præterea &c. Refert quoq; Salmacidem fonte Cariæ: cuius liquore cõtactũ in mollicem uerſi deſigurentur. Mercurius cum ex Venere: qui duplici ſigura Hermaphrodit⁹ uocatur, genuiſſet: Cũq; Naiades nymphæ in Idamõte educauiſſent: relictis ſedibus in Cariã uenit. Hec oſpicato fonte opaciſſimi Solis, ac perlucentis aquæ curſum continuit: quo diutius eo loco morante Salmacis Naiadum, dum flores legit: conſpicatis ueſtigiis deligere cœpit, q pau latim circa montem Nona crinum moratus, dum blã ditia liquoris, precibuſq; tenetur nymphæ: fontæ ſemerſit: ac confeſtim cõ plexu Naiadis inheſit: nec ante ab ea dimiſſus eſt, q a Diis impetraſſet: ut unã ut cederet ſpecie: da-

ſus foret ita a nympha fuit colligatus, ut ex duob⁹ corporibus unum fieret, utrunq; habens ſexũ. Vnde etiã nũc Hermaphroditi utroq; prædin ſunt ſexu. Eneruet: neruos ac uires eripiat, effœminet. Remolliat: molles ac effœminatos efficiat. Diua Cythereide: Venere. Sub idæis an in ſpeluncis Idæ mõtis Phrygiæ. Cuius erat fa. formoſiſſimum fuiſſe Hermaphroditum ſignificat: cum ſimilem eum fuiſſe parentibus dicat. Nomẽ quoq; traxit ab illis: nam Hermaphroditus ἀπὸ τοῦ ἑρμοῦ: hoc eſt a Mercurio: & ἀφροδίτης Venere, fuit appellatus. Studio: cupiditate: & animi inclinatione. Lycias urbes: Lycia: Lydia & Caria prouinciæ ſunt finitimæ. Caras adit: Cares populi ſunt Cariæ. Eſt autem accuſatiuus græcus. Car. enim Caros declinatur in maſculino: in fœminino autem Carera. Carræ uero urbs eſt Meſſopotamiæ, Craſſi cæde nobilis: a Carra Syriæ fluuio denominata. Videt hic ſtagnum. Fontis Salmacidis deſcriptio. Viuo ceſpite: naturali terra. Nympha colit: habitat. Idem autem cũ fonte nomen habet. Salmacis enim nympha (ut ſcribit Sex. Pompeius) Cæli & terræ filia molliſſima fertur fuiſſe cauſa fontis Halicarnaſſiaquæ appellandæ Salmacidis: quam qui bibiſſet, uitio impudicitiæ molleſceret: ob eam cauſam, q eius aditus anguſtatus parietibus occaſionem largitur iuuenibus petulantibus puerorum: puellarũq; uiolandarum quia non patet effugium. Vnde Ennius. Salmacidas ſpolia ſine ſanguine & ſudore. Quod in molles atq; effœminatos dictum corru-

Hermaphroditus. Eneruare.

Cares.

Carre.

Salmacis.

Et Crocon in paruos uerſum cum Smilace flores.
Prætereo: dulciq; animos nouitate tenebo
Vnde ſit infamis: quare male fortibus undis
Salmacis eneruet, tactoſq; remolliat artus:
Diſcite (cauſa latet) uis eſt notiſſima fontis.
Mercurio puerum Diua & Cythereide natum
Naiades Idæis enutriuere ſub antris,
Cuius erat facies: in qua materq; paterq;
Cognoſci poſſent. nomen quoq; traxit ab illis,
Iſtria cum primum fecit quinquennia: montes
Deſeruit patrios. Idaq; altrice relicta
Ignotis errare locis, ignota uidere
Flumina gaudebat, ſtudio minuente laborem.
Ille etiam Lycias urbes, Lyciæq; propinquos
Caras adit: uidet hic ſtagnum lucentis ad imum
Vſq; ſolum lymphæ. non illic canna paluſtris,
Nec ſteriles uluæ, nec acuta cuſpide iunci,
Perſpicuus liquor eſt: ſtagni tamen ultima uiuo
Ceſpite cinguntur: ſemperq; uirentibus herbis.
Nympha colit: ſed nec uenatibus apta, nec arcus
Flectere quæ ſoleat: nec quæ contendere curſu:
Solaq; Naiadum celeri non nota Dianæ,
Sæpe ſuas illi (fama eſt) dixiſſe ſorores:
Salmaci uel iaculum, uel pictas ſume pharetras:
Et tua cum duris uenatibus ocia miſce:
Nec iaculum ſumit: nec pictas illa pharetras:
Nec ſua cum duris uenatibus ocia miſcet:
Sed modo fonte ſuo formoſos perluit artus:
Sæpe Cytheriaco deducit pectine crines:
Et quid ſe deceat, ſpectatas conſulit undas.
Nunc perlucenti circundata corpus amictu
Mollibus aut foliis: aut mollibus incubat herbis:
Sæpe legit flores: & tunc quoq; forte legebat:
Cum puerum uidit: uiſumq; optauit habere.
Nec tamen ante adit: & ſi properabat adire:
Quam ſe compoſuit: q circunſpexit amictus:

ta itaq; uota Hermaphroditus poſtq ſe animaduertit: nec uirum: nec fœminam factũ: a parentibus impetrauit: ne infamis ſolus eſſet: ut quicunq; eius fontis aqua contractus eſſet: proinde ut ipſe molleſceret.

Raph. Salmacis fons. Vnde ſit infamis: Salmacis fons eſt Cariæ, quem q ingrediuntur effœminati ac molles egrediuntur. Huius autem rei cauſam poeta refert in Hermaphroditi præces, qui parentes rogauit, ut quemadmodum ipſe: ſic aliquoq; fontem illum intrantes molleſcerent. Nam Hermaphroditus Mercurii ac Veneris filius fuit formoſiſſimus: qui cũ in fonte Salmacidis nymphe igreſ-

pte legitur in primo de officiis Ciceronis: inepteq; ab iis, qui in illud opus commentaria ſcripſerunt, exponitur: ut in quadam diſputatione noſtra, quæ circunfertur copioſius diximus. Tametſi nunc recte legatur ex noſtra diſputatione emendatum. Duris uenatibus: laborioſis uenationib⁹. Cytheriaco: pulchro. qualis Venerem deceret. Aut certe Cytheriaco legendũ eſt a Cythoro monte buxis abundante: ex quo ligno pulchri pectines conficiuntur. Perlucenti amictu: plucida ueſte. Significat aũt hãc nympham molliſſimã fuiſſe. Incubat: recubat, iacet. Compoſuit: ornauit.

Et finxit



Raph. Et finxit uultum: ſumpſit uultum blandum amatiq; aptum. Si quam dignabere tæda: ſi quã tuis nuptiis dignã exiſtimabis. Hic tibi: ſiue aliqua eſt tibi inquit ſponſam habens mecum uelis hoc loco furtiũ coire. Sin uero non habes: me uelim accipias uxorem. Ab his: poſt hæc. Hic color: his ſimilitudinibus poeta declarat: qualis etiã Hermaphroditi pueri color, poſteaq audita nymphæ oratione, erubuit. Aprica. Soli expoſita. Arbores autem ſoli expoſitæ rubicundiora poma ferre ſolent. Aut ebori tincto: minio: ac purpureo colore picto. Aut ſub rubenti candore Lunæ: hoc eſt lunæ eclypſim patienti. Tunc enim rubeſcere uidetur. Cum fruſtra reſonant: fruſtra preſtrepitũ: nihil enim lunæ deficienti proſunt. Quamuis uulgus putet carmina ueneficarum æreorum uaſorum tinnitibus ipediri: ne eclypſim lunæ inducat. Vnde Iuuenalis loquacitate mulieris carpens inquit. Vna laboranti poterit ſuccurrere lunæ. Aera: ærea uaſa. Auxiliaria: auxilium lunæ afferentia. ne ueneficarum deficiat carminib⁹. Sororia oſcula: caſta & pudica: qualia ſorores dẽt. Eſt autem adiectiuũ nomen ſororius a ſorore declinatum: neq; eum ſignificat, qui alicuius ſororem duxit uxorem: ut quidam putant. Eburnea: candida ut ebur. Definis an fu. aut deſine inquit ego hinc fugiam: ac tibi ſolia iſta loca relinquam. Extimuit: ne fugeret. Gradu uerſo: conuerſo greſſu & paſſu. Fruticũ ſilua: frutices medii ſunt inter arbores & herbas. Et uacuus: utpote ocio ſus: & aliis curis ſolutus. Et inobſeruatus: non uiſus a quoquam non notatus. Alludentibus: quæ alludere ſibi: blãdiriq; uidebantur. Mollia uelamina: molles ueſtes, ac tenues. Flagrat quoq; lumina nymphæ: hoc eſt oculi quoq; nymphæ Salmacidos flagrare uidetur. Na

Frutices.

Soror⁹

etiam oculis prodebat: quanta potiundi pueri cupidita te tenetur: id quod amore capus fere uſu uenire ſolet. Non aliter: ſic inquit oculi nymphæ flagrare uidentur ac ſplendere: ut ſolis radii ſereno aere: cum ipſis ſpeculum opponitur. Nam tunc & ſplendidiſſimi uidentur, & ignem cõtrahunt. Puro orbe: nebulis carente, & ſereno aere. Ille cauis uelox: natantium morem exprimit ingreſſuri enĩ aquas manibus cauis corpus ſibi procurit. Liquidis: puris. Signa: ſtatuas. Tegat: cooperiat. Sic enim operta pulchriora uidentur. Luctãtia oſcula carpit: ab illo reluctante: eſt enĩ hypallage. Inuita: p illũ inuito ac noleti. altera hypallage. Nitentem contra: repugnantem reluctãtem. Implicat ut ſerpens his ſimilitudinibus oſtendit q arctũ, ſtrictumq; teneat Salmacis Hermaphroditum. Regia ales aquila, quæ idcirco in Iouis tutela eſſe dicit. q ex auibus ſola nunq fulmine tangatur. Eſt autem ſerpẽtibus infeſtiſſima: a qbus ſæpenumero ita implicat: ut in terram una cum illis decidat. Spatiãtes: ſpatioſe & late ſe iactantes. Polypus. piſcis eſt miræ magnitudinis Polip⁹ multos habens pedes: unde et nomen accedit. Nã πολὺς multus: πούς pes dicitur. Hic inſidia: ut piſcatorib⁹: quos ſi cœperit, omnibus pedibus quæ flagella uocat poeta, ſic ſtringit, ut nullo pacto eſſugere poſſint. Eſt etiam morbus a ſimilitudine piſcis dictus nares maxime infeſtans: de quo Horati⁹ Balbinũ Polypus agnæ.

Aquila

Polyp⁹

Et finxit uultum: & meruit formoſa uideri.
Tunc ſic orſa loqui: puer o digniſſime credi
Eſſe Deus: ſeu tu Deus es, potes eſſe Cupido:
Siue es mortalis: qui te genuere beati.
Et mater felix, & fortunata profecto
Si qua tibi ſoror eſt: & quæ dedit ubera nutrix,
Sed longe cunctis, longeq; beatior illa eſt:
Si qua tibi ſponſa eſt. ſi quam dignabere tæda.
Hic tibi: ſiue aliqua eſt mea ſit furtiua uoluptas.
Seu nulla eſt, ego ſim, thalamumq; ineamus eundẽ.
Nais ab his tacuit: pueri rubor ora notauit.
Neſcit quid ſit amor (ſed & erubuiſſe decebat)
Hic color aprica pendentibus arbore pomis:
Aut ebori tincto eſt: aut ſub candore rubenti
Cum fruſtra reſonant æra auxiliaria Lunæ
Poſcenti nymphæ ſine fine ſororia ſaltem
Oſcula: iamq; manus ad eburnea colla ferenti:
Deſinis, an fugio: tecumq; ait iſta relinquo:
Salmacis extimuit: locaq; hæc tibi libera trado
Hoſpes ait: ſimulatq; gradu diſcedere uerſo,
Tum quoq; reſpiciens, fruticũq; recondita ſilua
Delituit: flexoq; genu ſummiſit: at ille
Scilicet, ut uacuus, & inobſeruatus in herbis
Huc it, & hinc illuc: & in alludentibus undis
Summa pedum, taloq; tenus ueſtigia tingit,
Nec mora, temperie blandarum captus aquarum,
Mollia de tenero uelamina corpore ponit.
Tum uero ſtupuit, nudæq; cupidine formæ
Salmacis exarſit: flagrant quoq; lumina nymphæ,
Non aliter q cum puro nitidiſſimus orbe
Oppoſita ſpeculi refertur imagine Phœbus:
Vixq; moram patitur, uix iam ſua gaudia differt:
Iam cupit amplecti: iam ſe male continet amens
Ille cauis uelox applauſo corpore palmis
Deſilit in latices: alternaq; brachia iactans
In liquidis tranſlucet aquis: ut eburnea ſi quis
Signa tegat: claro uel candida lilia uetro.
Vicimus: & meus eſt exclamat Nais: & omni
Veſte procul iacta mediis immittitur undis
Pugnantemq; tenet, luctantiaq; oſcula carpit
Subiectatq; manus: inuitaq; pectora tangit
Et nunc hac iuueni, nunc circunfunditur illac.
Deniq; nitentem contra, elabiq; uolentem
Implicat ut ſerpens, quam regia ſuſtinet ales,
Sublimemq; rapit: pendens caput illa, pedeſq;
Alligat: & cauda ſpatiantes implicat alas.
Vtq; ſolent hederæ longos intexere truncos
Vt ue ſub æquoribus deprenſum Polypus hoſtem
Continet: ex omni demiſſis parte flagellis.

Raph. ¶ Perſtat: in propoſito perſeuerat. ¶ Atlantiades: pronepos Atlantis. Nam Atlas Maiam genuit Maia Mercurium, Mercurius Hermaphroditum. ¶ Ita Dii iubeatis: ſic Dii uelitis. ¶ Diducat: ſeparet. ¶ Suos: proprios & propitios. ¶ Conducat: coniugat. ¶ Pariterq; adoleſcere: & ſimul creſcere. Eſt autem ab inſitis arborib⁹ ſumpta ſimilitudo. ¶ Coierunt: coniuncta fuerunt. ¶ Neutrum: nec puer, nec puella. ¶ Et utrunq;: quia ſexum utrunq; habebat. ¶ Ergo ubi: Nūc aſſignat cauſam id quod in narrationis principio pollicita eſt Alcithoe: cur Salmacidis fontem ingredientes molles, effœminatiq; reddantur. ¶ Quo uir: in quas uir non mollis, ſed fortis & conſtans deſcenderat, & ingreſſus fuerat. ¶ Semimarem: ſemiuirum & effœminatum. ¶ Mollita: mollia facta. ¶ Venerit: ingreſſus fuerit. ¶ Biformis: qui & maris & fœminæ formam referebat, qualem Hermaphroditi habent. ¶ Incerto: ignoto mortalibus.

Diducere. Adoleſcere.

Fabulæ. xi. decimiquarti libri argumentum.

Lactan. ¶ Finis erat dictis &c. Mineides Thebanæ ſorores fuiſſe producuntur: quarum ſolertiſſime Leucothoe & Leucotonoe: q libri facta in contemptum deuocauerint: Mineruæ lanificio addictæ. Ex improuiſo die numinis uocibus tibiarum & tympanorum ſono exterritæ: ſunt quæ in conſpectu non uiderent: & ut animaduertere telas, inſtrumentaq; ſua in ederam ac uites repente mutata & locum aſſuetum feris repletum, noctemq; offuſcam timentibus in uolucres conuerſæ ſunt: quæ ueſpirtiliones uocantur.

Mineides in ueſpertiliones.

Raph. ¶ Finis erat dictis. Alcithoe una cum ſororibus poſt finitas fabulas ira Bacchi, cuius ſacra contemnebant, in ueſpertiliones aues fuerunt conuerſe, ac ca

Preſtat Atlantiades, ſperataq; gaudia nymphæ
Denegat. illa premit: demiſſaq; corpore toto
Sicut inhærebat: pugnes licet improbe dixit:
Non tamen effugies, ita Dii iubeatis: & iſtum
Nulla dies a me: nec me diducat ab iſto.
Vota ſuos habuere Deos: nam mixta duorum
Corpora iunguntur: facieſq; inducitur illis
Vna, uelut ſiquis conducat cortice ramos:
Creſcendo iungi, pariterq; adoleſcere cernat:
Sic ubi complexu coierunt membra tenaci,
Nec duo ſunt: ſed forma duplex: nec fœmina dici:
Nec puer ut poſſit: neutrumq;: & utrumq; uidetur.
Ergo ubi ſe liquidas: quo uir deſcenderat: undas
Semimarem feciſſe uidet: mollitaq; illis
Membra: manus tendens, ſed iam non uoce uirili,
Hermaphroditus ait: nato date munera ueſtro
Et pater: & genetrix: amborum nomen habenti,
Quiſquis in hos fontes uir uenerit, exeat inde
Semiuir: & tactis ſubito molleſcat in undis.
Motus uterq; parens, nati rata uerba biformis
Fecit: & incerto fontem medicamine tinxit.
Finis erat dictis. & adhuc Mineia proles
Vrget opus, ſpernitq; Deum, feſtumq; profanat:
Tympana cum ſubito non apparentia raucis
Obſtrepuere ſonis: & adunco tibia cornu,
Tinnulaq; æra ſonant: & olent myrrhæq; crocíq;.
Reſq; fide maior: cœpere uireſcere telæ:
Inq; hederæ faciem pendens frondeſcere ueſtis.
Pars abit in uites: & quæ modo fila fuerunt:
Palmite mutantur: de ſtamine pampinus exit.
Purpura fulgorem pictis accommodat uuis.
Iamq; dies exactus erat, tempuſq; ſubibat:
Quod tu nec tenebras, nec poſſes dicere lucem:
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.
Tecta repente quati: pingueſq; ardere uidentur
Lampades, & rutilis collucent ignibus ædes
Falſaq; ſæuarum ſimulachra ululare ferarum.
Fumida iamdudum latitant per tecta ſorores:
Diuerſaq; locis ignes, ac lumina uitant.
Dumq; petunt tenebras: paruos membrana per artus
Porrigitur: tenueſq; includunt brachia pennæ,
Nec qua perdiderint ueterem ratione figuram,
Scire ſinunt tenebræ: non illas pluma leuauit:
Suſtinuere tamen ſe perlucentibus alis.
Conatæq; loqui, minimam pro corpore uocem
Emittunt: peraguntq; leues ſtridore querelas:
Tectaq; non ſiluas celebrant: lucemq; peroſæ

rum domus incenſa. ¶ Minea proles: Minei filiæ. ¶ Vrget opus: operi iſtat. ¶ Profanat: polluit, profanum ac non ſacrum efficit. Profanum enim opponitur ſacro. ¶ Tinnula: tinnientia ac reſonãtia. Tinnire proprie dicuntur æra percuſſa, unde etiam Tintinabula ſunt appellata. ¶ Myrrhæq; crocíq;: illis enim delibutus bacchus ad eas fuerat ingreſſus, q̃uis non uideret. ¶ Reſq; fide maior: hoc eſt maior q̃ cui fides debeat adhiberi. Multa autē in tranſcurſu Metamorphoſis poeta deſcribit ſic aperte ut nullam indigeant expoſitione. ¶ Fulgorem: ruborem. ¶ Pictis uuis: acinis uariorum colorum. ¶ Iamq; dies exactus erat: iam inquit dies erat præteritus. ¶ Quod nec tenebras: crepuſculi deſcriptio eſt. Nam crepuſculum dubia lux dicitur. ¶ Pingues lāpades: faces expingui & reſinam ferenti tæda confectæ: non autē propter oleum pingues. Lampas enim generale eſt uocabulum omnium eorum quæ accenſa lucent. ¶ Falſa ſimulachra: imagines a baccho confictæ. ¶ Vlulare: aut uidebtur, ſubaudiendum: aut ululabant intelligendum. ¶ Ferarum: Tigrum & lyncum: quę feræ bacchi currum trahere dicuntur. ¶ Fumida tecta: fumoſa, fumo plena. Diuerſaq; locis: ſeparatæ, ut quæ in diuerſa domus loca fugerant. ¶ Vitant: fugiunt perterritæ, ne inueniantur. ¶ Membrana: chartulago quæ membrana charta eſſe uidetur. ¶ Tenueſq;: hoc eſt brachia in alas fuerē conuerſa. ¶ Veterem figuram: priſtinam: & humanam formam. ¶ Non illas pluma leuauit: Mineides inquit plumæ leuitate non fuerunt in aere ſublatæ: ſed tranſlucentibus & chartilagineis alis: Veſpertiliones enim ſunt in plumis. ¶ Pro corpore: pro corporis magnitudine.

Profanare. Tinire. Crepuſculum. Lampas. Mēbrana.

¶ Seroq;



Raph. ¶ Seroq; tenent a ueſpere nomen: ueſpertiliones enim a ueſpere dicuntur. Quemadmodū a græcis νυκτερίς ſeu: quia nocte uolant, appellantur. Veſper autem (quod & ſerus dicitur) eſt ultima pars diei, eoq; ſerus ueſper etiam appellatur. Virgi. Neſcis qd ſerus ueſper uehat.

Veſpertiliones.

Fabulæ. xii. quarti libri argumentum.

Lactā. ¶ Tum uero &c. Iuno grauiter ferens: q Ino liberi altrix ſororibus piis cum duobus remaneret liberis in uita contemptrix numinis ſui per tenarum promontoriū Peloponneſi ferarum ſequens iter ad Erinnes ultrices implorās deſcenditq; petitq; ab eis ut athamanta cum coniuge ino aduerſos numinis ſui ulciſcerent: quarū una imperio parēs Deæ: relicta regia ditis ad ſuperos egreſſa eſt, ut athamātis regiā cōtigit in ſinu eius ac cōiugis angues ac ultro ſenſus eorū alienaretur: inicit. Quā ob inſaniam ille Learchū filiū in uenatione profera interfecit. Ino autem Melicertam ex ſcopulo ſecum in profundū præcipitauit. Qui Veneris prib⁹ p nepote habetis a Neptuno pelagi rectore i deorū ceſſere uterū ita ut Melicerta Palemō ipſa Ino leucothoe inter marios deos nūcupentur.

Raph. ¶ Tum uero totis: Ino Bacchi nutrix ac matertera: uxorq; Athamantis in odiū iunonis icidit: qd ubiq; bacchi uires laudibus extollebat: cū & aliis & mariti & filiorū felicitate nimiū ſuperba uideret. Hanc igit iuno ut affligeret ad inferos deſcēdes unā e furiis excitauit: q athamāta in tm̄ furorē cōiecit ut Clearchū filiū interfecerit. Ino aūt mariti furore fugiēs e ſcopulo ſe una cum Melicerta altero filio in mare pdpitauit. Qui Veneris precibus a Neptuno excepti & Ino in Leucothoen Deā: que Matuta: & Melicerta in Palæmonē q latine Portun⁹ dr̄ fuere cōmutati. ¶ Matertera: ino. n. Semeles fuit ſoror: q Bacchū tāq filiū nutriuit atq; educauit. ¶ De tot ſororibus exps Vna doloris erat. ſola dolor carebat. Aliæ namq; ſorores filios amiſerant. Agaue Pentheū autonoe actæonem. ¶ Niſi quem fecere ſorores: ex infortunio nāq; ſororū dolores capiebat ino: alias felix haberi poterat. ¶ Natis. filiis: Clearcho & Melicerta. Hi nanq; ino & athamātis filii fuere. Nam alios quoq; filios athamas habuit: ſ3 ex

Via ad inferos. Ino.

Nocte uolant, ſeroq; tenent a ueſpere nomen.




Tu uero totis Bacchi memorabile Thebis
Numen erat: magnaſq; noui matertera uires
Narrat ubiq; Dei: deq; tot ſororibus expers
Vna doloris erat, niſi quem fecere ſorores.
Aſpicit hanc natis, thalamoq; Athamātis habentem
Sublimes animos, & alumni numine Iuno:
Nec tulit: & ſecum, potuit de pellice natus:
Vertere Mæonios: pelagoq; immergere nautas:
Et laceranda ſuæ nati dare uiſcera matri:
Et triplices operire nouis Mineidas alis:
Nil poterit Iuno: niſi inultos flere dolores?
Idq; mihi ſatis eſt: hæc una potentia noſtra eſt.
Ipſe docet quid agam, fas eſt & ab hoſte doceri.
Quidq; furor ualeat Pentheia cæde ſatiſq;
Ac ſuper oſtendit, cur non ſtimuletur eatq;
Per cognata ſuis exempla furoribus Ino?
Eſt uia decliuis funeſta nubila taxo:
Ducit ad infernas per multa ſilentia ſedes.
Styx nebulas exhalat iners: umbræq; recentes
Deſcendunt illac: ſimulachraq; functa ſepulchris.
Pallor: hyemſq; tenent late loca ſenta: nouiq;

aliis uxoribus. Ex nephale (ſiue ut Herodotus ait ex Themiſthone: ut declinatione latina utar) ſuſceperat Sthenelū, Erythriū, Leuconē, Pæum: nouiſſimos autē Phrixū & Hellen: q ppter illius nouercæ inſidias patriā relinquere coacti ſunt. ¶ Thalamo athamantis: nuptiis Athamantis thebanoq; principis: ac aeoli regis uentorū filii. ¶ Sublimes animos: elatos: ac ſuperbos. ¶ Alumni: bacchi: quē aluerat. Alūn⁹ aūt ſemp in paſſiua accipit ſignificatione: quis quidā Laurētio Vallæ cōtradicere pulchrū putātes in actiua quoq; inueniri cōtēdāt: ſ3 decipiūt ſpecie recti. ¶ Numine: diuinitate. ¶ Nō tulit: tolerare nō potuit. ¶ Et ſecū: loquuta ē ſubaudiat. ¶ De pellice natus: bacch⁹ Semeles fili⁹. ¶ Mæonios nautas: Tyrrhenos q a Mæonia erant oriundi. ¶ Vertere: cōuertere in Delphinos: ut paulo ante uidimus. ¶ Et laceranda: Pentheū ſignificat: q (ut uidim⁹) ſub apri forma a m̄re: materteriſq; fuit dilaceratū. ¶ Triplices: tres. ¶ Nouis alis: q antea nunq uiſæ fuerit. Nā ex ſola cartilagie ac mēbrana cōſtant. ¶ Nil poterit iuno: maxima cū indignatiōe hec a Iunone referūtur. ¶ Inultos dolores: iuidicatos. Sic autē eſt legēdū: nō multos ut ſere corrupte legitur. ¶ Pētheiā cæde: Pētheī occiſione. Eſt autē poſſeſſiuū triſyllabū: cuius penultima apud græcos cū ει diphthōgo ſcribit: quę quidem in e uel in i longam a nobis conuerti ſolet: quis antiqui eadē ei diphthongo utebantur. ¶ Cur nō ſtimuletur: furorē agat ino ſororū exēplo. ¶ Eſt uia de. Viam quæ ducit ad inferos primū deſcribit deinde ipſas ſedes infernas. ¶ Nubila: umbroſa, obſcura. ¶ Funeſta: taxo ferali ac peſtifera. Nā taxus arbor eſt maxime uenenoſa, unde toxica fuere denominata: ut Plinius ſcribit. ¶ Ducit ad infernas: deeſt q. Sic Virgi. Vrbs antiqua fuit: Tyrii tenuere coloni: deeſt quā. ¶ Styx iners: immobilis: Paludes. n. quę nō mouētur: & nebulas: et tetrū emittit odorem. ¶ Simulachraq; functa ſepulchris: hoc eſt animæ quarū corpora ſepulchra ſortita ſunt: nam quarū cadauera inſepulta facerent iis trāſire ſtygem paludem nō dabatur ſecundum priſcorum opinionē. ¶ Senta: ſeu ſenticoſa: ſpinoſa. Sentes enim ſpinæ dicuntur.

Athamas. Alumnus. Taxus. Senta. Sentes.

Qua ſit iter manes, ſtygiam quod ducat ad urbem:
Ignorant: ubi ſit nigri fera regia Ditis.
Mille capax aditus, & apertas undiq; portas
Vrbs habet: utq; fretum de tota flumina terra:
Sic omnes animas locus accipit ille: nec ulli
Exiguus populo eſt: turbamue accedere ſentit.
Errant exangues ſine corpore, & oſſibus umbræ.
Parſq; forum celebrant: pars imi tecta tyranni:
Pars aliquas artes antiquæ imitamina uitæ
Exercent: aliam partem ſua pœna coercet.
Suſtinet ire illuc cæleſti ſede relicta
(Tantum odiis, iræq; dabat) Saturnia Iuno.
Quo ſimul intrauit: ſacroq; a corpore preſſum
Intremuit limen: tria Cerberus extulit ora:
Et tres latratus ſimul edidit: illa ſorores
Nocte uocat genitas graue, & implacabile numen.
Carceris ante fores clauſas adamante ſedebant:
Deq; ſuis atros pectebant crinibus angues.
Quam ſimul agnorunt inter caliginis umbras
Surrexere Deæ: ſedes ſcelerata uocatur.
Viſcera præbebat Tityus lanianda: nouemq;
Iugeribus diſtractus erat: tibi Tantale nullæ
Deprenduntur aquæ: quæ imminet, effugit arbor.
Aut petis, ut urges ruiturum Siſyphe ſaxum.
Voluitur Ixion: & ſe ſequiturq;, fugitq;.
Moliriq; ſuis letum patruelibus auſæ
Aſſidue repetunt, quas perdunt: Belides undas.
Quos omnes facie poſtq̄ Saturnia torua
Vidit: & ante omnes Ixiona: rurſus ab illo
Siſyphon aſpiciens: cur hic de fratribus inquit
Perpetuas patitur pœnas? Athamanta ſuperbum
Regia diues habet? qui me cum coniuge ſemper
Spreuit? & exponit cauſas odiiq;, uiæq;.
Quidq; uelit: quod uellet erat: regia Cadmi

Raph.

¶Stygiam urbem: infernā. ¶ Fera regia: crudelis aula. ¶ Nigri ditis: Plutōis. ¶ Mille capax: magnitudinē urbis infernæ ſignificat. ¶ Nec ulli exiguus populo eſt ulli multitudini quantalibet ſit, Animæ nanq; locū nō occupant, cum ſint incorporeę. ¶ Parſq; forum. cc. Id ſequit quod inquit in. vi. Virg. Nam unuſquiſq; apud inferos iiſdē ſtudiis delectaẗ: qbus dum uiueret, tenebaẗ. Nonnulli ergo apud inferos ſunt cauſidici: alii aulici. alii artifices. alii in carceř detinētur. ¶ Imi tyrāni: iferni regis Plutonis. ¶ Tātū odiis: parentheſis eſt acclamationē continens. Adeo īqt Iuno ab ira, odioq; uexabatur. ¶ Simul: poſtq̄. ¶ Cerberꝰ canis eſt triceps iferoꝝ cuſtos. ¶ Sorores noctis. Furias. Eumenides nāq; noctis & Acherontis filię fuiſſe dicūt. Sūt aūt tres, Tiſiphone, Alecto, & Megæra. ¶ Graue & im. nu. moleſtū & quod nullis ꝑcibꝰ placari pōt. ¶ Adamāte: adamas adeo durus ē lapis: ut nulla alia re q̄ hircio ſanguine frangi poſſit. ¶ Sedes ſc. uo. ſceleratoꝝ ſedes uocaẗ carceř iferoꝝ. Nonnullos uero ex iis q in eo cruciabanẗ enumerat poeta. ¶ Viſcera præbebat tityus lanianda: tityus Iouis & Elaræ filię Orchomeni filius fuit: qui tū ex tellure natus fingitur: uel qđ Iunōis metu Elara grauidā terrā ſubierit: illicq; puerū enixa ſit in ſpecu Bœotiæ, q ab illa (ut Stra. ait) Elara fuit dēominatꝰ: uel quod uaſtiſſimi quiq; & imaniſſimi hoies: qualis fuit tityus, terræ filii eſſe fingunt. Tityus uero fuiſſe perhibetur adeo magnus: ut nouem iugera ſuo corpore occuparet. Hic cum Latonæ, ſiue (ut. Euphorion ſcribit) Dianæ uim inferre uellet: ſagittis Apollinis ad inferos detruſus: ea pœna fuit dānatus: ut uultures cor eiꝰ nūq̄ excedere ceſſent. ¶ Tibi tā. nul. tātalus Iouis ex Plote nympha filiꝰ, cū Iouis arcana hoibus ꝓdidiſſet: filiūq; Pelopē Diis hoſpitio ſuſceptis comedēdū appoſuiſſet: alias eſſe carnes mētitꝰ ad iferos detruſus ea pœna plectit: ut neq; bibere aq̄s ēt labia tangētibꝰ: neq; qcq̄ comedere poſſit, q̄uis illius capiti arbor īmineat pomis onuſta. Hac aūt pœna auari oēs affici uidenẗ: q ꝓpriis pecuniis ꝑ auaritiā uti nō poſſunt. ¶ Aut ur. Siſy. Siſyphus Aeoli fuit filius: q cū Iſthmū latrociniis infeſtaret a Theſeo interfectus ea pœna apud inferos dānatus eſt: ut exima ualle ſaxū ad mōtis uerticē nunq̄ urgere deſiſtat: niſi cū in uallē deſcēdit ad ſaxū delapſū iterū in mōtis cacumē impellēdū. Hoc aūt figmēto denotanẗ ambitioſi: q quis ſępius in petēdis magiſtratibus repulſā ferāt: ab abiēdo tñ nūq̄ deſiſtunt. ¶ Voluit Ix. Phlegię filius fuit Ixiō: ut Euripides quoq; teſtaẗ: ut uero Pherecydes ait Aethōis. Is cū Diā Eionei filiā uxorē ducere cuperet: multa ſe daturū muñera ſocero pollicitus eſt. Ad quæ quidē accipiēda cū iret Eioneꝰ: barathrum effodiens Ixion, ignibq; replēs, lignis ſubtilibus: tenuiq; puluerē illud operuit, ī qđ cū Eioneus cecidiſſet, extinctꝰ eſt. Tāto ſcelere admiſſo Ixion rabie correptꝰ ē: nemoq; ipm neq; deorū neq; hoium purgare uolebat: q primus oiū hominē familiaritate ſibi cōiunctū necaſſet. tādē uero iuppiter miſericordia motus illū purgauit. Quo facto Iunonē amare cœpit, de ſtupro q īterpellauit. Cui Iuppiter nebulā Iunoni ſimilē obiecit. deide ad iferos detruſus ita rotæ fuit alligatꝰ ut ſemp uolu aẗ. ¶ Belides: beli nepotes. Nā belus duos habuit filios Danaū: & Aegyptū, ꝑ quo īperiū ſcribūt Aegyptū. Is quinquaginta Danai filias totidē ſuis filiis deſpōſauit. Is Danaꝰ cū Apollinis oraculo didiciſſet, ſe q̄nq; ab uno filioꝝ Aegypti ſuo genero occiſū iri: filiabꝰ mādauit, ut prima nocte queq; ſuos maritos occideret. Quæ qdē oēs: ꝑter unā Hypermeſtrā natu minimā: quæ Lino ſponſo pepercit, a quo poſtea Danaus fuit interfectus, patri ſunt obſecutæ. Quare ea pœna apud iferos ſunt damnatæ, ut cribris aquam aurire nunq̄ deſiſtant. ¶ Letum: mortem a lendo: quod nō eſt in uſu: q mors omnia deleat. ¶ Patruelibus: ex duobus fratribꝰ nati patrueles dicuntur. ¶ Et ante omnes Ixiona: quia ab eo affecta iniuria fuerat: cum de ſtupro fuit interpellata. ¶ Rurſus ab illo: poſt illum. ¶ Cur hic e fratribus: nam Siſyphus & Athamas fratres fuere, filiiq; Aeoli. ¶ Cum coniuge: cum uxore ſua Ino. ¶ Spreuit: contempſit. ¶ Et exponit cauſas odii. quo proſequitur Athamantem. ¶ Quidq; uelit: exponit etiam quid uelit furias facere.

Vrbis inferorū deſcriptio — Cerberus. — Eumenides — Adamas — tityus — terrę filii — tantalus — Siſyphꝰ — Ixion. — Belides — Belus — Letum — Patruelis

¶Staret:



Staret: & in facinus traherent Athamanta furores.
Imperium, promiſſa: præces confundit in unum.
Sollicitatq; Deas. ſic hæc Iunone locuta,
Tiſiphone canos, ut erat turbata, capillos
Mouit: & obſtantes reiecit ab ore colubros:
Atq; ita non longis opus eſt ambagibus inquit.
Facta puta, quæcunq; iubes. inanimabile regnum
Deſere: teq; refer cæli melioris ad auras.
Læta redit Iuno: quam cælum intrare parantem
Roratis luſtrauit aquis Thaumantias Iris.




Nec mora Tiſiphone madefactā ſanguine ſumit
Importuna facem: fluidoq; cruore rubentem
Induitur pallam: tortoq; incingitur angue,
Egreditturq; domo: luctus comitatur euntem,
Et pauor, & terror, trepidoq; inſania uultu.
Limine conſtiterat: poſtes tremuiſſe feruntur
Aeolii, pallorq; fores infecit acernas.
Solq; locum fugit, monſtris exterrita coniunx.
Territus eſt Athamas: tectoq; exire parabant.
Obſtitit infelix: aditumq; obſedit Erinnys.
Nexaq; uipereis diſtendens brachia nodis
Cæſariem excuſſit, motæ ſonuere colubræ.
Parſq; iacent humeris: pars circum pectora lapſæ
Sibila dant, ſaniemq; uomunt, linguiſq; coruſcant.
Inde duos mediis abrupit crinibus angues:
Peſtiferaq; manu raptos immiſit. ad illi
Inooſq; ſinus, Athamanteſq; pererrant:
Inſpirantq; graues animos: nec uulnera mēbris
Vlla ferunt: mens eſt quæ diros ſentiant ictus.
Attulerat ſecum liquidi quoq; monſtra ueneni
Oris Cerberi ſpumas, & uirus Echidnæ,
Erroreſq; uagos: cæcæq; obliuia mentis,
Et ſcelus, & lachrymas, rabiem, & cædis amorem,
Omnia trita ſimul: quæ ſanguine mixta recenti
Coxerat ære cauo uiridi uerſata cicuta,
Dunq; pauent illi: uertit furiale uenenum

Raph.

¶Staret: erecta foret: ſed euerteret. ¶ Et in facinꝰ: in ſcelus. ¶ Traherent Athamanta furores: hoc eſt: ut Athamas furioſus effectus aliquid mali perpetraret. ¶ Imperium, promiſſa: decorum ſeruat poeta, nam iratorum cōfuſa ſemper eſt oratio. ¶ Tiſiphōe: una eſt ex tribus īferni furiis, quæ homicidas maxime punit: unde etiam nomen accepit. Nam παρὰ τὸ τίσειν τοὺς φονέας: q homicidas ulciſcatur dicta eſt. ¶ Obſtantes colubros: ſerpentes os īpediētes, ne loqui poſſet. Furiæ nanq; ſerpentes pro crinibus habere fingūtur. ¶ Longis ambagibus: longis uerborum circuitionibus, longa oratione. ¶ Roratis: inſperſis. ¶ Luſtrauit: purgauit ab inferorum contractu. ¶ Thaumātia Iris. Thaumantis & Electræ filia fuit. Iris, tametſi Cic. & Macrobius: ἀπὸ τοῦ θαύματος: ideſt ab admiratione dictā putent. Non ſolum autem Thaumantias: ſed etiā Thaumātis declinatur. ¶ Importuna: moleſta. Fluido cruore: corrupto ſanguine. Tiſiphones autem apparatū, habitūq; perſpicue deſcribit. ¶ Luctꝰ comitatur: ſcite hi comites attribuuntur Tiſiphone furiæ. Nam & luctus & pauoris & inſaniæ cauſa eſſe mortalibus, Tiſiphōe uidetur. ¶ Limine: Athamātis. ¶ Poſtes Aeolii: ianuæ Athamātis Aeoli nepotis. ¶ Pallorq; fores infecit acernas: aduētu inquit Tiſiphones fores acernę pallidę fuerunt effectę, ex quo maxima uis ueneni furię illius ſignificatur. ¶ Fores acernas: ex acere confectas. Acer nāq; arbor eſt operum elegantia & ſubtilitate citro ſecunda: ut Plinius ſcribit. Plura eius ſunt genera: quę qui uidere cupit ex Plinii decimo ſexto uolumine repetat licet. ¶ Solq; locum fugit: aduentu Tiſiphones Sol quoq; fugatus eſt. ¶ Infelix: infelices faciēs. Sic Virgilius. Sis felix, noſtrūq; leues quæcunq; laborem. Erinnys: Tiſiphōe furia. Sunt autē Erynnies deæ infernę ultrices, cum aliorum ſceleꝝ tum impietatis in parentes: dictę παρὰ τὸ ἐν τῇ ἔρᾳ ναίειν: q in terra habitent hominum facta ſpeculātes. ¶ Saniē q uomunt: uenenū ex ore emittūt. ¶ Linguiſq; coruſcant: linguas uibrāt. Eſt enim triſida & longiſſima ſerpentibus lingua: eam quam tāta celeritate mouētꝰ ut tres habere linguas uideantur. ¶ Graues animos: difficiles anxios. ¶ Vulnera: morſus. ¶ Diros ictus: graues affectus et perturbationes. Ictꝰ autem proprie ſcorpionū dicuntur. quis & ſerpētū. ¶ Et uirus echidnę hydrę ſerpentis. Echidna uero latine uipera dicit. ¶ Erroreſq; uagos: errandi, uagandiq; cupiditatem. Proprio autē epitheo uagos errores poeta uocauit, Cicuta: herba eſt pręſtantiſſimi ueneni. ¶ Furiale: in furorem agens.

tiſiphone. — Luſtrat thaumātias — Acer — Infelix Erinnys — Echidna. — Cicuta

Raph. ¶Mouit in furorem commouit. ¶ Ignes: uenti & facis agitatione cōmotos. ¶ Cōſequit igni. aſſequitur ſic, ut cōtinenter igneus orbis uideretur. ¶ Siu uictrix: uoti cōpos. ¶ Sumptūq; re. an. ſerpentē quo cincta erat Tiſiphone reſoluit. ¶ Furibūdus: furioſus. ¶ Ioco. uox eſt & bacchantiū & furientiū. ¶ Et parua Clear. Athamas ex Ino Clearchū & Melicerta filio ſuſcepit. Ex Nephele uero Phrixū & Hellen, ut alibi plenius diximus. ¶ Rotat: circunducit ¶ Rigidoſa. duro & aſpero. ¶ Diſcutit: diſiicit: illidit, diſtingūt quatiendo ¶ Infantia ora: infantis caput. ¶ Sparſi ueneni: a Tiſiphone. ¶ Exululat: clamores horrendos emittit. ¶ Male ſa. inſana & furioſa. ¶ Euoe Bacchæ: uox eſt baccantium εὐοῖ quæ bene tibi ſignificat. Vnde & ipſe bacchus Euius cognominatur, & Euhius cū aſpiratione. Namque alii græcorū εὐοῖου uocant, Dorienſes locos literæ aſpirationē reponētes εὐιου appellant. ¶ Sonat clamat. ¶ Hos uſ. hāc ululatem: ut furias & inſanias. ¶ Imminet: & pmontorium deſcribit, unde ſe Ino cum Melicerta filio præcipitauit. Id autem promontorium moluris petra a Pauſania uocatur. ¶ Summa riget: aſpera & iculta eſt. ¶ In apertum æquor: in latum mare. ¶ Occupat: celeriter aſcendit. ¶ Vires inſa. fe. Parentheſis: qua res uueriſimilis efficitur. ¶ Onuſq; ſuum: Melicertam filium: quem fugiēs ſecum aſportauerat. ¶ Recanduit: candida & alba facta eſt propter ſupumam, quam concitatum mare emittere ſolet. Tametſi candere proprie dicatur ferrū ignitū.

(Margin: Raph. — Euoe. — Euius Euhius — Cādere)

Fabulæ. xiii. quarti libri argumentum.

Lactan. ¶At Venus &c. Refert quoq; Venerem petiiſſe a Neptuno de Ino & Melicerta: ut in numerum Deorum referat. Significat enim Venus ſe in undis eſſe creatam: quo facilius moueret Neptunum.

¶Neptis: inus, quę Hermiones filie Veneris filia fuit.

Raph. ¶ Suo pa. Neptuno: q frater eſt iouis: cuius tertia Ven? eſſe filia dr. Quatuor. n. Veneres fuiſſe Cic. i libris de natura Deorum ſcribit. Quarum primā, q magna Ven? appellat. Cæli ac diei filiā fuiſſe. Secūdā ex maris ſpuma natam. Tertiam iouis & Diones filiā. Quartā Syrii & Cyprię. ¶ Proxima: nam iouii cælum in mundi diuiſione, Neptuno terra cum mari obtigit. ¶ In io. im. Ioniū mare græciam alluens inter Aegeum & Tyrrhenū pelagus ſitum. Tametſi non deſunt, qui ſcribunt illud eē Adriatico ſinu copulatū. Dictū eſt aūt ab ionio quodā uiro illyrico: ut ſcribit Theopōpus. Alii uero ab errore ἰοῦς in uacam mutate ionium putant eſſe declinatū. ¶ Eſt autē ſpondaicus uerſus, neq; ullius uocalis admittit colliſionem. Hęc uero compoſitio maxime imploranti auxiliū eſt accommodata. ¶ Tuis maritis. ¶ Aliqua & mi. hoc eſt ego quoq; aliqd gratię in mari hre debeo: cū in mari ex ſpuma ſim nata, indeniq; appellata. Obiter aūt Cui. aliam quoq; transformationē exponit: Nam ſecūda Venus (ut diximus) ex maris ſpuma ac ſanguine cæli teſticulorum pcreata fingit. Saturnus. n. cęlo patri iratus falce uirilia abſcīdiſſe: eaq; in mare piecíſſe narratur: ex quorū ſanguine & maris ſpuma Venus cōcreta: eſſe perhibet, Vnde etiā Aphrodite ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ: hoc eſt a ſpuma uocatur. ¶ Nomenq; ſimul; faciemq; nouauit: hoc eſt figurā & nomē Inco & Melicertę cōmutauit, Nam ino Leucothea græce: latine Matuta fuit appellata, melicerta uero a gręcis Palæmon, a nřis Portunus fuit nūcupatus. Leucothea uero dicta eſt ἀπὸ τοῦ λευκ... hoc eſt a currēdo per Leucon campum Megaridis. ut Euſtachius in Homerum ait. Myrſilus aūt nō ſolū ino Leucotheā uocat: ſed etiā Nereidas leucothis appellat. ¶ Maieſtatemq; ue: Imp. ſignificat illos effectos fuiſſe Deos. Nā maieſtas, q a maioribus dicta ē proprie eſt Deorum.

(Margin: Lactan. — Raph. — Venere quatuor — Ionium mare — ueneris origo — Leucothea. — Matuta Palæmon. — Portunus. — Maieſtas.)

Pectus in arborum: præcordiaq; intima mouit.
Tum face iactata per eundem ſæpius orbem
Conſequitur motos uelociter ignibus ignes.
Sic uictrix, iuſſiq; potens ad inania magni
Regna redit Ditis: ſumptumq; recingitur anguem.
Protinus Aeolides media furibundus in aula
Clamat Io comites: his retia tendite ſiluis.
Hic modo cum gemina uiſa eſt mihi prole leæna:
Vtq; feræ: ſequitur ueſtigia coniugis amens:
Deq; ſinu matris ridentem, & parua Clearchum
Brachia tendentem rapit: & bis, terq; per auras
More rotat fundæ: rigidoq; infantia ſaxo
Diſcutit ora ferox: tum deniq; concita mater,
Seu dolor hoc fecit: ſeu ſparſi cauſa ueneni
Exululat: ſparſiſq; fugit maleſana capillis.
Teq; ferens paruum nudis, Melicerta lacertis,
Euoe Bacche ſonat, Bacchi ſub nomine Iuno
Riſit: & hos uſus præſtet tibi (dixit) alumnus:
Imminet æquoribus ſcopulus: pars ima cauatur
Fluctibus: & rectas defendit ab imbribus undas.
Summa riget: frontemq; in apertū porrigit æquor
Occupat hunc (uires inſania fecerat) Ino:
Seq; ſuper pontum nullo tardata timore
Mittit: onuſq; ſuum. percuſſa recanduit unda.
At Venus immeritæ neptis miſerata labores,
Sic patruo blandita ſuo eſt: o numen aquarum,
Proxima cui cælo ceſſit Neptune poteſtas:
Magna quidem poſco: ſed tu miſerere meorum:
Iactari quos cernis in Ionio immenſo:
Et Diis adde tuis, aliqua & mihi gratia ponto eſt:
Si tamen in medio quondam concreta profundo
Spuma fui: gratumq; manet mihi nomen ab illa.
Annuit oranti Neptunus: & abſtulit illis,
Quod mortale fuit: maieſtatemq; uerendam
Impoſuit: nomenq; ſimul, faciemq; nouauit,
Leucotheaq; Deum cum matre Palæmona dixit.
Sidoniæ comites quantum ualuere ſecutæ

Fabulæ. xiiii. quarti libri argumentum.

Lactā. ¶Sidoniæ &c. Comites inus, q deſyderio reginæ affectæ caſum eius mœrentes defleuerant: ob eandē irā iunonis cum præcipitare ſe deſtinaſſent: ne pari honore a Neptuno excipi poſſent: in ſaxa & aues effecit, ut transfigurentur.

Raph. ¶Sidonię comites: matronę Thebanę ino fugientē ſecutæ: cū ex ueſtigiis percepiſſent eā ſe in mare pcipitaſſe iunoni inuidiam facere cœperunt. Quare iuno irata eas partim in ſaxa: partim in aues commutauit.

¶Primo



Raph. ¶Primo ſaxo: in prima promontorii parte. ¶ Nec dubium de morte ratæ: nam eam mortua cum filio putauerunt. ¶ Cadmeida: Cadmeiā. patronymicū p poſſeſſiuo. ¶ Deplaxere: defleuere, palmis pectora plāgētes, atq; percutientes. ¶ Conuitia: cōtumelias. ¶ Monumenta: memoriam. ¶ Solito plangore: conſueta percuſſiōe. ¶ Riguiſſe: duros factos eē. ¶ Hæſit: permanſit. ¶ Quæ nunc quoq; gurgite in illo: rapinoſis ē: Gurgitē enim pro ſinu maris poſuit poeta: gurgites enim fluminum proprie dicūtur. ¶ Diſtringunt: radunt, leuiter attingunt. ¶ Cadmei des: thebāę a cadmo duce ſic dictę.

(Margin: Gurges — Comites In? in lapides & Aues)

Fabulę. xv. quarti libri argumentum.

Lactā. ¶Neſcit Agenorides &c. Cadm? agenoris filius poſtq iſpector fuerat ſuarum calamitatum in exitu neptium peroſus Thebarū ſedes, cū Hermiōe Martis & Veneris filia cōiuge ſua in Illyrios profugit, ibi petita uenia a Deis in ſpeciem draconis conuertitur (qui initio cauſa malorum ſuorum fuiſſe) uotaq; expleta. in dracōes uerſi ſunt.

Raph. ¶Neſcit Agenori. Cadmus uariis ſuorum iſfortuniis uexatus Thebas una cum Hermiōe uxore dereliquit: ſeq; i Illyrium contulit: ubi cum uxore in ſerpētem fuit cōuerſus. Quod quidē idcirco fingit: quia Cadmus cū iam eſſet ſenex ab Amphiōe & Zetho regno pulſus: ſiue (ut alii ſcribūt) qa Linū interfeciſſet pfugus ad Illyrios ſe contulit (ut Palæphatus ſcribit) ubi cū Hermione uxore miſerrimā exegit uitam. Verſuſq; in anguem iddreo fingitur una cum uxore q cum ab elegātibus & cultis moribus in barbaros & inconditos declinaſſet. ¶ Serieq; malorum: continuatione iſfortuniorum. ¶ Et oſtētis: monſtris. ¶ Premeret: uexaret. ¶ Cōtigit Illyricos fines: in Illyriū puenit. Eſt autem Illyrium regio Epyro finitima: ab Illyrio polyphemi filio cognominata: ut ſcribit Appian?. ¶ Graues: pleni onerati. ¶ Dum prima retractant: commemorant ſuę domus primordia. ¶ Releguntq; ſuos ſermone labores: colligunt, in memoriam reducūt. ¶ Num ſacer ille: dubitat Cadmus an ille ſerpens, quem ad fontem interfecit, alicui Deorū fuerit conſecratus: qui ſibi malorum cauſa fuerit. ¶ Quem ſi cura Deum uindicat: hoc eſt pro cuius cęde ſi Dii uindictā de me ſumunt: utinam ego quoq; ſerpens efficiar: ut ab iſtis liberer malis. Eleganter aūt dicimus uidicò inimicos, & patris cędem: pro eo quod ē puniò inimicos: & pro cæde patris uindictam ſumo. ¶ Tam certa ira: ut me nunq malis uexare ſint ceſſaturi. ¶ Porrigat: producat: prolonget. ¶ In longam aluum: in longum uentrem. Aluus enim eſt in quem confluunt ſordes, Venter uero dicitur, qui extat & apparet. Iuuenalis. Motani quoq; uenter adeſt abdomine tardus. Vterus autem eſt in quo mulieres concipiunt. ¶ Durataq; cuti ſquammas: nam cutis & pellis ſerpētum ita ſquammis aſperatur, ut piſciū. ¶ Ceruleis guttis: maculis ſubuiridib?: qualis ē maris color. ¶ Cōmixtaq; in unum: cōfuſa in unum. ¶ Tenuatur: tenuia: ac ſubtilia efficiunt. ¶ Tereti: oblongo: atq; rotūdo. ¶ Tendit: extēdit ad uxorem. ¶ In partes eſt fiſſa duas: ſerpētes bifidam: ſiue (ut Plinius ait) triſulcam uidētur habere liguā. ¶ Nec uerba loquēti Sufficit: nec partes īquit linguæ ſubminiſtrāt uerba cadmo loqui uolenti. Sufficere nāq; hoc loco eſt tranſitiuum: & ſubminiſtrare ſignificat. ¶ Alliquos, queſtus: aliquas querelas. Quæ in ſignificatione cītra diphthōgum ſcribitur. Quæſtus enim cum diphthōgo turpe ſignat lucrum.

(Margin: Lactā. — Raph. — cadm? cū uxore in ſerpentes — Illyriū — Aluus Venter — Vterus. — Sufficere — Queſt? Quæſt?)

Signa pedum: primo uidere nouiſſima ſaxo:
Nec dubium de morte ratæ, Cadmeida palmis
Deplanxere domum: ſciſſis cum ueſte capillis.
Vtq; parum iuſtæ, nimiumq; in pellice ſæuæ
Inuidiam fecere Deæ: conuicia Iuno
Non tulit: & faciam uos ipſas maxima dixit
Sæuitiæ monimenta meæ: res dicta ſecuta eſt.
Nam quæ præcipue fuerat pia, perſequar inquit
In freta reginam: ſaltumq; datura, moueri
Haud uſq potuit: ſcopuloq; affixa cohæſit.
Altera dum ſolito tentat plangore ferire
Pectora: tentatos ſenſit riguiſſe lacertos.
Illa manus, ut forte tetenderat in maris undas:
Saxea facta manus in eaſdem porrigit undas.
Huius ut arreptum laniabat uertice crinem:
Duratos ſubito digitos in crine uideres.
Quo quæq; in geſtu deprehenſa eſt: hæſit in illo.
Pars uolucres factæ: quæ nūc quoq; gurgite in illo
Aequora diſtringunt ſummis Cadmeides alis.
Neſcit Agenorides natam, paruumq; nepotem
Aequoris eſſe Deos: luctu, ſerieq; malorum
Victus, & oſtentis, quæ plurima uiderat: exit
Conditor urbe ſua: tanq fortuna locorum,
Non ſua ſe premeret: longiſq; erroribus actus
Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.
Iamq; malis, anniſq; graues, dum prima retractant
Facta domus: releguntq; ſuos ſermone labores,
Num ſacer ille mea traiectus cuſpide ſerpens
Cadmus ait fuerat, tum cum Sidone profectus
Vipereos ſparſi per humum noua ſemina dentes?
Quem ſi cura Deum tam certa uindicat ira:
Ipſe precor ſerpens in longam porrigar aluum:
Dixit: & ut ſerpens in longam tenditur aluum:
Durataq; cuti ſquammas increſcere ſentit:
Nigraq; cæruleis uariari corpora guttis:
In pectus cadit pronus: commixtaq; in unum
Paulatim tereti tenuantur acumine crura.
Brachia iam reſtant, quæ reſtant brachia tendit.
Et lachrymis per adhuc humana fluentibus ora,
Accede o coniunx, accede miſerrima dixit.
Dumq; aliquid ſupereſt de me: me tange, manumq;
Accipe, dū manus eſt: dū non totum occupat anguis.
Ille quidem uult plura loqui: ſed lingua repente
In partes eſt fiſſa duas. nec uerba loquenti
Sufficiunt: quotieſq; aliquos parat edere queſtus:

Sibilat:hanc illi uocem natura reliquit:
Nuda manu feriens exclamat pectora coniunx:
Cadme mane,teq; infelix his exue monſtris.
Cadme qd hoc?ubi pes?ubi ſunt humeriq;,manuſq;?
Et color,& facies?& dum loquor omnia?cur non
Me quoq; cæleſtes in eundem uertitis anguem?
Dixerat:ille ſuæ lambebat coniugis ora
Inq; ſinus charos,ueluti cognoſceret:ibat.
Et dabat amplexus;aſſuetaq; colla petebat.
Quiſquis adeſt(aderant comites)terretur:at illis
Lubrica perlucent criſtati colla draconis.
Et ſubito duo ſunt:iunctoq; uolumine ſerpunt:
Donec in appoſiti nemoris ſubiere latebras.
Nunc quoq; nec fugiunt hominem:nec uulnere lædũt
Quidq; prius fuerint,placidi meminere dracones.
Sed tamen ambobus uerſæ ſolatia formæ
Magna nepos dederat:quem debellata colebat
India:quem poſitis celebrabat Achæia templis.




Solus Abantiades ab origine cretus eadem
Acriſius ſupereſt:qui mœnibus arceat urbis
Argolicæ:contraq; deum ferat arma:genuſq;

Raph. Moſtra ¶ Sibilat:ſibilare uerbum eſt facticiũ a uocis ſono de/clinatum.Natura autem ſerpentes ſibilant. ¶ His mõſtris proprie dixit.Nã monſtra ſunt,quę præter natu/ram fiunt,a monẽdo dicta,quaſi moneſtra,ꝙ nos deo/rum uoluntatis admoneãt:ut Põpeius ſcribit. ¶ Et dum loquor omnia?:ordo eſt & ſenſus.Et ubi ſũt omnia mẽ/bra,dum loquor?Mira/tur enĩ Hermiõe:ꝙ ni/hil membrorum cadmi uidebat. ¶ Aderant co/mites:parẽtheſis:qua ſi/gnificatur comites ſaltẽ interfuiſſe illi trãsforma/tiõi. ¶ Criſtati dracõis: criſtas ĩ capita habẽtis. Draco Draco autem ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι:hoc eſt a ui/dẽdo declinatur.Eſt.n. acutiſſimi uiſus. ¶ Iun/ctoq; uolumine:iũcta re/uolutione. ¶ Donec in appoſiti:donec ſe in cõti/guo nemore occultaue/runt. ¶ Appoſiti:iuxta poſiti,ac uicini. ¶ Nũc quoq; nec fugiũt homi/nem:Anguiũ deſcribit naturam qui hoĩem nec fugiunt nec offendunt: ſuntq; Aeſculapio ſacri.

Fabulę.xvi.quarti libri argumentum.

Lactã. ¶ Sed tũ &c. Perſe? Io/uis & danaes filius miſ/ſus a polydecte ad Me/duſę caput pferendũ:q aſpectu ſuo oculos in ſi/licẽ conuertere ſolebat, Minerua adiutrice euĩ/cit ppoſitũ laborem:& intercepto Phorcidũ lu/mine:quæ uicem cuſto/dias Gorgonum alebãt aſpectũ caput Meduſę retulit.E ſanguine autẽ qui Perſeo per africam iter faciente ſtillauerat: genus ſerpentum eſt p/creatum. Vtero autem eiuſdem Meduſę pega/ſus cum pennis exiit.

Raph. ¶ Sed tamẽ ambobus: hęc idcirco a poeta nar/rantur ut ↄtinne.quas ex/poſiturus eſt transfigurationes cũ prioribus cõnectan/tur.Nã Acriſius rex argiuorum & orgia bacchi ſperne/bat,& Perſeũ ſibi nepotem iouis eſſe filium nõ crede/bat.Sic igitur ad Perſei geſta enarrãda deſcendit poe/ta. ¶ Nepos:Bacch?,q ex India deuicta glorioſiſſimũ reportauerat triumphum. ¶ Debellata:bello deuicta. achęia achęi ¶ Achæia:Græcia.Nã achæia pars eſt Græciæ:unde achęi pro Græcis accipiuntur.Sane achæia cum diph/thongo a gręcis ſcribitur.Sic autẽ eſſe ſcribendũ achęi inde ducti facile oſtendunt. ¶ Poſitis templis:ædifica/tis. ¶ Solus Abantiades:Acriſius(ut in libro tempoꝝ acriſius ſcribit Euſebius)Abantis argiuorum regis fuit filius, paterq; Danaes:ex qua Perſeum Iuppiter ſuſcepit.Is a Prœto,fratre pulſus regno a Perſeo nepote fuit reſti/tutus:a quo tãdẽ inuito(cũ diſco luderet)fuit interem/ptus.Pherecydes aũt narrat(ut ſcribit Apollonii argo/nauticõ expoſitor)Acriſio nupſiſſe Eurydicẽ Lacedæ/monis filiã:ex qua cũ Danaẽ ſuſtuliſſet,an marẽ de il/la eſſet ſuſcepturus oraculum interrogauit. Cui Apol/lo nullũ quidẽ ipſi filiũ futurum eſſe reſpõdit. Fore aũt,ut ab eo quez filia genuiſſet,interficia/tur. Domũ itaq; reuer/ſus thalamũ æreum in media ædium aula ſub terra fabricãdum cura/uit.in quo Danaen cuz nutrice incluſam ita ſer/uabat,ne quis ad illam uir igredi poſſet. Iuppi/ter uero puellæ amore captus in auri guttas cõ/uerſus.ex tecto per im/pluuiũ defluens a uirgi/ne ſinu fuit exceptus. Seipſuz aũt cũ apuiſſet puellã cõpreſſit,ex qua Perſeus eſt natus:qui a matre,& nutrice clam acriſio fuit educat?.Cũ uero iam ad tertiũ,quar/tumue ętatis annũ puer peruenſſet: uocẽ illius ludentis acriſius audi/uit.Ad ſe igitur Danae cũ nutrice accerſita,hãc quidem interimit,Da/naen uero cũ puero ad Iouis Ercii arã deducit: ipſamq; ſolus interrogat unde ſibi puer ſit nat?. Illa uero ex ioue reſpõ/dit.Hoc acriſius cuz ad/duci nõ poſſet,ut crede/ret.in arcam una cũ pue/ro illam impoſuit:cumq; eã clauſiſſet in mare p/iecit. Ea uero ad Seri/phũ inſulã delata,a Di/ctye periſthenis filio,q forte tum piſcabatur:re/ti fuit extracta:quã qdẽ cũpcib? Danaes apuiſ/ſet: ac quinam eſſent reſciuiſſet:ipſos & do/mũ deducit,& ut cogna/tos accepit.Dictys.n.atq; Polydectes Androthoes fi/lię Caſtoris & Periſthenis filii fuerũt. Periſthenis aũt pr fuit Damaſtor filius Nauplii:quẽ ex amymõe ſuſcẽ/pit Neptunus:ut in primo pherecydes idẽ ſcribit. Cũ uero accepiſſet acriſius polydecten Seriphi regẽ oſtẽ/ſo Gorgonis capite in ſaxum fuiſſe cõmutatũ argis me/tu aufugit,ad pelagoſq; Lariſſam puenit.Quod quĩ/dẽ poſtq̃ Perſeus cognouit ad illum in patriã deducen/duz eſt profectus.Sed cũ in iuuenes quoſdã diſco cer/tantes incidiſſet,ipſe quoq; diſcũ iecit in aerem:qui re/ſiliẽs acriſii pedem ita percuſſit:ut ibi uitam cũ morte cõmutarit.Ita fatũ uitare nõ potuit. Perſeus uero una cũ Lariſſæis ante urbem ipſi ut Heroi ſepulchruz ma/gnificum



Non putat eſſe Deum:neq; enim Iouis eſſe putabat
Perſea:quem pluuio Danaæ conceperat auro.
Mox tamen Acriſium(tanta eſt præſentia ueri)
Tam uiolaſſe Deum,q̃ non agnoſſe nepotem:
Pœnitet:impoſitus iam cælo eſt alter,& alter
Viperei referens ſpolium memorabile mõſtri
Aera carpebat tenerum ſtridentibus alis.
Cumq; ſuper Libycas uictor penderet harenas
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ:
Quas humus exceptas uarios animauit in angues
Vnde frequens illa eſt,infeſtaq; terra colubris.
Inde per immenſum uentis diſcordibus actus
Nunc huc,nunc illuc exemplo nubis aquoſæ
Fertur:& ex alto ſeductas æthere longe
Deſpectat terras:totum ſuperuolat orbem.
Ter gelidas Arctos,ter Cancri brachia uidit:
Sæpe ſub occaſus,ſæpe eſt ablatus in ortus.
Iamq; cadente die ueritus ſe credere nocti
Conſtitit Heſperio regis Atlantis in orbe:

Abãtes Abãtis gnificum erexit. ¶ Abãtiades:Abãtis filius.Abantes quoq; populi ſunt Euboeæ:a qbus etiam abantis fuit appellata:ſiue ab abãte argei filio:uel Neptuni & are/thuſę. ¶ Ab origine eadẽ:quia & ipſe ab ioue originẽ ducebat.Nam Belus iouis fuit filius,is uero pater fuit abantis,cuius filium acriſium fuiſſe diximus.

Raph. Perſeus ¶ Neq;.n.Io.eſſe pu.Per/ſea:filiũ ſubĩtelligam? uel genus.Perſe? aũt iouis ex Danae acriſii fuit filius.Is cuz adoleuiſſet(ut ſcribit Ioãnes grãmaticus)Palla/dis(ut alii)polydectis re/gis ſeriphi iuſſu ad gorgo/nes debellãdas ẽ pfectus ęgide a Pallade ipſa,ac ta/laribus,enſeq; falcato a Mercurio acceptis.Medu/ſæ igit caput amputatũ,cũ in grecĩã referret:ab atlãte mauritaniæ rege ab hoſpi/tio repulſus:Gorgonis ca/pite oſtẽſo.ipſum in mõtẽ eiuſdem nõis cõmutauit. Andromedã deĩde uirgi/nẽ Cephei regis ac caſſie/pię filiã mõſtro marino cri/mine matris obiectã:ea cõ/ditione liberauit:ut ſibi uxor traderet.Sed cũ iam nuptias celebraret:ac Phi/neus Cephei frater,cui an/dromeda anteq̃ obiceretur monſtro,fuerat deſpõſa/ta:ſibi eam ui auferre conaretur,& multos ex illius ſo/ciis interfecit,& Gorgonis capite oſtẽſo phineũ ipſum cũ reliqs in ſaxa conuertit.Ac demũ in Græciã reuer/ſus Prœtũ acriſii fratrem,qui regno auum expulerat, in lapidẽ transformauit:Acriſiumq; auũ in regnuz re/duxit,ac Polydectẽ Seriphi regẽ una cũ multis aliis in ſaxa cõuertit.Ipſe uero in orientẽ pfectus Perſiẽ,per/ſaſq; de nõie ſuo appellauit.Tãdẽ inde reuerſus,cuz acriſiũ auũ inuitus diſco ludens itereiſſet:ipſe cũ an/Danae dromeda uxore ac Cepheo ſocero,& Caſſiepia ſocru in cælũ fuit trãſlat?:atq; iter ſydera collocat?. ¶ Quẽ plu.Da.cõ.au.Danae acriſii filia:q ĩ turri cõcluſa erat a pr̃e:q accepat ſe nepotis manibus periturũ:ut nullus uir ad eã accedere poſſet:a ioue in auri guttas trãſfor/mato fuit cõpreſſa.Quod cũ reſciuiſſet acriſius:ægre ferẽs illã in arca ĩpoſitã in mare pĩci iuſſit.Ea uero at/ea a Dictye piſcatore Seriphio(ut Stra.narrat)ad po/lydectẽ Seriphi regẽ fuit delata:q q̃uis Danaẽ cogere nõ potuerit:ut ſibi nuberet.Perſeũ tñ ĩfantẽ educauit. ¶ Pluuio au.nã iuppiter in auri guttas cõuerſus in da/naes gremiũ pluuiſſe fingit. ¶ Tãta eſt p̃.ue.acclama/tio hęc iterpoſita ſignificat maximã eſſe ueritatis potẽ/tiã. ¶ Preſentia:potẽtia. ¶ Pœnitet:qa & Perſeũ ioue digna geſſiſſe acciplebat:& bacchũ in numerũ Deoꝝ iã eſſe relatũ uidebat. ¶ Impoſitus iã cę.eſt alter:Bac/chus in numerũ Deoꝝ relatus. ¶ Viperei mõſtri ſpo. capitis Meduſę eſt piphraſis.Nã phorc? Thoſeę nym/Phorc? phæ ac neptũi fili?.Corſicęq; & Sardinię rex(ut Var/ro ſcribit)cũ ab atlãte plio nauali ↄmiſſo uict?,& ĩ ma/ri ſubmerſus,Neptuni patris beneficio deus marinus eſſet effectus:ex Ceto ↄiuge tres ſuſtulit filias eximia pulchritudine;Euryalã:Stheno:& Meduſam:& non/nulli uolũt)Scyllã:quas Põponi? Mela ſcribit Gorga/das inſulas ęthiopici maris tenuiſſe:unde Gorgões ui/dent appellatę.Haꝝ natu maxima fuit Meduſa:quæ Gorgones cũ quadã die ſola ĩ littore uagaret:a neptuno fuit ada/mata:ut eã uel ĩ tẽplo Palladis quo ↄfugerat:uiolarit. Quare pallas idignata:& crines ei? qbus maxime Ne/ptuno placuerat:ĩ angues cõuertit:& effecit ut quoſ/cũq; aſpexiſſet in lapides cõmutarẽtur. Hãc uero Perſeus(ut iã dixim?)ope palladis a qua ſcutũ chry/ſtallinũ.& Mercurii:a quo talaria & falcatũ enſem ac/ceperat:iteremit.Quod qdẽ idcirco fictũ uĩ:ꝙ Perſeus illi? ſupatæ opibus pclara multa geſſit. Nã atlantem Mauritanię regẽ:& africã: & totã græciã:parteq; aſię Guttæ ſanguinis Meduſæ ĩ ſpẽtes ſubegit. ¶ Memorabile: memoratu dignũ. ¶ Aera carpebat tenerũ:hoc eſt p aera penetratu facilẽ uola/bat. ¶ Cũq; ſup Libycas: guttas ſanguis ex Medu/ſæ capite cadẽtes in terraz Libyã uarios in ſerpentes cõuerſas fuiſſe narrat poe/ta.Quod iõ fictũ uĩ:quia. Libya ſerpẽtibus ueneno/ſis abũdat. ¶ Gorgõei ca. Meduſęi.Gorgões.n.(ut dixim?)tres fuere ſorores: quaꝝ meduſæ natu maxĩæ a Perſeo caput fuit ampu/tatũ. ¶ Colubris:ſerpẽtibus.

Fabulæ.xvii.quarti libri argumentum.

Lactã. ¶ Inde p imẽſum &c.Atlas iapeti & pleiones filius a Themide:q initio antiſtes Deoꝝ erat:rñſum accepit: ne quẽ hoſpitio ex pgenie iouis reciperet:ſi uellet hor/tũ ĩ quo poma aurea erãt cuſtoditũ hẽre.Quã ob cãm cũ Perſeo fatigato ex aſſiduo curſu regeſcẽdi hoſpitiũ negauiſſet:eũq; uiribus ppelleret:ille elatũ caput gor/gonis ei obiecit.Quo ui ſ o in montẽ pari nõie eſt uer/ſus.Cui in ultimis africæ locis mũdus iniectus eſt.

Raph. ¶ Inde p imẽſum:p ĩfinitũ ac inane:qui eſt aer. ¶ Se/ductas:ſepata. ¶ Deſpectat:deorſum ſpectat. ¶ To/tumq; ſuperuolat orbẽ:hoc eſt ſupra totũ terrarum or/bẽ fertur. ¶ Gelidas arctos:gelidos ſeptẽtriones:ad quos nunq̃ Sol accedit. ¶ Iãq; cadẽte die:occidẽte So/le. ¶ Credere:cõmittere. ¶ In Heſpio orbe:ĩ occiden/tali orbis pte.Nã Heſperus ſtella eſt q̃ ueſperi in occi/dẽte apparet:uñ heſperius orbis:& hiſpania:& italia Heſperus Heſperia interdũ heſperia uocat̃.Sic ãt ↄtinne igredit̃ trãſforma/tionẽ atlãtis regis Mauritanię potẽtiſſimi in mõtez:ad quẽ cũ pueniſſet Perſe? rogauit:ut ſe hoſpitio ſuſcipet. dõec illuceſcerẽt dies.Cęteꝝ atlas oraculo admõit?: ut ſibi a iouis filiis caueret:ne regno ab aliquo eoꝝ pri/uaret̃:illũ ſupbe admodũ repulit.Quaꝛ Perſe? idigna/t? capite Meduſę reuelato eũ ĩ mõtẽ trãſformauit:q cę/lũ ſuſtinere dr̃.Quod idcirco fictũ eẽ dr̃:ꝙ Perſe? ſupa/tę meduſæ opib? fret? atlãtis regnũ iuaſit:eũq; in mõ/tes fugeẽ coegit.Cęlũ ãt hũeris ſuſtineẽ fingit atlas:tũ ꝙ(ut ſcri.Pli.)prim? oĩuz aſtrologiã iuenit:tũ ꝙ mons atlãtes ipe ita ẽ alt?:ut cęlũ ↄtigeẽ uideat̃.Sane apud ãtiquos atlãtes uocabant ſtatuę:q colũnas humeris ſuſtinebãt

Raph. ¶ Ignes Aurorae: lumina aurorae: quae semper ante Solem fertur. ¶ Cursus diurnos: diei & Solis cursus. Nam aurora & diem, & Solem adducere uidetur. ¶ Iapetionides Atlas fuit: Atlas iapeti gigantis & Libyae nymphae filius fuit quam de matre pauca inter scriptores conuenit. Alii namque clymenes, alii aliae fuisse filium ferunt. Nos uero Plinium sequuti: qui eum Libyae filium scribit fuisse. uerum alii quoque fuerunt clari atlantes: quorum unus in arcadia regnauit pater Maiae Mercurii matris: alter in Hetruria pater Electrae Corythi uxoris. Iapetionides autem non a iapeto: sed a iapetone (utroque n. modo dr) deduci uidetur. Hesiodus ἀτερινοι ... τῶν περιμαδέα ... Constat uero hoc nomen ex syllabis septem: hoc est duobus dactylis & syllaba. ¶ Vltima tellus: mauritania cum reliquo occidente. ¶ Qui solis anhelis: fessis ac defatigatis. Equi namque Solis ab Oceano atlantico excipi uidentur. ¶ Vicinia nulla: nulli uicini. inquit: quia quam agrorum habebat: quod extaret. Omnia namque ab atlante possidebantur: quod significat fuisse locupletissimum. ¶ Vetuste fortis: antiqui oraculi. ¶ Themis parnasia: quae in monte parnaso templum habet: ut in primo uidimus. ¶ Hunc titulum: hanc gloriam. Titulus a titan tutando dictus: quod sua cuique gesta operaque tituli tueantur. ¶ Pomaria: Hortos arboribus consitos, quamque pomaria proprie sint pomorum repositoria. poma autem hic ab Hercule & ipso iouis filio ablata fuisse notissimum est. ¶ Nesi longe gloria terque: recede. inquit: procul a nostro regno: ne a nobis oppressus indicio sis: & gloriam terque falsam esse: & a iouis genere longe abesse. ¶ Par esses: sufficere posset. ut n. Atlas omnium maximus: ita ualentissimus erat. ¶ At quoniam parui. at quoniam inquit tuam gloriam paruifacis: accipe munus tibi conueniens. ¶ Ipse retrouersus: caute ne & ipse in saxum conuerteretur. ¶ Protulit: extulit, & ostendit atlanti. ¶ Squallentia ora liuida & pallescentia Medusae faciem. ¶ Quantus erat mons factus atlas: tantus. subaudiatur: ut sit ordo & sensus. Atlas factus fuit tantus mons quantus uir erat. Tam aperte

(Margin: Titulus. Pomaria. atlas in montem. Par esses.)

ast atlantis transmutationem describit poeta: ut nulli lucidiorem admittat enarrationem. ¶ Iuga fiunt humerique manusque: iugum non tamen arduitas montis & supinitas (ut quidam putant) quam summa montis ipsius planicies, per quam transitus uel hominibus patet: dictum quod illic mons potissimum iungatur. Nam iugum a iungendo deriuatur: multaque significat. Et lignum namque illud quo boues iunguntur. & equi iugum uocatur: & transferuntur appellatur iugum. quod bauem iungat & iunctam teneat. ¶ Sic Dii statuistis: uoluistis. Cuius asit rei rationem assignare non possumus: ad Deorum potentiam referre solemus. ¶ Et omne caelum: totum. Omne enim pro toto frequenter ponitur a poetis.

Fabulae. xviii. quarti libri argumentum.

¶ Clauserat &c. Perseus per aethiopiam iter faciens postquam andromedem propter superbiam matris quae se nympharum pulchritudini praeferebat: saxo alligatam ac marinae bellue obiectam uidit: captus specie eius exarsit: Pactusque a Cepheo & Cassiopea parentibus uirginis ut sibi matrimonio eam darent si belluam interemisset, uoti compos est factus. Interfecto igitur monstro cupiens requiescere caput Gorgonis laederet: uirgulas lectas in littore subiecit: & haec super induruerit. ita ut adeptis radicibus sanguinei coloris mari ut arbusculas nascerentur: nomenque haberent Coralium. ¶ Clauserat Hip. Aeolum Hippotae nepos. Nam aeolus iouis fuit filius ex acesta Hippotae Troiani filia. Is adeo rex uentorum esse phibetur: quod (ut scri. Varro) cum apud nouem Siciliae insulas italiae propinquas iliacis temporibus regnaret: ex consurgentibus nebulis ita futuros uentos praedicebat: ut in sua potestate eos a rudibus habere crederet. Pli. ait ipsum ... ratione ... bit. ¶ Aeterno carcere: semper duraturo. ¶ Admonitorque operum: qui homines operum suorum admonet. Nam oriente Lucifero (quia ferenda luce a graecis quoque φωσφόρος uocatur) fere quisque ad opera sua & artes exercendas surgere solet. ¶ Pennis re. talaribus, quas pro nocte deposuerat iterum assumptis. ¶ Telo un. ense falcato.

(Margin: Iugum. Raph. Lactan.)

Exiguamque petit requiem: dum Lucifer ignes
Euocet Aurorae, cursusque Aurora diurnos.
Hic hominum cunctis ingenti corpore praestans
Iapetionides Atlas fuit, ultima tellus
Rege sub hoc & pontus erat, qui Solis anhelis
Aequora subdit equis: & fessos excipit axes:
Mille greges illi, totidem armenta per herbas
Errabant: & humum uicinia nulla premebat.
Arboreae frondes auro radiante nitentes
Ex auro ramos, ex auro poma ferebant.
Hospes ait Perseus illi: seu gloria tangit
Te generis magni: generis mihi Iuppiter auctor:
Siue es mirator rerum, mirabere nostras,
Hospitium, requiemque peto: memor ille uetustae.
Sortis erat: dederat Themis hanc Parnasia sortem
Tempus Atla ueniet: tua quo spoliabitur auro
Arbor: & hunc praedae titulum Ioue natus habebit.
Id metuens solidis pomaria clauserat Atlas
Montibus: & uasto dederat seruanda draconi:
Arcebatque suis externos finibus omnes:
Huic quoque; uade procul ne longe gloria rerum,
Quas mentiris ait: longe tibi Iuppiter absit,
Vimque minis addit: manibusque expellere tentat
Cunctantem, & placidis miscentem fortia dictis.
Viribus inferior: quis enim par esset atlantis
Viribus? at quoniam parui tibi gloria nostra est:
Accipe munus ait: laeuaque a parte Medusae
Ipse retrouersus squallentia protulit ora.
Quantus erat mons factus Atlas: nam barba, comaeque
In siluas abeunt: iuga sunt humerique, manusque
Quod caput ante fuit, summo est in monte cacumen.
Ossa lapis fiunt: tum partes altus in omnes
Creuit in immensum: sic Dii statuistis: & omne
Cum tot syderibus caelum requieuit in illo.
Clauserat Hippotades aeterno carcere uentos:
Admonitorque operum caelo clarissimus alto:
Lucifer ortus erat, pennis ligat ille resumptis
Parte ab utraque pedes: teloque accingitur unco:
Et liquidum motis talaribus aera findit.
Gentibus innumeris circumque, infraque relictis,

¶ Cepheia



Raph. Cepheus. ¶ Cepheia arua: Cephei regna. Cepheus enim (ut ex fuia Euripidis scribit Iginus) Phoenicis fuit filius, rexque aethiopum & Cassiepes maritus, ac andromedae pater: qui andromedam filiam propter uxoris superbiam monstro marino obiicere fuerat coactus. Cum. n. Cassiepe mater se nereidibus pulchriorem esse iactaret: precibus ipsarum motus Neptunus belluam marinam immisit: quae aethiopiam uastaret. Quare consultus iuppiter Hamon: qua ratione Nereides placari possent: respondit Cephei, Cassiepesque progeniem monstro esse obiiciendam. Andromedam igitur cum ad scopulum religatam Perseus uidisset: ea conditione se illam liberaturum pactus est: ut sibi uxor permitteretur. Caeterum Phineus Cephei frater (cui antea quam monstro exponeretur andromeda fuerat desponsata) cum ui eam Perseo eripere conaretur: multis interfectis: reliquos in se ruentes Perseus ipse Medusae capite detecto in lapides commutauit. ¶ Maternae linguae. nam Cassiepe de pulchritudine cum Nereidibus contendere fuerat ausa. ¶ Iniustus Ham. iniquus iuppiter in ea sententia ferenda. Neque enim iustum erat ut filii pro parentibus poenas pendant. Hammon autem harenarius interpretatur. Nam in Libyae harenis templo celeberrimo sub imagine arietis Iuppiter colebatur. Quamquam scribat Diodo. ex quorundam sententia: Hammonem Libyae regem fuisse: uxoremque cepisse Rheam Caeli filiam, Saturni, aliorumque Titanum sororem. ¶ Ad duras cau. ad asperos scopulos, cautes autem dicimus o in au. diphthongus soluta. ¶ Abantiades: abantis nepos Perseus. ¶ Tepido fletu: tepidis lachrymis. ¶ Manabant: stillabant. ¶ Marmoreum opus: marmoream statuam. ¶ Trahit insci. ignes: hoc est ignarus quaedam esset amore ipsius carpitur. ¶ Quater: mouere, concutere. ¶ Istis cathenis: istis uinculis ferreis. ¶ Sed quibus inter se: sed uinculis mutui amoris. ¶ Pande: dic, & manifesta. ¶ Terraeque: urbis & patriae. Sic Virgi. Nunc ...

(Margin: Raph. alipes. Hamo. Andromedae liberatio.)

Aethiopum populos, Cepheiaque conspicit arua.
Illic immeritam maternae pendere linguae
Andromedam poenas iniustus iusserat Hammon.
Quam simul ad duras religatam brachia cautes,
Vidit Abantiades: nisi quod leuis aura capillos
Mouerat, & tepido manabant lumina fletu:
Marmoreum ratus esset opus: trahit inscius ignes.
Et stupet: & uisae correptus imagine formae,
Pene suas quater est oblitus in aere pennas.
Vt stetit: o dixit non istis digna cathenis,
Sed quibus inter se cupidi iunguntur amantes,
Pande requirenti nomen terraeque, tuumque,
Et cur uincla geras: primo silet illa: nec audet
Appellare uirum uirgo, manibusque modestos
Caelasset uultus, si non religata fuisset.
Lumina, quod potuit: lachrymis impleuit obortis
Saepius instanti, sua ne delicta fateri
Nolle uideretur: nomen terraeque, suumque:
Quantaque maternae fuerit fiducia formae,
Indicat, & nondum memoratis omnibus unda
Insonuit: ueniensque immenso bellua ponto
Eminet: & latum sub pectore possidet aequor.
Conclamat uirgo: genitor lugubris, & una
Mater adest: ambo miseri, sed iustius illa,
Nec secum auxilium, sed dignos tempore fletus,
Plangoremque ferunt: uinctoque in corpore adhaerent.
Tum sic hospes ait: lachrymarum longa manere
Tempora uos poterunt: ad opem breuis hora ferenda est.
Hanc ego si peterem perseus Ioue natus, & illa,
Quam clausam impleuit foecundo Iuppiter auro:
Gorgonis anguicomae perseus superator, & alis
Aethereas ausus iactatis ire per auras:
Praeferrer cunctis certe gener. addere tantis
Dotibus, & meritum (faueant modo numina) tento.
Vt mea sit seruata mea uirtute paciscor.
Accipiunt legem (quis enim dubitaret) & orant:
Promittuntque super regnum dotale parentes.
Ecce uelut nauis praefixo concita rostro
Sulcat aquas iuuenum sudantibus acta lacertis:
Sic fera dimotis impulsu pectoris undis,
Tantum aberat scopulis, quantum balearica torto
Funda potest plumbo medii transmittere caeli.

stant sine nomine terrae. ¶ Regenti: mihi rogat. ¶ Primo si. i. l. decorum probae pudicaeque mulieris seruat poeta: quam loqui ultro puderet. ¶ Appellare ui. loqui cum uiro. ¶ Virgo: quae est, cur uirgo alloqui non auderet, uirgo namque erat. ¶ Eminet: extat, alta est. ¶ Et la. sub pe. possidet aequor: emphasis est: qua belluae magnitudo monstratur. Quod enim latum aequor bellua pectore premebat: nisi maxima esse non poterat. Sic Virgilius equi Palladii magnitudinem ostendit: cum inquit: Demissum lapsi per funem. ¶ Genitor lugubris: pullis uestibus indutus. ¶ Vinctoque in corpore adhaerent: hoc est ligatam Andromedam complectuntur. ¶ Manere: expectare. ¶ Ad opem ferendam: ad auxilium andromedae ferendum. ¶ Hanc ego si peterem merito Perseus dotes suas & uirtutes & facta apud ignotos exponit: quo facilius id quod cupit: accipiat. ¶ Et meritum: etiam beneficium. ¶ Faueant modo numina: dummodo Dii mihi sint auxilio. ¶ Paciscor: in pactionem deduco. ¶ Vt mea sit uxor, subaudiatur. ¶ Accipiunt legem: conditionem quam ipsis tulerat Perseus: ut sua esset: si ipsam sua uirtute seruasset. ¶ Quis enim dubitaret? parenthesis cum interrogatione causam continens cur Andromedae parentes acceperint latam conditionem. ¶ Et orant: promittuntque super: ordo est & sensus. Et insuper andromedae parentes rogant ut filiam seruare uelit: regnumque suum illi in dotem promittunt. ¶ Ecce uelut nauis: hac similitudine & magnitudo & impetus belluae illius marinae declaratur. ¶ Nauis rostro praefixo: nauis rostrata. ¶ Concita: concitata in cursum. ¶ Acta: impulsa. ¶ Sulcat aquas: diuidit ac separat aquas. ¶ Iuuenum sudantibus lacertis: hypallage est. Nam sudantium iuuenum lacertis impelluntur triremes. ¶ Quantum balearica torto: tantum inquit bellua distabat a scopulis: quantum spacii pila plumbea funda emissa pertransire posset. ¶ Medii caeli: medii aeris.

(Margin: Prece. Lugubris. Baleari.)

Raph.

¶Pedibꝰ tellure repulſa: Geſtũ exprimit eius, qui ſe e terra in aerẽ tollere uelit. Sic paulo ante de Pallade dixit: Et impreſſa tellurẽ reppulit haſta. ¶Arduus: altus. ¶Vtq; Iouis pręp. pulchra ſimilitudine poeta oñdit. quãta agilitate mõſtrũ illud marinũ Perſeus oppreſſerit. ¶Præpes: ales: eſt aũt aqla: piphraſis, q̃ ſerpẽtibus maxime infeſta eſt. Pręp[e]tes uero maiores dicuntur aues: quarũ ex uolatu auguria colligunt.

Prępetes aues

¶Vacuo aruo: ſegetibus carente: legitur et harmo forſitan melius. ¶Liuentia: pallentia & nigra. ¶Occupat: corripit. ¶Auidos ungues: hypallage eſt. Ipſe namq; ales auidus intelligitur.

¶Squamigeris ceruicibus: ceruices ſquammoſas. ¶Miſſo: emiſſo, effecto ¶Per inane: p aerẽ: qui inane dr̃. quia uacuus eſſe uidetur.

Inane

¶Frementis: ore ſtrepentis, & furentis belluæ. ¶Inachides: Perſeus Argiuus. Inachidæ namq; argiui dicuntur ab inacho. qui primus apud argos regnauit, ac fluuiũ achaię inachum de ſuo nomine appellauit.

Inachidæ

¶Curuo tenus hamo: uſq; ad capulũ: cui ferrũ recuruũ ſolet appõi. ¶Circũſona: circũ latrans. ¶Ille: Perſeus. ¶Auidos morſus: Hypallage ſæpe poetę familiaris. Auide naq; bellue morſus intelligunt. ¶Super obſita: deſuper tecta atq; cooperta conchis. & oſtreorũ teſtis. Balenarũ enim tergoribus conchę, oſtreaq; adhærere ſolent.

Falcatus

¶Falcato enſe: recuruo ac falci ſimili. Eſt. n. nomen participio ſimile falcatus. ¶Bellua puniceo. Quãta fuerit hęc bellua facile ex fluctibus quos ore euomebat, colligere poſſumus. ¶Maduere graues aſpergine pẽnę: hoc eſt pennæ alarũ Perſei & madidę & graues reſperſione fluctuum, quos euomebat bellua, ſunt effectæ. ¶Nec bibulis: multum humoris & aquæ attrahẽtibus. Bibuli năq; dicuntur: qui multum ac potius nimiũ bibũt.

Bibulus
Extare

¶Vltra: ulterius. ¶Credere: confidere. ¶Stantibus aquis: quieſcẽte mari. ¶Extat: eminet, extra ſtat, & apparet. Vnde etiã extare libri dicũtur qui inueniũtur. ¶Nixꝰ eo: cũ inquit in uertice illius ſcopuli pedes firmaſſet: ſæpiꝰ

Cum ſubito iuuenis pedibus tellure repulſa
Arduus in nubes abiit: & in æquore ſummo
Vmbra uiri uiſa eſt. uiſam fera ſæuit in umbram.
Vtq; Iouis præpes uacuo cum uidit in aruo
Præbentem Phœbo liuentia terga draconem
Occupat aduerſum neu ſæua retorqueat ora.
Squammigeris auidos figit ceruicibus ungues:
Sic celeri miſſo præceps per inane uolatu
Terga feræ preſſit: dextroq; frementis in harmo
Inachides ferrum curuo tenus abdidit hamo.
Vulnere læſa graui, modo ſe ſublimis in auras
Attollit, modo ſubit aquas, modo more ferocis
Verſat apri: quem turba canum circumſona terret
Ille auidos morſus uelocibus effugit alis:
Quaq; patent nunc terga cauis ſup obſita cõchis:
Nunc laterum coſtas, nunc quã tenuiſſima cauda
Deſinit in piſcem, falcato uulnerat enſe.
Bellua puniceo mixtos cum ſanguine fluctus
Ore uomit: maduere graues aſpergine pennæ.
Nec bibulis ultra perſeus talaribus auſus
Credere, conſpexit ſcopulum: qui uertice ſummo
Stantibus extat aquis: operitur ab æquore moto.
Nixus eo, rupiſq; tenens iuga prima ſiniſtra
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cum plauſus, clamor, ſuperaſq; Deorum
Impleuere domos: gaudent, generumq; ſalutant:
Auxiliumq; domus, ſeruatoremq; fatentur.
Caſſiepe. Cepheuſq; pater reſoluta cathenis
Incedit uirgo pretiumq; & cauſa laboris.
Ipſe manus hauſta uictrices abluit unda.
Anguiferumq; caput dura ne lædat harena:
Mollit humum foliis: nataſq; ſub æquore uirgas
Sternit: & imponit phorcynidos ora Meduſæ.
Virga recens, bibulaq; etiam nunc uiua medulla
Vim rapuit monſtri: tactuq; induruit huius.
Percepitq; nouum ramis, & fronde rigorem.
At pelagi nymphæ, factum mirabile tentant
Pluribus in uirgis: & idem contingere gaudent.
Seminaq; ex illis ut erant iactata per undas,
Nunc quoq; coraliis eadem natura remanſit:
Duritiem tacto capiant ut ab aere: quodq;

ſſa beluæ enſe tranſegit. ¶Littora cũ plauſus clamor: hoc ẽ plauſus & clamor. Eſt aũt figurata oratio. ¶Superas deorũ domos: periphraſis eſt cæli. Hac aũt hyperbole magnitudo clamoris, plauſuſq; ſignificat. ¶Caſſiepe: q̃ & Caſſiepeia dicitur. Huiꝰ ſane nois tertia ſyllaba apud græcos e litera ſcribitur: quis apud latinos o uocalem minus recte habeat.

Caſſiepe

Quæ autẽ de andromedę uinculis dicta ſunt. apud ioppem paleſtinę urbem a quibuſdam ante diluuiũ (ut Mela narrat) geſta eſſe feruntur. ¶Mollit humum foliis: narraturus quemadmodũ uirgæ in mari naſcentes in coralia fuerunt conuerſæ: fingeas a Perſeo Meduſæ capiti ſubiectas induruiſſe, lapidiſq; figuram contraxiſſe: qd̃ quidẽ Nereides admiratæ multa & ipſæ uirgulta capiti Meduſæ ſubiecerunt: atq; in mare diſiecerunt: quę quamdiu aqua tegũtur mollia ſunt; extracta ad aerẽ ſtatim rigeſcũt. Quare quidam coralium Gorgoniam uocãt (ut Plinius ait) q extractum e mari in duriciem lapidis mutetur, tanq̃ uiſo Gorgonis capite. ¶Phorcynidos Meduſæ: Phorci filiæ, ut diximus. Phorcus ſane apud Græcos phorcys, phorcyos, & phorcynos declinatur. Vnde phorcynis patronymicum fœmininũ eſt deriuatũ.

Phorcynis

ptuni filio, qui illis imperauit, denominati. ¶ Pagaſæa puppe: Argo naue iuxta Pagaſas promontorium fabricata. Si autem legendum eſt, ut pegaſæa: ut fere in exemplaribus eſt depmuatum. pagaſæ enim ſunt & pmontoriū & urbs Theſſaliæ: dicte ἀπὸ τοῦ πηγνύναι τὴν ἀργώ: hoc eſt compingēda & fabricanda Argo naue. Demetrius autem Scepſius ἀπὸ τοῦ πηγῶν: id eſt a fontibus: quibus irrigatur locus. in quo etiam templū eſt pagaſęi Apollinis. ¶ Viſus erat phineus: Phineus Phœnicis & Caſſiepeæ filius: ſiue agenoris (ut qdā putant) rex fuit Thraciæ: qui (ut Dionyſius in argonautis narrat) dimiſſa Cleopatra uxore, Harpallacen Scythicam: ut alii Idæam Dardani ſcytharum regis filiam filiis ſuperinduxit nouercam: cui ut gereret morē pro prios filios Orythum & Carambin prius ex Cleopatra ſuſceptos cum excæcaſſe: ipſe quoq; a Diis fuit oculis priuatus: atq; hac inſup pœna affect?: ut ei harpyię fœdiſſimę aues: eſcas & raperent & fœdarēt: quas ſuſcepti hoſpitio cū aliis Argonautis zetes & Calais alati iuuenes: ut illi gratiam referrent: ſtrictis enſibus ex Thracia uſq; ad Plotas inſulas: quę poſtea a conuerſione | Minyę. pagaſæ. phine?

eorum



eorum Strophades fuerunt appellatæ: perſecuti ſunt. ¶ Sub no. cæcitate. De Phinei uero cæcitatis cā uariæ fuerūt antiquorū opinīōes: q̃dam. n. aiūt Phineū fuiſſe excecatū a Sole, q poti? lōgeu? eſſe, q̃ uidere elegerat alii q Perſeo fuerit iſidiatus: Sophocles aūt q ex Cleopatra filios Orythū & Carābī a nouerca calumniatos excæcarit: Apollonius uero, q ceibus uulgo uaticinaretur: ac Deorum mentes aperiret, quo fiebat: ut homines nihil Deorum indigere uiderentur. Imperauit autē Phineus uſq; ad Boſphorū Traciū oībus Thracibus, q̃ ſunt in aſia. ¶ Virgicas uolucres, harpyias, quæ uirgineas facies habebant.

Raph. Phaſis ¶ Limoſi Pha. Phaſis fluuius eſt Colchorū: uñ Phaſiani fuere denominati. ¶ Phrixea uellera: a phrixo ioui phrixio conſecrata.

Vellus aureū ¶ Vellera au. qd' idem idcirco fictū ē (ut Strabo ait) q apud Cholcos torrētes dñr eaq; deferre qd Barbari perforatis tabulis & laſonis pellibus excipiunt: uñ aurei uelleris fabula eſt cōficta: q huiuſmodi eē fertur. Athamas aeoli filius Crethei frater

Athamas Nephelen duxit uxorem, ex qua qdem Phrixum & Hellen ſuſtulit. Nephele uero mortua ſecūdā dux it uxorem ino appellatā quæ nephęles filios odio habēs pſuaſit agricolarū uxoribus ut ſemina torrerēt: ne terra fructū illū emittere poſſet. Quod qdē cū accidiſſet, athamas agrorū ſterilitatis cāū ignorās: qui conſulerent Appollinem Delphos miſit. ino aūt eos q miſſi fuerāt donis corrūpēs induxit, ut referrent Deum rñdiſſe, Phrixum & Hellen imolandos eſſe: ita nanq; ſterilitatis liberatiōem futuram. Hoc uero athamas cū credidiſſet, Phrixum, Hellenq; ad arā iugulandos adduxit: ſed Deorū miſericodia aurei uelleris arieti impoſiti per aerem aſportati fuerunt. Vnde Helle metu pcuſſa in Helleſpōtū ab ipſa denominatū cecidit. Phrixus uero in Colchidā terrā incolumis puenit, ubi ioui phrixio arietem imolauit, q nouercæ iſidias effugiſſet. Vxorē aūt duxit Chalciopē aeetæ Colcorū regis filiā: ex qua cū filios quatuor ſuſtuliſſet. argon: Cytiſſocon: Melana Phrotin, mortu? eſt. ut Herodot? ſcribit. Vt uero Heſiod? & Acuſilius narrāt. filios illos ex iophoſſa aeetæ filia ſuſcepit: qbus qdem & quintū noīe Præſbonē Parmenides addit. Herodotus aūt narrat Athamātis & Themiſt? filius fuiſſe Schœneū. Erythriū. Leuconē: Pœunenouiſſimos uero Phrixum Hellen, hoſq; pp inus nouercæ iſidias ex patria aufugiſſe. Hellen aūt circa Pactyen piiſſe ēt Hellanicus ait. Inus uero & athamātis filii fuerūt Clearch? & melicerta. de ariete āt uelleris aurei uariæ ſunt priſcorū opiones. alii nāq; uerū fuiſſe arietē ſcribūt. alii phrixi & helles fuiſſe pædagogū noie Criū: q latine aries uocat: cuius cōſilio Phrix? & Helle nouercæ iſidias fugerit. alii aufugiſſe

ipſos in naue, q̃ in pra arietē pictū habuerit opinant. ¶ Voxq; dat: Aeeta iaſonis aduētu indignatus ſe qdā ci uell? aureū pmiſſurū pmiſit, ſi q̃ pponerent certamina ſubiret. ¶ Vox ergo dat, hoc eſt reſpōſū datur ab Aeeta magnos ineſſe labores in rapiēdo uellere aureo ſignificās. Nā & tauri ignē naribus, oreq; efflantes erāt

Contigerant rapidas limoſi Phaſidos undas.
Dumq; adeunt regem: Phrixeaq; uellera poſcunt:
Voxq; datur Minyis magnorū horrenda laborum
Concipit interea ualidos Aeetias ignes:
Et luctata diu: poſtq̃ ratione furorem
Vincere non poterat, fruſtra a Medea repugnans:
Neſcio quis Deus obſtat: ait, mirūq; quid hoc eſt:
An aliquid certe ſimile huic: quod amare uocatur:
Nam cum iuſſa patris nimium mihi dura uidentur?
Sunt quoq; dura nimis: cur quē modo deniq; uidi
Ne pereat, timeo? quæ tanti cauſa timoris?
Excute uirgineo conceptas pectore flammas
Si potes: infelix. ſi poſſem ſanior eſſem:
Sed trahit inuitam noua uis: aliudq; Cupido,
Mens aliud ſuadet: uideo meliora: proboq;
Deteriora ſequor: quid in hoſpite regia uirgo
Vreris? & thalamos alieni concupis orbis?
Hæc quoq; terra poteſt: qd ames dare, iuuat, an ille
Occidat: in Diis eſt. uiuat tamen: idq; precari
Vel ſine amore licet. quid enim commiſit Iaſon?
Quem niſi crudelem non tangat Iaſonis ætas?
Et genus & uirtus quem non, ut cætera deſit,

domādi, iugoq; ſubiiciendi: & dētes draconis ſeminandi: & impetus gigātū armatorū ex draconis dētibus natorū ſuſtinēdus et puigil draco uelleris aurei cuſtos ſopiendus. ¶ Manorū la. magnorū certaminū. ¶ Cōcipit in, iuno & pallas (ut in. iii. narrat Apollonius) de iaſone ſollicitę pp certamina tā periculoſa illi ab Aeeta ppoſita Veneri pſuaſerūt, ut Cupidinē ad Medeam mitteret: q iaſonis amore ipſam inflāmaret. Opa ergo Veneris & Cupidinis maximos ardores Medea contraxit. ¶ Aeetias: Medea aeetæ regis Colchorū filia. Sane aeeta prima cū æ. diphthōgo ſcribitur nō cū œ, & ut qdā pcipiūt: & fere in exemplaribus ē deprauatū. ¶ Et lu. diu. poſteaq̃ diu amori repugnauit. Elegan ter aūt uirginis amore captæ cogitationes exponit. ¶ Furorem: amoris rabiem. | aetias

Fruſtra Me. &c. ſeipſam Medea alloqtur adeo aūt amoris iperita uī: ut cū iaſonis amore capta ſit an amet tñ addubitet. ¶ Aut ali. cer. aut qdē legitur: ſed an fortaſſe legēdū ē, qua pticula & dubitātes & interrogātes & ſoluētes utimur. Cū. n. medea addubitaſſet, qd illud eēt: an aliqd ē inqt amori ſile: ac deīde amorē eē oñdit. ¶ Nā cur. iuſ. pa. colligit ex his medea ſe captā eē iaſonis amore: & q quę mādarat iaſoni aeeta nimiū difficilia factu uidebātur: & q illi quē paulo añ uidiſſet: adeo timebat. ¶ Sūt quo. du. ni. nō ſolū uideri: ſed eē quoq; nimiū dura: q̃ iaſoni aeetę iuſſu erāt pagēda: aſſeuerat medea. Nā & indomitos tauros ignē ore: naribuſq; efflātes iugo ſubiicer: & tot hoīum armatorū ipetus ſuſtiner: & puigilē draconē debellare: q̃ impauerat aeeta: difficillia ſūt factu. ¶ Mō de. nūc ſolū. ¶ Tāti ti. tātę ſollicitudinis. ¶ Excute uir. ſeipā; medea alloqtur tanq̃ alii uerba faciat. ¶ Noua uis: magna amoris potētia mihi nūq̃ añ hac expta. ¶ Alidq; Cu. alid' inqt amor alid' rō mihi oñdit. ¶ Video me: cognoſco: hic āt colligit medea ſe ñ errore. ſꝫ dedita opa amori itelliget. ¶ Quid i ho: cur iqt cū ſis filia regis, pegrini amore ardes? ¶ Regia: regis filia. ¶ Talamos nuptias. nā thalam? ppe dr ſpōſi & ſpōſę cubiculū παρὰ τὸ θάλλειν: q ſpoſus & ſpōſa maxie in illo uigeāt & uireſcāt. Aliē. or. alienę regiōis. ¶ In diis eſt: in Deorū manu ac ptāte ¶ Quid. n. cōmiſit iaſon: qd mali fecit. ¶ Nam tā. non cōmoueat. Lucretius de deo loquēs. Nec bene p meritis capitur: nec tāgitur ira. ¶ Virtus: fortitudo: & copis robur. ¶ Vt cæ. deſintut cætera deeſſe concedam. | Thalamus. Tāgere. Virtus

Raph.
Taurus

ℭMouere pellicere ad amandum. ❡Taurorũ affla. ore:taurus ἀπὸ τοῦ τείνειν τὴν οὐρὰν:hoc eſt ab extẽdẽda cauſa dr̃. Oportebat aũt Iaſonem tauros ignẽ naribus efflantes iugo ſubiicere.hinc uero amans ſollicita eſſe fingit de periculis amato impendentibus. ❡Cõcurretq;,cõfligetq;,inq̃t:cũ hoib⁹ natis ex dẽtibus draconis ab ipſo ſeminatis.

❡Suæ ſeg.ſemẽtis ab ipſo factæ. ❡Auido dra.iu ſatiabili. ❡Hoc ego ſi patiar:ut draconi obiciat Iaſon. ❡Tũc me d.tig.na. tunc inquit me crudeliſſimam eſſe fatebor. Crudeles.n.& de tigride nati:& ferrũ in corde geſtare dr̃. ❡Conſcelero, ſceleratos efficio. Eſt autem pulchra Ironia:quia ſibi talia non eſſe faciẽda proponit Medea. ❡Exhortor:incantationibus ſtimulo. ❡Terrigenaſq; ſc. hoies e terra natos. ❡Inſopitũq; dra. peruigilẽ:qui nũq̃ ſopitur ❡Prodam ne:diutrahitur Medeæ aius tũ ab amorẽ:tũ ab honeſto:ut utri pareat:ignoret. ❡Neſcio quis ad.ac ſi diceret ignotus quidam peregrinus. ❡Vt per me ſo.ut opera mea iquit ſaluus & incolumis me relicta diſcedat in patriamq; ſuã reuertatur. ❡Det lin.uen. nauigando recedat.Naʒ dare lintea & uela uentis eſt nauigare.

❡Pœnæ: aut dolori quo afficiar ex illius amorẽ aut ſupplicio. quod de me pater ſumet. ❡Occidat ingratus:moriatur quia ingrat⁹ eſt enim cauſa qua dign⁹ morte uideatur. ❡Is uultus:talis uultus.quem græci πρόσωπον uocant.

Vultus

❡Et da.ante fi. & anteq̃ illo opem ferã iureiurãdo promittet me ſibi uxorem futurã.Nã dare fidem.eſt ſancte aliquid ꝓmittere.

Dare fidem.

❡Quid tu.ti. ſeipſam reprehendit Medea:q; ea timeat,q̃ non ſunt metuenda.

ſororẽ,fratrẽ,prẽm,ac priaʒ relinq̃re poſſit. ❡Germanã.Chalciopẽ hanc uocat Apollinis.Pherecydes uero ait Euenie illi nomẽ fuiſſe:cognominatã ãt Chalciopẽ & Iophoſſam. ❡Fratrẽq;:abſyrtũ,q Phaethon quoq; ab Apollonio uocat. ❡Ventis ablata.nauibus aucta, q̃ uẽtis agunt. ❡Reliquã:relinq̃re poſſum:ẽ aũt cuʒ interrogatiõe legẽdũ. ❡Nẽpe pr̃ ſæ.obiectiõibus ita reſpõdet Medea.ut colligat oĩno Iaſonẽ eſſe iuuandũ ſibiq; cõiugio copulandũ. ❡Nempe:pfecto. ❡Stãt me.uo.ſoro. hoc eſt ſoror Chalciope mecum ſentit. Nam Chalciope: quam Phrixo diximus nupſiſſe: iaſoni fauebat pp filios ſuos:qui e Colchis in græciam nauigantes ad paterna bona repetenda iuxta aretiadem inſulaʒ naufragiũ fecerũt: in q̃ qdẽ aues eſſe ferunt pẽnas ferreas iaculãtes. Ab argonautis aũt illic inuẽti in Colchos illis uiæ duces fuerũt:a quibus deinde in græciã Orthomenũq; reuecti ſunt: Chalciope igit̃ de filioruʒ ſalute ſollicita Medeã rogauit:ut Iaſoni: filiiſq; opitularet. ❡Maximus De. Cupido. ❡Titulum.gloriam.enumerat auteʒ medea qbus potitura ẽ: ſi iaſonẽ fuerit ſecuta: q̃ quidẽ ipſi maiora uident:q̃ q relinquit. ❡Loci me.cultioris:ciuilioris. ❡Fama:gloria. ❡Viget:floret. ❡Cultus:ornat⁹. ❡Quem ego magno amore illum Medea proſequit: quẽ cũ oĩbus toti⁹ orbis reb⁹ nõ permutaret. ❡Et uer. ſy.tã. illi uertice ſydera tangere dñr:q̃ ſibi felices uident. Sic Horatius. Quod ſi me lyricis uatibus iſeris: Sublimi feriã ſydera uertice. ❡Quid?q; neſcio q aliaʒ cãm aſſignat Medea qua iaſonẽ ſequẽdũ cẽ ſibi perſuadet. Multa nãq; noua

Sidera tangere

Forma mouere poteſt?certe mea pectora mouit.
At niſi opem tulero,taurorum afflabitur ore:
Concurretq; ſuæ ſegetis tellure creatis
Hoſtibus:aut auido dabitur fera præda draconi.
Hoc ego ſi patiar,tunc me de Tigride natam:
Tunc ferrum,& ſcopulos geſtare in corde fatebor.
Cur non & ſpecto pereuntem?oculoſq; uidendo
Conſcelero?cur non tauros exhortor in illum?
Terrigenaſq; feros:inſopitumq; draconem?
Dii meliora uelint,q̃q̃ non iſta precanda,
Sed facienda mihi prodam ne ego regna parentis?
Atq; ope neſcio quis ſeruabitur aduena noſtra
Vt per me ſoſpes ſine me det lintea uentis?
Virq; ſit alterius pœnæ Medea relinquar?
Si facere hoc:aliamue poteſt præponere nobis,
Occidat ingratus:ſed non is uultus in illo.
Non ea nobilitas animo eſt:ea gratia formæ:
Vt timeam fraudem:meritiq; obliuia noſtri.
Et dabit ante fidem:cogamq; in fœdera teſtes
Eſſe Deos.quid tuta times?accingere & omnem
Pelle moram:tibi ſe ſemper debebit Iaſon.
Te face ſolemni iuget ſibi:perq; Pelaſgas
Seruatrix urbes matrum celebrabere turba.
Ergo ego germanam,fratremq;,patremq;,Deoſq;,
Et natale ſolum uentis ablata relinquam?
Nempe pater ſæuus,nempe eſt mea Barbara tellus.
Frater adhuc infans,ſtant mecum uota ſororis.
Maximus intra me Deus eſt:non magna relinquã.
Magna ſequar titulum ſeruatæ puppis Achiuæ:
Notitiamq; loci melioris:& oppida:quorum
Hic quoq; fama uiget:cultuſq;,arteſq; uirorum:
Quemq; ego cum rebus:quas totus poſſidet orbis,
Aeſonidem mutaſſe nolim:quo coniuge felix
Et Diis chara ferar:& uertice ſydera tangam
Quid?q; neſcio quid mediis incurrere in undis
Dicuntur montes?ratibuſq; inimica Charibdis

❡Accingere: pparare ad opem Iaſoni ferẽdam. ❡Tibi ſe ſemper de Ia. hoc eſt iaſon ſemper tuus erit. Iaſon aũt ἀπὸ τῆς ἰάσεως: hoc eſt a medicina, quã a Chirone didicit, fuit appellatus. ❡Face ſo.legitimo matrimonio:a patre nanq; totũ intelligim⁹. Q uinq; aũt faces ritu romano nouis nuptis preferebãtur. ❡Seruatrix cele.iuuẽtutis Græcæ ſeruatrix laudibus extolleris. ❡Ergo ego:hactenus Medea amori eſt obſcura.nũc ad honeſti cogitationẽ,ita redit, ut ſtatim illã abiiciat. ❡Ergo:affectui ſeruit hoc loco, & idignatiõi hæc pticula ergo.Indignat nãq; Medea,q;

Ergo

piculoſaq; ſe uiſurã ait:q̃les ſunt cyaneæ petræ ad thraciũ Boſophoꝝ:q̃ inter ſe cõcurrere dñr. ❡Neſcio q me. Cyaneas petras iuuit q̃ & ſymplegades dñr,q; cõcurrere ac cõcuti uidẽt. Nã(ut ipſe poeta.i.xv.ait) quo tpe illac argo trãſiuit mobiles erãt & cõcurrere uidebãt:poſtea uero imobiles ſunt factæ: Timuit cõcurſibus argo Vndaꝝ ipſas ſymplegadas eliſaꝝ. Q uæ nũc imotæ pſtãt:uẽtiſq; reſiſtũt. ❡Ratibuſq; ini. Ch.uorago ẽ i freto Siculo naues ad ſe trahẽs adq; abſorbẽs:Ferũt ãt charybdis uetulã fuiſſe rapaciſſimã:q̃ cũ boues Her.cẽt furata in fretum Siculum proiecta loco nomen dedit.

cyneæ

Charybdis

ℭNunc



Raph.
Scylla

ℭNunc reddere:reiicere:remouere.Nã quæ abſorbet apud Taurominiũ Siciliæ urbẽ reiicere memoratur. ❡Scylla rapax: Scylla phorci filia uenenis circes i mõſtrũ cõuerſa ſe in fretũ Siculũ pcipitauit:ubi nauib⁹ fingitur iſidiari. Sũt aũt loca in freto Siculo ualde piculoſa Scylla & Charybdis:quorũ alter italiæ: Scylla uero adiacet Siciliæ. ❡Siculo profun.in Siculo freto. ❡Cicta ſæ.ca. circũdata rabidis canibus.Nã illius iguina in canes tranſmutata feruntur. ❡Coniugiuʒ ne putas:ratione a ſcelere Medea reuocat. Se aũt ipſa reprehendit.q; facinori ſuo honeſtum matrimonii nomen prætendat. ❡Speciosa:pulchra,& honeſta. ❡Quin:imo. ❡Aſpice: conſidera. ❡Dum licet: dũ potes. ❡Rectuʒ:honeſtũ. ❡Pietas:in parẽtes:& patriam amor. ❡Et uicta dabat.Iã iquit cupido ab honeſto & pietate uictus a Medeæ mẽte recedebat.

Hecate

❡Ibat ad antiquas Hecates perſeidos aras: Hecate(ut ſcrib.Dionyſius.Mileſius)filia fuit Perſei Solis filii. In illis nanq; locis duo ſolis filii nati ſunt:Perſeus:& aeeta: quorũ alter Colchis circa Mæotidem paludeʒ iperauit. Perſeus uero in Taurica regione regnauit. Q ui cũ grandior natu eſſet, uxorem duxit unaʒ ex incolis nymphis, ex qua Hecatẽ filiã ſuſcepit, quæ cum uirgo eſſet, ac uenatrix:prima dr̃ peſtiferas herbaꝝ radices inueniſſe: peritiſſimaq; & ueuenorum:& eorũ quæ homini opitulantur fuiſſe,propriumq; patrem ueneno necaſſe. A patruo uero aeeta in Colchos accerſita uxor eſt ducta: ex qua & Chalciopen & Medeã ſuſcepit. Apollonium aũt ſequitur Oui.qui Perſei filiam Hecaten fuiſſe ait. Sed alii iouis, alii Cereris, alii Ariſtei pæoniſt Muſæus aſteriæ & iouis fuiſſe filiã ſcribit. Hinc uerſo coarguitur eoruʒ error, qui dicunt Hecatẽ Perſeidã idcirco uocari.q; Perſeus in Dianæ ſacrificiis inuocabatur. ❡Ad ãtiquas aras:ad uetuſta templa. ❡Hecates perſei filiæ. Eſt etiã Hecate eadem cuʒ Proſerpina & Diana. ❡Reſederat:regeuerat. ❡Vt ſolet a uentis:pulchra ſimilitudine oſtẽdit poeta:quo modo Medea iterũ cœpit amore iaſonis ardere. eſt aũt ordo: Vt parua ſcintilla:q̃ ſupinducta fauilla ſolet reſumere alimẽta a uẽtis & creſcere. ❡Specie:pulchritudie. ❡Præſentis:Iaſonis. ❡Et ca.& forte igit iaſon illo die formoſior fuit q̃ cõſueuerat. ❡Poſſes igno.amãti:unuſquiſq; poſſet.Eſt enim ſecunda pſona pro tertia poſita:uel certe ad lectorem oratio cõuerſa. ❡Amanti:amore iaſonis captæ. ❡Tum de. tunc ſolum. Demuʒ enim & deniq;, interdum ſolũ, aliquando tandem ſignificãt. ❡Nec ſe declinat:nec oculos ſuos ab illo auertit ſpectando. ❡Submiſſa uo.ne ab aliis quæ dicebant pciperẽtur. ❡Torum:lectum nuptialeʒ, ac nuptias ipſas. ❡Triformis Deæ:Hecates,quæ & Luna,& Diana,& proſerpina credit̃ eſſe. ❡Lucoq; ſo.quod nu.in.il.per.præpoſitio ſubitelligatur. hoc eſt per numẽ Hecates Perſei filiæ,quæ in illo loco colebatur. In templo autem Hecates(ut narrat Apollonius)Iaſon cum Medea conuenit,ab eaq; & medicamẽta accepit,& quomodo aduerſus gigãtes e dẽtibus draconis orituros ſe gereret,cognouit. Ita præter omnem aeetæ ſpẽ omnibus ꝓpoſitis certaminibus ſuperior euaſit. ❡Perq; pa.ſo.per Solem aeetæ patrem:quem ſibi ſoceruʒ Medeæ coniugio cupiebat. ❡Cernentem cũcta: omnia aſpicientem, nam (ut tertio Iliados libro ait Homerus) Sol omnia & audit & uidet. ❡Et tã.peri.quanta erat ſubiturus. ❡Creditus:contra loquẽdi cõſuetudinem hoc participio uſus poeta cẽ uidetur. Res.n.credita eleganter dicitur. Iaſon uero creditus non ita,niſi pro commiſſo accipiatur, q̃q̃ creditus ẽt gratus intelligi poſſit. ❡Cãtatas.her. icãtatas. Neq;.n. Medea hecate matre minor fuit ueneſica. ❡Sacrum Ma.in ar.in ſacruʒ Martis lucum. In illo nanq; uellus aureũ ſup phago arbore collocatum a peruigili dracone ſeruabatur. ❡Medioq; agmine:media multitudine. ❡Purpureus.purpuratus: ac purpura ornatus:purpeũ.n.dicimus:quod totũ ex purpura conſtat:purpuratum uero purpura ornatum.

Error quorundam

Denique Demum

Creditus

Purpureus Purpuratus

Nunc ſorbere fretum:nunc reddere,cinctaq; ſæuis
Scylla rapax canibus Siculo latrare pfundo?
Nẽpe tenẽs quod amo:gremioq; in Iaſonis hærẽs
Per freta longa ferar:nihil illũ amplexa timebo.
Aut ſiquid metuam:metuam de cõiuge ſolo.
Coniugium ne putas?ſpecioſaq; nomina culpæ
Imponis Medea tuæ?quin aſpice quantum
Aggrediare nefas,& dum licet effuge crimen.
Dixit:& ante oculos rectum,pietaſq;,pudorq;
Conſtiterant:& uicta dabat iam terga Cupido.
Ibat ad antiquas Hecates perſeidos aras:
Quas nemus umbroſum,ſecretaq; ſilua tegebat.
Et iam fractus erat:pulſuſq; reſederat ardor.
Cum uidet Aeſoniden extinctaq; flamma reluxit:
Et rubuere genæ,totoq; recanduit ore.
Vt ſolet a uentis alimenta reſumere,quæq;
Parua ſubinducta latuit ſcintilla fauilla:
Creſcere:& in ueteres agitata reſurgere uires:
Sic iam lenis amor,iam quem languere putares:
Vt uidit iuuenem:ſpecie præſentis inarſit.
Et caſu ſolito formoſior Aeſone natus
Illa luce fuit:poſſes ignoſcere amanti.
Spectat:& in uultu ueluti tum deniq; uiſo:
Lumina fixa tenet:nec ſe mortalia demens
Ora uidere putat:nec ſe declinat ab illo.
Vt uero cœpitq; loqui:dextramq; prehendit
Hoſpes,& auxilium ſummiſſa uoce rogauit:
Promiſitq; torum:lachrymis ait illa profuſis:
Quid faciam:uideo,nec me ignorantia ueri
Decipiet:ſed amor:ſeruabere munere noſtro.
Seruatus promiſſa dato:per ſacra triformis
Ille Deæ,lucoq; foret quod numen in illo:
Perq; patrem ſoceri cernentem cuncta futuri,
Euentuſq; ſuos,& tanta pericula iurat.
Creditus accepit cantatas protinus herbas:
Edidicitq; uſum,lætuſq; in tecta receſſit.
Poſtera depulerat ſtellas Aurora micantes:
Conueniunt populi ſacrum Mauortis in aruum:
Cõſiſtuntq; iugis medio rex ipſe reſedit
Agmine purpureus,ſceptroq; iſignis eburno.

Raph: adamas

¶Adamanteis nari. quæ ne igne quidem poterat, domari. Adamas nanque lapis est: qui nulla alia re quam hirci nouo sanguine domatur: unde & nomen accepit. Nam δαμάζω domo significat: a. uero particula est priuatiua. ¶Aeripedes: ære pedes armatos hntes. ¶Pleni camini, pleniq; cu bombus ignitis fornaces. ¶Silices so. periphrasis est calcis: quæ fit lapidibus ita excoctis, ut nihil humoris retineat, in quos quidem si immittatur aqua, cum hoc in stridore & ignem concipiunt, & dissoluunt. ¶Aspergine: aspersione. ¶Usta: combusta, ut per quæ ignea flamma transeat. ¶Truces: torui aspectu. ¶Ad ora ue. ad faciem iasonis uenientis. ¶Præfixa fer. in summitate ferrum habentia fixum. ¶Bisulco pe. bifidis pedibus, quales boum esse uidemus. ¶Fumificis: fumum efficientibus. Spondeo autem in quota carminis sede est usus poeta, ut boum mugitus exprimeretur. ¶Diriguere: exhorruerunt, expalluere. ¶Ullos anhelatus spiritus flammæ exeuntis ex ore taurorum. Anhelatus secundum regulam ab anhelado deriuauit, quamuis anhelitus frequentius usurpet. Anhelare autem est difficulter respirare. ¶Tum me. per parenthesis acclamatione in herbas medicas continens. in quarum uires incredibilis rei causam poeta refert. ¶Pendula pa. pelles quæ a gutture boum pendent palearia dicunt. ¶Ferro p. uomere, exarare. ¶Mirant Col. stupescit rei nouitate. Colchi autem Scythiæ sunt populi ægyptiorum coloni (ut Apollonius ait, & Hero. confirmat) quæ & pudendorum circumcisione meminit, & de lini textura, & legibus Aegyptiorum illos uti ait. ¶Vipereos dentes: serpentis illius dentes quem in tertio poeta narrauit a Cadmo fuisse interfectum. Nam ut Pherecydes narrat pars illorum dentium a Marte & Pallade Cadmo tradita fuit, altera aeetæ Colchorum regi: ut ante dixi

aeripes: Caminus

anhelatus anhelatus

palearia

Dentes Dracois

Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant
Aeripedes tauri: tactæq; uaporibus herbæ
Ardent: utq; solent pleni resonare camini:
Aut ubi terrena silices fornace soluti
Concipiunt ignem, liquidarum aspergine aquarum:
Pectora sic intus clausas uoluentia flammas:
Gutturaq; usta sonant: tamen illis Aesone natus
Obuius it: uertere truces uenientis ad ora
Terribiles uultus: præfixaq; cornua ferro:
Puluereumq; solum pede pulsauere bisulco:
Fumificisq; locum mugitibus impleuere.
Diriguere metu subito Minyæ: ille nec ullos
Sensit anhelatus: tantum medicamina possunt:
Pendulaq; audaci mulcet palearia dextra:
Suppositosq; iugo pondus graue cogit aratri
Ducere: & insuetum ferro proscindere campum.
Mirantur Colchi: Minyæ clamoribus augent,
Adiiciuntq; animos: galeatum sumit aheno
Vipereos dentes: & aratos spargit in agros.
Semina mollit humus ualido præcincta ueneno:
Et crescunt: fiuntq; sati noua corpora dentes:
Utq; hominis speciem materna sumit in aluo:
Perq; suos intus numeros componitur infans:
Nec nisi maturus communes exit in auras.
Sic ubi uisceribus grauidæ telluris imago
Effecta est hominis: fœto consurgit in aruo:
Quodq; magis mirum est, simul edita concutit arma.
Quos ubi uiderunt præacutæ cuspidis hastas
In caput Aemonii iuuenis torquere parantes:
Demisere metu, uultumq; animumq; pelasgi.
Ipsa quoq; extimuit, quæ tutum fecerat illum:
Utq; peti uidit iuuenem tot ab hostibus unum:
Palluit: & subito sine sanguine frigida sedit.
Neue parum ualeant a se data gramina, carmen
Auxiliare canit: secretasq; aduocat artes.
Ille grauem medios silicem iaculatus in hostes,
A se depulsum Martem conuertit in ipsos.
Terrigenæ pereunt per mutua uulnera fratres:
Ciuiliq; cadunt acie. gratantur Achiui:
Victoremq; tenent: auidisq; amplexibus hærent.
Tu quoq; uictorem complecti Barbara uelles,
Obstitit incœpto pudor: at complexa fuisses:
Sed te ne faceres tenuit reuerentia famæ.
Quod licet, affectu tacito lætaris: agisq;
Carminibus grates, & Diis auctoribus horum,
Peruigilem superest herbis sopire Draconem:
Qui crista, linguisq; tribus præsignis: & uncis
Dentibus horrendus, custos erat arboris aureæ,

mus. ¶Spargit: disseminat. ¶Semina præcincta: infecta potenti ueneno: ut ex quibus homines armati sint nati. ¶Sati: seminati. ¶Noua corpora: magna hominum armatorum corpora. ¶Utq; hominis speciem: Hac similitudine declaratur quomodo dentes serpentis figuram contraxerint humanam. ¶Perq; suos numeros: per suas omnes particulas. ¶Consurgit; coortur. ¶In ar. fœ. in agro fœcundo: quod tot armatos peperit. ¶Arma. simul edita: simul nata cum illis hominibus. ¶Torquere: cum impetu mittere. ¶Pelasgi: Minyæ Thessali. ¶Ipsa quo, Medea. ¶Et subito sine sanguine: quia timentes & pallidi & frigidi fiunt: Timore namque sanguis ad cor, a physicis refugere phibet. ¶Gramina: herbas. ¶Carmen auxiliare: incantationem opitulantem. ¶Secretas artes: magicas artes occultas. Martem: bellum. ¶Ciuili acie: pugna ciuili. ¶Terrigenæ: ex terra geniti. ¶Gratantur: lætatur: gratulanturq; iasoni uictori. ¶Victoremq; tenent: amplectunt: quia uictorem. ¶Affectu ta. amore occulto. ¶Et diis auctoribus horum: Diis inferis: Hecateq; in primis. ¶Peruigilem: semper uigilantem. ¶Superest: reliquum est ex iis quæ iusserat aeeta. ¶Sopire: in somnum adducere. Eorum autem sequitur opinionem Ouidius qui aiunt Dracone sopito uellus aureum a iasone fuisse ablatum. Pherecydes namque draconem scribit a iasone fuisse interfectum. ¶Herbis: herbarum uiribus. ¶Præsignis: insignis. ¶Aureæ arboris: in qua uellus aureum suspensum erat. In phago namque arbore suspensum a uasto & monstrosæ magnitudinis dracone custodiebatur. Est autem synæresis & coagmentatio duarum uocalium in unam syllabam: nisi malimus dicere uersum esse hypermetrum: cum præsertim sequens uersus incipit a uocali.

torquere

perugil

Sopire dracois sopor

¶Lethæi



Raph. Lethe, Sistere

¶Lethæi succi: somnum, obliuionemq; inducentes: a λήθη unde lethæus declinatur, obliuio dicitur. ¶Verba facientia: carmina inducentia. ¶Sistunt: stare faciunt. ¶Auro: aureo uellere. Fere autem omnes aureum fuisse uellus scribunt. Simonides uero modo album: modo purpureum illud uocat. ¶Heros aesonius: iason aesonides, possessiuum pro patronymico posuit. ¶Muneris auctorem: Medeam: quæ auctor & causa fuit, ut iason uellere aureo potiretur. ¶Victor uoti compos. ¶Colchiacos portus: sic quidem ferme legitur, sicque legendum esse ego quoque olim contendi: nunc cum in uetusto exemplari animaduerterim iolciacos scriptum esse, facile in eam sum adductus opinionem, ut sententia Colchiacos in iolciacos esse commutandum. Est enim iolcos (quæ & Ioolcos dicit ab Home.) urbs Thessaliæ iasonis patria ab iolco amyri filio dicta: ut Stephanus de urbibus scribit. Unde iolcius & iolciacus declinatur. Tametsi is, qui hoc egregium opus e latina in græcam linguam transtulit: Cecropias turres legat hoc est κεκρόπιον πύργον: sed & ipse idem prauatum inciderat exemplar. De iolco autem meminit & Seneca: Aut maris uasti domitrix iolcos.

Iolcos

iolciac⁹

Fabulæ secundæ libri .vii. argumentum.

Lactã,

¶Aemoniæ matres &c. Iason postquam Medeam abductam parentibus in Græciam duxit: & pmisso coniugio sibi copulauit: multis rebus expertus ingenium huius petiit parentem aesonem senectute elisum in adolescentiam pduceret. At illa amore nondum deposito: quem ex iuuentute cœperat: nihil negando et ahenum constituit: herbarumque genera (quas in Scythia habebat) uariis regionibus quæsita incoquens: postquam animaduertit stipitem quo uersabat herbas in arborem oleam oneratam bacis esse conuersum: maturatum tempus existimans: quæ despumata ahena in terram deciderat: in lætissimam herbam esse conuersa, Aesonem interemptum madentibus herbis immiscuit: & ut pmiserat coniugi ex senectute in pristinum rigorem, siue uigorem, ut produxisse.

Hunc postquam sparsit Lethæi gramine succi:
Verbaq; ter dixit placidos facientia somnos:
Quæ mare turbatum: quæ concita flumina sistunt:
Somnus in ignotos oculos ubi uenit: & auro
Heros Aesonius potitur: spolioq; superbus
Muneris auctorem, secum spolia altera portans,
Victor Iolciacos tetigit cum coniuge portus.




Aemoniæ matres pro natis dona receptis:
Grandæuiq; ferunt patres: congestaq; flamma
Thura liquefaciunt, inductaq; cornibus aurum
Victima, uota facit: sed abest gratantibus Aeson
Iam propior leto, fessusq; senilibus annis.
Tum sic Aesonides: o cui debere salutem
Confiteor coniunx: quanquam mihi cuncta dedisti,
Excessitq; fidem meritorum summa tuorum:
Si tamen hoc possunt (quid enim non carmina possunt?)
Deme meis annis: & demptos adde parenti.
Nec tenuit lachrymas: mota est pietate rogantis:
Dissimilemq; animum subiit pater Aeeta relictus:
Non tamen affectus tales confessa: quod inquit
Excidit ore tuo coniunx scelus? ergo ego cuiquam
Posse tuæ uideor spatium transcribere uitæ?
Non sinat hoc Hecate, nec tu petis æqua: sed isto
Quod petis experiar maius dare munus iason.
Arte mea soceri longum tentabimus æuum:
Non annis renouare tuis: modo Diua triformis
Adiuuet: & præsens ingentibus annuat ausis.

Raph: Thessalię noia

¶Aemoniæ matres: Thessalæ. Nam Thessalia uariis nominibus fuit appellata, Sicque & aemonia, & Pyrrhonia a pyrrha deucalionis uxore fuit cognominata. Hec uero ad copulationem sequentis Metamor. narrantur. Iason. n. cum Medea a Colchis reuersus, cum aesonem patrem senio confectum offendisset, uxorem medeam rogauit. ut sibi adeptos annos patri apponeret. Medea uero maius quam petebatur pollicita: uariis undique herbis collectis, unaque concoctis aesonem iam decrepitum ad quadraginta annorum ætatem reuocauit. ¶Dona ferunt: templis subaudiat. Diis. n. sacrificabant pter filiorum reditum. ¶Inducta auri: inducta habens cornua auro. Victimarum namque cornua inaurabant. ¶Vota facit: pagit uota. Gratantibus: gratias diis agentibus. ¶Iam ppior leto. iam morti propinquus. ¶Tunc sic aesonides dixit, subaudiat. ¶O cui debere salutem, gratum se ostendit esse iason: quo facilius id quod uult, impetrare possit. Est autem ordo & sensus. O coniunx. cui me confiteor debere salutem quamquam mihi cuncta dedisti: & summa ac magnitudo tuorum meritorum fidem superauit: tamen deme mihi annos: & demptos appone meo patri: si carmina hoc efficere possunt: reliqua per parenthesim legunt. ¶Dissimilem animum: quo nulla parentis pietate moueri solitus est. Non tamen affectus tales: non tamen inquit se ulla teneri parentis aceti pietate confessa est medea. ¶Ergo ego cuiquam: admiratis seruat decorum mulieris, quæ amanti annos pducere potius quam abbreuiare semper cupit. Quare indignat medea: quod iason tam parum ab ipsa se amari putet: ut possit ipsi demere annos quos alii attribuat. Ergo autem hoc loco affectui & indignationi seruit. Sic Augustus: Ergo ne supremis potuit uox improba uerbis. ¶Transcribere: transponere. ¶Cuiquam: cuiquam mihi te sit charior. ¶Nec tu petis æqua: honesta. ¶Diua triformis: Hecate ueneficiorum carminumque auctor. ¶Præsens: ppitia. ¶Annuat, consentiat.

Ergo

Raph.

CVt cornua tota coirēt hoc eſt ut cornua Lunæ tota complerentur: atq; coniungerētur:ut plenilūnium fieret. Nudos humeris iſuſa capillos: ſynegdoche poeta:hoc ē ꝑ nudos hūeros ſparſos capillos hn̄s. Soluerat alta quies: Intēpeſtā.mediaq; noctē fuiſſe oſtēdit:quo tempore oīa in ſomnū aīalia reſoluūtur. Irrorauit:inſperſit. Ternis & hiatibus ora Soluit:ter os ſic qt aperuit. Sūmiſſo poplite:ſūmiſſis genibus ac flexis. Nox ait arcanis fidiſſima: inuocationeſq; preceſq; medea deſcribit poeta.ueneficę maxime cōuenientes. Diurnis ignibus: Soli. Triceps Hecate:Luna q̄ eadē eſſe cū diana.ac Proſerpina dicit:ideoq; & triceps.& triformis uocatur.

Cur triceps hecate

Sic quidē fere exponit hic locus:ſed uidet poeta incipiēte Hecaten uocaſſe ad Orphei imitationē:q in argonauticis ipſam τριχέφαλον appellat: q̄ tria hēat capita:equinū dextrum:medium hominis ſilueſtris ſiniſtrū caninū. Veneficaq; ait dea eſt Hecate: quæ ab Apollōio ēt brimo uocatur ꝑpter Deę horrorē. Cātus:incātamēta. Adeſte:auxilio eſte. Cōcuſſaq; ſiſto: agitata ſtare facio. Stātia freta:maria que ta:nunq̄ enī ſtat mare. Te quoq; Luna traho:de cælo detraho.Nā ueneficæ finguntur carminibus Lunam e cęlo detrahere. Hoc autem ſibi facere uidebantur theſſalæ mulieres olim deceptę ab aglaōice hegemonis filia:quæ cum aſtrologię perita eēt:defectuſq; lunæ cognoſceret iactabat ſe Lunā de cælo detrahere: eo tpe quo deficiebat. Quare in maximas incidit calamitates tāte impietatis

Brimo

Cur luna de cęlo

Tres aberant noctes:ut cornua tota coirent:
Efficerentq; orbem,poſtq̄ pleniſſima fulſit:
Et ſolida terras ſpectauit imagine Luna:
Egreditur tectis ueſtes induta recinctas,
Nuda pedem,nudos humeris infuſa capillos:
Fertq; uagos mediæ per muta ſilentia noctis
Incomitata gradus:homines,uolucreſq;,feraſq;,
Soluerat alta quies:nullo cum murmure ſerpens
Sopito ſimilis nullo cum murmure ſerpit:
Immotæq; ſilent frondes.ſilet humidus aer.
Sydera ſola micant:ad quæ ſua brachia tendens
Ter ſe conuertit,ter ſumptis flumine crinem
Irrorauit aquis,ternis & hiatibus ora
Soluit:& in dura ſummiſſo poplite terra:
Nox ait archanis fidiſſima:quæq; diurnis
Aurea cum Luna ſucceditis ignibus aſtra:
Tuq; triceps Hecate,quæ cœptis conſcia noſtris
Adiutrixq; uenis:cantuſq;,arteſq; Magorum:
Quæq; Magos tellus pollentibus inſtruis herbis,
Auræq;,& uenti,mōteſq;,amneſq;,lacuſq;,
Diiq; omnes nemorum,Diiq; omnes noctis adeſte:
Quorum ope cum uolui:ripis mirantibus amnes
In fontes redire ſuos:concuſſaq; ſiſto:
Stantia concutio cantu freta:nubila pello:
Nubilaq; induco:uentos abigoq;,uocoq;,
Vipereas rumpo uerbis,& carmine fauces:
Viuaq; ſaxa,ſua conuulſaq; robora terra:
Et ſiluas moueo:iubeoq; tremiſcere mōtes:
Et mugire ſolum:maneſq; exire ſepulchris.
Te quoq; Luna traho:quis temerata labores
Aera tuos minuāt:currus quoq; carmine noſtro
Pallent:ac pallet noſtris aurora uenenis.
Vos mihi taurorum flammas hebetaſtis:& unco,
Haud patiens oneris collum preſſiſtis aratro.
Vos ſerpentigenis in ſe fera bella dediſtis:
Cuſtodemq; rubrum ſomno ſopiſtis:& aurum
Vindice decepto Graias miſiſtis in urbes.
Nunc opus eſt ſuccis:per quos renouata ſenectus
In florem redeat:primoſq; recolligat annos.
Et dabitis:neq; enim micuerunt ſidera fruſtra:
Nec fruſtra uolucrum tractus ceruice draconum
Currus adeſt,aderat demiſſus ab æthere currus,
Quo ſimul aſcendit;frenataq; colla draconum
Permulſit:manibuſq; leues agitauit habenas:
Sublimis rapitur:ſubiectaq; Theſſala Tempe
Deſpicit:& cretis regionibus applicat angues,
Et quas Oſſa tulit:quaſq; altus Pelion herbas.
Othryſq;,& pindus,& pindo maior Olympus:
Perſpicit:& placitas partim radice reuellit.
Partim ſuccidit curuamine falcis ahenæ.

pœnas luēs.Vnde & ꝓuerbium ortum eſt:Luna detrahitur. in eos q̄ a calamitatibus uexent. Temerata æra:pcuſſa ærea uaſa. Temerare autē ſignificat uiolare. Vaſa uero tum cum pulſantur uiolari uidentur. Creditur autem uulgo. Luna ueneficarū carminibus deficere: quæ ne ad ipſam poſſint pueniri tinnitu æreoq; uaſorū.occurritur. Currus:tui ſubaudiatur. Nā & luna curru ut Sol dī uehi. Vos mihi:in gratiā meā. Hebetaſtis:hebetes reddidiſtis ſicut cōburere nō poſſent. Vos ſerpentigenis:e dentibus ſerpētū genitis hominib⁹. In ſe:contra ſeipſos. Rubē ſomno: Sic quidem legitur.exponiturq; expertē ſomni draconem atq; peruigilem. Sed cū hoc nomen rudis genitiuo iungatur.aut ſomni: mihi uidet legendū:aut certe rudē.in rubrū uertendū:quo quidē modo is:q in grecā linguā hoc opus cōuertit legere uidetur: hoc ē φοίνικον φύλακα: ut ad criſtas & oculos rubētes referamus. Aurum:aureū uellus. Vidice: cuſtode dracōe. Volucrū draconū:alatorū:a quibus Medea uehebatur. Permulſit:blāde pertractauit. Sublimis rapitur:in altū aerē tollitur. Deſpicit:deorſū aſpicit. Et cretis:ſecretis ac ſemotis: aut certe uiſis & aſpectis. Quaſq; altus pelion:figurate dictū ē. Altus.n.ad mōtē refertur. Sūt aūt mōtes hi oēs Theſſalię:de qbus multa in ſuperioribus diximus libris. Perſpicit:diligēter inſpicit. Radice:cum.prepoſitio ſubaudiatur:ut cum radicib⁹ euulſas herbas intelligamus. Curuamine falcis ahenę:falce ærea curua.

Temerare

Multa



Raph.

Multa quoq; Eridani:nō ſolū ingt in mōtibus, ſed ēt in fluuioꝝ ripis herbas collegit Medea. Cū autem Theſſaliæ fluuios enumeret poeta,importune admodū de Theſſalia in italiā atticāue(nā utriuſq; fluuius eſt Eridanus) fingitur tranſiliiſſe Medea. Quare loco Eridani cōtendemꝰ apidanū eſſe legendū,cū pſertim Apidanus(ut ante quoq; diximus) notiſſimus Theſſaliæ ſit fluuius. Nec eras imunis enipeu:apoſtrophe ad fluuiū.quem imunem,hoc eſt ſine munere nō fuiſſe ait:q a medea in illi⁹ quoq; ripis multas collegit herbas. Iūcoſaq; littora phœbes: ſic qdē legitur,ſed corrupte,ut mihi uř. Neq;.n.phœbe locus eſſe i Theſſalia(qd ſciā)iuenit. Tā etſi quidā ipenti phœben ꝓ delo iſula putāt accipiendā, qd̄ phœbi & phœbes:hoc ē Apollinis & dianæ patria eē dicatur. Sed cum Theſſaliæ loca pagraſſe Medeā poeta ſcribat, inepta eē iſta expoſitio coarguitur. Mihi uero loco phœbes placet Bœbes legēdū:ut q̄ minimū poſſumus a ſimilitudine noiuꝝ diſcedam⁹. Nā(ut in.ix.refert Strabo)Bœbe urbs theſſaliæ fuit Bœbeidi lacui adiacēs. Videtur autē poeta Bœbē ꝓ bœbeide lacu poſuiſſe,cui ē ſtoria iūcoſa a iuncorum multitudie uocat. Huic aūt meę correctioni etiā Apollonii interpres ille grecus aſtipulat. Nec non peneus:fluuius eſt Theſſaliæ peneus,qui & araxes fuit uocatus, eo q̄ Oſſa abrumpit ab Olympo:unde etiā araxes armeniæ fuit appellatus. Et Euboica anthedō:ē antheo nō urbs eſt Bœotiæ, ab anthedone dicta Dii filio,cuius pater fuit anthus neptuni filius ex alce abātis filia. Eſt & alia anthedō in phœnicia:unde anthedonius:& anthedonites declinantur.

Eridanus

Bœbe urbs bœbeis

peneus

Anthedon

Multa quoq; Apidani placuerunt gramina ripis;
Multa quoq; Amphryſi:neceras imunis Enipeu:
Nec non Peneus:nec non Sperchiades undæ
Contribuere aliquid:iuncoſaq; littora Bœbes.
Carpſit & Euboica uiuax Anthedone gramen
Nondum uulgato mutato corpore Glauci
Nona dies illam curru,penniſq; draconum:
Nonaq; nox omnes luſtrantem uiderat agros.
Cum rediit:neq; erant tacti,niſi odore dracones:
Et tamen annoſæ pellem poſuere ſenectæ.
Conſtitit adueniens citra,limenq;,foreſq;:
Et tantum cælo tegitur:refugitq; uiriles
Contactus:ſtatuitq; aras ē ceſpite binas.
Dexteriore Hecates:at læua parte Iuuentæ.
Has ubi uerbenis,ſiluaq; incinxit agreſti:
Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit:cultroſq; in guttura uelleris atri
Coniicit:& patulas perfundit ſanguine foſſas.
Tum ſuper inuergens tepidi carcheſia lactis:
Alteraq; inuergens liquidi carcheſia mellis:
Verba ſimul fundit:terrenaq; numina poſcit:
Vmbrarumq; rogat rapta cum coniuge regem:
Ne properent artus anima fraudare ſenili.
Quos ubi placauit,precibuſq; & murmure lōgo
Aeſonis effœtum proferri corpus ad aras
Iuſſit:& in plenos reſolutum carmine ſomnos
Exanimi ſimilem ſtratis porrexit in herbis:
Hinc pcul Aeſoniden:pcul hinc iubet ire miniſtros:
Et monet archanis oculos remouere profanos.
Diffugiunt iuſſi:ſparſis Medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras:
Multifidaſq; faces in foſſa ſanguinis atra
Tingit.& infectas geminis accendit in aris.
Terq; ſenem flamma:ter aqua:ter ſulfure luſtrat.
Interea calido poſitum medicamen aheno
Feruet:& exultat:ſpumiſq; tumentibus albet.
Illic Aemonia radices ualle reſectas:
Seminaq;,& flores,& ſuccos incoquit atros:
Adiicit extremos lapides oriente petitos:
Et quas Oceani refluum mare lauit harenas,
Addidit exceptas Lunæ de nocte pruinas:
Et Strigis infames,ipſis cum carnibus,alas,

tū in tertiodecimo libro copioſe deſcribit.Nā Glaucus cū eſſet piſcator: animaduertit piſces tactu cuiuſdam herbæ in mare reſilietes,quā quidem cū & ipſe guſtaſſet,in mare exiliuit,ac in Deum marinū cōuerſus Scyllam uehementer amauit. Nec erant tacti:alia quoq; Metamorphoſin tangit. Nam dracones illi alati odore tātum herbarum, quas Medea colegerat, ſenectā depoſuerūt. Et tātum cælo tegitur:nō ēt tecto(ſub diuo autē eā pernoctaſſe)nec domū intraſſe ſignificat poeta. Statuit:erexit. Iuuentæ: iuuenilis ætatis Deę. Egeſta tellure: extracta terra. Scrobib⁹:foſſis. Velleris atri:ouiū nigraruꝫ: que Hecate.aliiſq; Diis inferis ſunt gratę. Carcheſia:uaſa ſunt ad ꝓtandū accōmodata. Virgilius primo æneidos: Hic duo rite mero libās carcheſia Baccho. Carcheſia ēt dicuntur ſummæ nauis mali partes: quarū foramina funes i mittunt. Poſcit:iuocat. Vmbraꝝ regē:Plutonē. Rapta cū cōiuge: cū proſerpina i Sicilia a Plutone rapta. Fraudare:ꝑuare. Effœtū:uiribus euacuatū. Plenos:pfectos. Porrexit:extēdit. Carmie: icātatione. Profanos: nō initiatos. Bacchātū ritu.bacchatū more. Flagrātes: ardentes. Multifidas: i multas partes fiſſas. Tingit: madefacit. Terq; ſe. flā.ter ingt ſenē purgat: igne:aqua:ſulfure. hæc .n.tria purgationib⁹ ab antiquis adhibebātur. Aemōia ual.i uallib⁹ Theſſalię. Extremo oriēte:ex ultima oriētis parte. Pruinas lunæ: quę a Luna generātur. Humiditatuꝫ.n.auctor eſt luna. Et ſtrigis infames.ſtrix auis ē nocturna magno capite:roſtro & unguib⁹ adūcis:ut in ſexto Faſtorū deſcribit Ouidi. Vulgus autē putat ſtriges nō eſſe aues:

Glaucus in deū marinū

Carcheſia

Multifidus

Purgationum genera

Strix

Viuax gramē:ab effectu,q uitā & reddat & cōſeruet. Nondū uulgatū:nōdū uulgo notū. In trāſcurſu autē poeta Glauci quoq; Metamorphoſin tāgit,quam ſed uetulas,quæ ſe ueneficio quodam in aues conuertunt,infanteſq; dormientes aggrediuntur,ac eorū ſanguinem ita exſugunt:ut aut mortui inueniantur in cu

nis, aut diu uiuere non poſſint. Vnde & poeta hoc lo co Strigis alas infames ait, & uulgus ueneficas omnes ſtrigas uocat. Sane ſtriges a ſtridendo ſunt cognomi natæ: ut facile ex his Ouidii carminibus conſtat. Eſt il lis ſtrigibus nomen, ſed nominibus huius Cauſa, ꝙ horrenda ſtridere nocte ſolent.

carne rugę tollitur. ℣ Luxuriāt: laſciuiunt. tūc aūt mē bra luxuriare dicūtur: cū ualde pinguia atq; nitida ui dētur. ℣ Aeſon miratur: ſtupeſcit. ℣ Et olī; Ante qua ter denos: hoc eſt ſe ante quadraginta annos natū fuiſ ſe recordatur, per qđ ſignificat aeſonē ex decrepito ſe ne in uirum quadraginta annos natum fuiſſe conuer ſum. ℣ Diſſimile aium: nā aīus una cū ętate mu tatur. Alius eſt. n. aīus iuuenis: alius uiri: alius ſenis. ℣ Aetate relictā: depoſita ſenectute.

Luxu riare. Aeſon

Raph. ℭ Inq; uiru; ſoliti: lupi ēt ingt ſe ſoliti in hoīem ɔuertere particulę huic medicamēto additę fue rūt. ℣ Profecta: iteſtina a pſecando & recidēdo dicta. Alludit aūt ad id qđ de lupis Plinius in quit. Hoīes ī lupos uer ti rurſusq; reſtitui ſibi: qđ falſū eſſe exiſtimare debemus: aut credere oia ꝙ fabuloſa tot ſecu lis ɔperim⁹. Inde tñ ait dictos fuiſſe uerſipel les. ℣ Cinyphei chely dri: ſerpētis Libyci. Nā cinyps fluui⁹ ē libyę g ī ter duas Syrtes ī mare libycu; exit. Chelydri, uero teſtudines aquati cæ dñr: nā chelōe teſtu do uocaī & chelys. Vñ & cithara chelys appel laī: ꝙ ex teſtudine fue rit a Mercurio cōfecta. ℣ Viuacis cerui: diu ui uētis. Ceruis enim (ut ſcrib. Pli.) uita in ɔfeſſo lōga poſt cētu; ānos dñ aliqbus captis cum tor qbus aureis, quos Ale xāder magnus addide rat: adoptis iā cute ī ma gna obeſitate. ℣ Noue; ſecula: tot enim annos cornices uiuere dicitur. ℣ Mortali: aeſoni: quē ex ſene ac decrepito po tius iuuenē medea erat affectura. ℣ Mitis oli. ab effectu: ꝙ oleum oia mitia reddat: ſiue qđ pa ti dicata eſt oliua: ꝙ mi

Profe cta

Verſi pellis Cinyps

Chely dri Chelōe Chelys

Inq; uirum ſoliti uultus mutare ferinos
Ambigui profecta Lupi. nec defuit illis
Squammea Cinyphei tenuis membrana Chelydri:
Viuaciſq; iecur Cerui: quibus inſuper addit
Ora, caputq;, nouem Cornicis ſecula paſſæ.
His & mille aliis, poſtq̄ ſine nomine rebus
Propoſitum inſtruxit mortali Barbara munus:
Arenti ramo iampridem mitis oliuæ
Omnia confudit, ſummiſq; immiſcuit ima:
Ecce uetus calido uerſatus ſtipes aheno
Fit uiridis primo, nec longo tempore frōdes
Induit: & ſubito grauidis oneratur oliuis.
At quacunq; cauo ſpumas eiecit aheno
Ignis: & in terram guttæ cecidere calentes,
Vernat humus: floreſq;, & mollia pabula ſurgūt.
Quæ ſimul ut uidit, ſtricto Medea recludit
Enſe ſenis iugulum: ueteremq; exire cruorem
Paſſa, replet ſuccis: quos poſtq̄ combibit Aeſon
Aut ore acceptos, aut uulnere: barba, comaq;
Canicie poſita nigrum rapuere colorem.
Pulſa fuit macies, abeunt pallorq;, ſituſq;,
Adiectoq; cauæ ſupplentur corpore rugæ:
Membraq; luxuriant. Aeſon miratur: & olim
Ante quater denos nunc ſe reminiſcitur annos:
Diſſimilemq; animum ſubiit, ætate relicta:
Viderat ex alto tanti miracula mōnſtri
Liber: & admonitus iuuenes nutricibus annos
Poſſe ſuis reddi: capit hoc a Colchide munus.
Neue doli ceſſent: odium cum coniuge falſum
Phaſias aſſimulat, Peliæq; ad limina ſupplex
Confugit: atq; illam: quoniam grauis ipſe ſenecta eſt:
Excipiunt natæ, quas tēpore callida paruo
Colchis amicitiæ fallacis imagine cœpit.

Fabulę tertię ſeptimi li bri argumentum.

Lactā. ℭ Viderat ex &c. Li ber pr̄ ut aīaduertit ae ſonē ſenectutem reme dii Medeæ expuliſſe: petiit: ut puide nutricib⁹ ſuis ferret auxiliū: eaſq; ī adoleſcentię uigorē re duceret: cui⁹ auctorita te illa ɔpulſa eiſdē reme dus qb⁹ aeſonē ī priſti nas reduxit: liberoq; ęternū beneficiū dedit.

Aridus oliuæ ram⁹ re uireſcit

Raph. ℭ Viderat ex alto: Bac ch⁹ cū uidiſſet ex decre pito ſene iuuenē factu; aeſonē: Medeā rogauit: ut nymphas quoq; ſuas nutrices iuuenilibus an nis reſtitueret: qđ facile a medea īpetrauit. Hoc āt ab aeſchilo ſumpſiſſe uideī Ouidi⁹. Is. n. ī co mœdia: q̄ iſcribit nutri ces bacchi cu; ſuis uiris recoctas iuuenili ętati a medea fuiſſe reſtitutas ait. ℣ Suis nutri. nym phis: ꝙ (ut uidim⁹) iſan tē Bacchum educarūt. ℣ A colchide: a medea.

nutriceſ Bacchi

Fabulę q̄rtæ ſeptimi li bri argumentum.

Lactā. ℭ Neue &c. Peliades pelīæ filiæ herbis ipul ſæ poſtq̄ uiderūt arietē grauatu; ætate, in agni

tes ac māſuetos hoīes reddit. ℣ Ecce uetus: repēte ari dum oliuæ ramū uiridē eſſe factū oſtēdit. ℣ Vetus ſti pes: aridus oliuę ramus. Hāc aūt ī trāſcurſu Metamor phoſin ſignat. ℣ Grauidis: ſucco plenis. ℣ At quacūq; cauo ſpumas eiecit aheno: aliā itē Metamorphoſin de ſcribit poeta. Nā guttæ ſpumeę ui ignis ex aheno ferue ti in terrā eiectę ī uarios flores fuere ɔuerſę. ℣ Vernat humus: uariis opitur floribus. Tūc n. humus uernare dr̄ cū uariis ueſtitur herbis. ℣ Surgūt. oriuntur. ℣ Re cludit: aperit. ℣ Rapuere: celeriter accepere, ɔtraxere. ℣ Situs: ſqualor. Eſt. n. ſitus fœda quędam lanugo ex humo ɔcreata in locis pſertim Sole carentibus. Virgi lius: per loca ſenta ſitu. Inde fit ut corpora illota ſitum cōtrahere dicamus, & ſqualorē, qui ēt pedor uocatur. ℣ Supplentur, implētur. ℣ Adiecto corpore: adiecta

Gente aquæ in flores

Situs

ſpēm trāſfiguratū: ambitioſius a Medea petere cœpe rūt: ut Peliæ parēti eaſ; reſtitueret: quā tpis ɔceſſione amiſiſſet iuuētutē, quod ut illa acepit: cupiēs inimicu; iaſonis data occaſiōe punire, ipulit eas, ut parentē iter ficerēt, & laceratū in ahenū ferueñs dimitterēt: qđ ut fa ctū eſt. currū dracōibus iunctum conſcendit: & per ae ra elata conſpectum inimicorum profugit.

Raph. ℭ Neue doli ceſſent: Medeę ſubtelligatur. Narrat aūt queadmodū medea ſenio ɔfectū arietē agnū quidem effecit: Peliā uero interemit. Nā medea cū peliā iaſoni inimicum eſſe cognoſceret: quo facilius eū pdere poſ ſet. & ſe a iaſone odio haberi ſimulauit. & pelię filias ſi bi cōciliauit. Quæ cū uidiſſent arietē uetulū in agnum cōuerti, impenſius a medea petierunt: ut peliā ſibi pa rētē reſtitueret ętati iuuenili. Ipſa uero eis perſuaſit: ut ipſum



ipſum interficerent: ac in uaſe aquæ pleno coquendū imponerent, Quod qui dem cum ppetraſſent, ipſa a draconibus in ae re ſublata aufugit. Co rinthumq; tandem per uenit. ℣ Phaſias: a pha ſi colchoꝝ fluuio decli nata. ℣ Quoniā grauis ipſe ſenecta ē: ratio cur eam pelias non excepe rit. ℣ Cœpit: ſibi conci liauit: & decepit.

Raph. ℭ Refert: cōmemorat. ℣ Situs: ſqualores, & ſe niū. ℣ Subiecta: iniecta proprie nāq; ſpes inici dr̄. ℣ Parili ar. pari arti ficio. ℣ Pretiū ſine: ſine paciſci: cœperūt. ſubau diendum. ℣ Sine fine: maximū & immenſum ℣ Ficta grauitate: ſimu lata rei difficultate. Ro gātum: Peliæ filiarum. ℣ Dux gregis: aries, q ouiū dux eſſe uidetur. ℣ Innumeris ānis: quā plurimis annis. ℣ Effœ tus: uiribus euacuatus. ℣ Pecudis: arietis. Na; pecus oē aial dr̄, huma na effigie carēs. ℣ Vali dos ſuccos: magnę potē tię ſuccos, ut quibus in terfectus aries nō ſolū uitæ fuerit reſtitutus, ſ; etiam agnus effectus. ℣ Ea: illi herbarū ſucci. ℣ Et tener balatus: hoc eſt teneri agni balatus. Balare aūt uerbū eſt ſa ctitiū, ab ouiū uoce de clinatū. ℣ Lactētia ube. lacte plena. Exhibuere fidē: fecere fidē. ℣ Ter iuga: tres inquit tranſie rant dies. Nā phœbus demere iuga fingiī eqs currū Solis trahētibus nocte aduenięte. ℣ In Hibero flumine: Hibe rus Hiſpanię eſt fluui⁹: quē ꝑ Oceano atlātico ponere uī poeta. ℣ Fal lax aeetias: Medea fal ſedi pita. ℣ Dederāt: ef fecerāt. ℣ Exigit: expel lit. ℣ Et ſanię: ſanioſum ſanguinem. ℣ Et ne ſit ſcelerata: adeo acutū eſt hoc dictū, ut cōtraria re tinere uideatur: ne qua ingt ſit ſcelerata & ipſa nō emittendo ſanguinē

Aries i agnum

Balare

Peliæ cædes

patris ſanioſum: ſcelus perpetrat ipſum interficiendo.

Dumq; refert iter meritorum maxima demptos
Aeſonis eſſe ſitus atq; hac in parte moratur:
Spes eſt uirginibus Pelia ſubiecta creatis
Arte ſuum parili reuireſcere poſſe parentem.
Idq; petunt iuuenes, pretium ſine fine paciſci.
Illa breui ſpatio ſilet. & dubitare uidetur.
Suſpenditq; animos ficta grauitate rogantum.
Mox ubi pollicita eſt: quo ſit fiducia maior
Muneris huius ait, qui ueſtras maximus æuo eſt
Dux gregis inter oues: agnus medicamine fiet.
Protinus innumeris effœtus laniger annis
Attrahitur flexo circum caua tempora cornu:
Cuius ut aemonio marcentia guttura cultro
Fodit: & exiguo maculauit ſanguine ferrum,
Membra ſimul pecudis, ualidoſq; uenefica ſuccos
Mergit in ære cauo, minuunt ea corporis artus.
Cornua exurunt: necnon cum cornibus annos:
Et tener auditur medio balatus aheno.
Nec mora. balatum mirantibus, exilit agnus:
Laſciuitq; fuga: lactentiaq; ubera quærit.
Obſtupuere ſatæ pelia: promiſſaq; poſtq̄
Exhibuere fidem: tum uero impenſius inſtant.
Ter iuga phœbus equis in Hibero flumine merſis
Dempſerat: & quarta radiantia nocte micabant
Sydera, cum rapido fallax aeetias igni
Imponit purum laticem, & ſine uiribus herbas:
Iamq; neci ſimilis reſoluto corpore, regem
Et cum rege ſuos cuſtodes, ſomnus habebat:
Quem dederant cantus: magicæq; potentia linguæ.
Intrarant iuſſæ cum Colchide limina natæ:
Ambierant torum: quid nunc dubitatis inertes?
Stringite ait gladios: ueteremq; haurite cruorem:
Vt repleam uacuas iuuenili ſanguine uenas.
In manibus ueſtris uita eſt ætaſq; parentis.
Si pietas ulla eſt: nec ſpes agitatis inanes:
Officium præſtate patri: teliſq; ſenectam
Exigite: & ſaniem coniecto emittite ferro.
His, ut quæq; pia eſt hortatibus, impia prima eſt.
Et ne ſit ſcelerata: facit ſcelus: haud tamen ictus
Vlla ſuos ſpectare poteſt: oculoſq; reflectunt:
Cæcaq; dant ſæuis auerſæ uulnera dextris.
Ille cruore fluens: ſubito tamen alleuat artus:
Semilacerq; toro tentat conſurgere: & inter
Tot medius gladios pallentia brachia tendens,
Quid facitis natæ? quis uos in fata parentis
Armat ait? cecidere illis, animiq;, manuſq;.
Plura locuturo: cum uerbis guttura Colchis
Abſtulit: & calidis laniarum merſit in undis,
Quæ niſi pennatis ſerpentibus iſſet in auras,
Non exempta foret pœnæ: fugit alta, ſuperq;

℣ Haud tñ ictus: decoꝝ ſeruat poeta in patrem filiarum, quarum nulla potuit ſuſtinere, ut ſpe ctaret uulnera patris. ℣ Cęca uulnera, q̄ ipſę filię nō uidebant. ℣ Ab ſtulit: ademit: recidit. ℣ Colchis: Medea. ℣ Calidis in undis: Ar chaiſmos eſt. & antiqua loquēdi figura: ſi enim eſſet oratio ſoluta. cali das in undas dicerem⁹.

Fabulę quītę libri ſepti mi argumentum.

Lactā. ℭ Quæ niſi pennatis &c. Medeam fugiente; docet Heſiod⁹ Othryn montem Theſſaliæ pe tiiſſe: in quem diluuio Deucaliōis Cerambus nympharu; auxilio pē nis delatus ſit: & in mō tem parnaſum: qui eſt altiſſimus.

Raph. ℭ Quæ niſi pennatis: cerambus nympharu; ope diluuii tempore in auem conuerſus altiſſi mos theſſaliæ montes aſcendit: ſicq; aquarum inundatione; uitiauit. ℣ Pennatis: alatis.

Pelion umbroſum, Philyreæq; tecta, ſuperq;
Orthryn: & euentu ueteris loca nota Cerambi.
Hic ope nympharum ſublatus in aera pénis:
Cum grauis infuſo tellus foret obruta ponto:
Deucalioneas effugit imbrutus undas.
Aeoliam Pitanen a læua parte reliquit:
Factaq; de ſaxo longi ſimulachra Draconis:
Idæumq; nemus, quo nati furta: iuuencum
Occuluit Liber falſi ſub imagine Cerui.
Quaq; pater Coryti parua tumulatus harena:
Et quos Mæra nouo latratu terruit agros:
Eurypyliq; urbem, qua Coæ cornua matres
Geſſerunt: tunc cum diſcederet Herculis agmen.
Phœbeamq; Rhodon, & Ialyſios Telchinas,
Quorum oculos ipſo mutantes omnia uiſu
Iuppiter exoſus, fraternis ſubdidit undis.
Tranſit & antiquæ Carthæia mœnia Ceæ,
Qua pater Alcidamas placidam de corpore natæ
Miraturus erat naſci potuiſſe columbam.

Raph. ℂPhilyrea te. Chironis domũ, quẽ philyra nympha ex Saturno (ut diximꝰ) pepit. ¶ Veterís Ce. antiquiſſimi: quippe q añ diluuiũ fuerit. ¶ Obruta: coopta. ¶ Deucalioneas un. diluuiũ qd fuit tpe Deucaliõis & pyrræ.

Fabulæ ſextæ libri ſeptimi argumentum.

Lactan. Cerãbꝰ i auem ℂAeoliam &c. Hinc pitanen urbem aeolic relinquentem uidiſſe draconẽ in ſaxũ eſſe transfiguratum.

Fabulæ ſeptimæ libri ſeptimi argumentum.

ℂIdeũq; &c. Deĩde ideũ nemꝰ adiſſe: i quo liber pr̃ iuuẽcũ trãsfiguratũ in cerui figuram ſubtraxit.

Fabulæ octauæ libri ſeptimi argumentum.

ℂQuaq; &c. Nec minus patrem coryti paruo cõdito ſepulchro.

Fabulæ nonæ libri ſeptimi argumentum.

Coę mulieres cornutæ ℂEt quos &c. Itẽ Mæra i figurã canis eẽ cõuerſam.

Fabulæ decimę libri ſeptimi argumentum.

ℂEurypyliq; &c. Ab his regionibus digreſſam Eurypyli urbẽ ↄtigiſſe: i qua coæ matronæ in cornutas boues trãsfiguratę ſũt: pp effectũ quod Veneri formã ſuam ãt tepoſuerunt.

Fabulę undecimę libri ſeptimi argumẽtum.

ℂPhœbeamq; &c. Dehinc Telchinas Ialyſios tranſgreſſam: quos Iuppiter propter odium cõiugis ſuę iunonis ſubiecit mari.

Fabulæ. xii. libri. vii. argumentum.

ℂTranſit & antiq Carthæia &c. Quoq; regione relicta Ceam urbem perueniſſe: in qua alcidamãtem ſcribit ex filia uidiſſe columbam procreatam eſſe.

Raph. Pitane arceſilaꝰ Lateres fluitare ℂAeoliã Pitanẽ: Pitane urbs ẽ aeolica. uñ & ęoliã poeta appellat: nõ q ibi ęolus regnarit: ut qdã putant. Ex pitana arceſilaꝰ academicus fuit: q cũ zenone apud Polemonẽ didicit. Tradunt apud Pitanã lateres ſup aqs fluitare. ¶ Factaq; de ſaxo: Metamorphoſin ſerpẽtis i lapidẽ ſignat. Hic aũt uĩ eſſe ille draco q ſpectãtibus Grecoꝝ ducibꝰ apud aulidẽ ſignificauit decimo tãdẽ

Draco in ſaxum anno Troiã eſſe capiẽdã. Cũ. n. in arborẽ aſcẽdiſſet. i qua auiculaꝝ nidus erat nouẽ pullos primũ: deide eorũ matrẽ deuorauit. Quod cũ uidiſſet calchas decimo demũ anno Troiã capi poſſe pdixit. Serpẽs uero illa ad ppetuã rei memoriã in ſaxeã Dracõis imaginẽ fuit

Idę duæ cõmutata. ¶ Ideũq; nemus: Idas duas eẽ certũ ẽ. Alterã i Creta: alterã i phrygia: de Phrygia nunc uĩ poeta ſentire. ¶ Quo nati fu. Thyoneꝰ bacchi filius (ut qdã

Thyoneus Iuuẽcus in cerum aiũt) iuuẽcũ phrygiis paſtoribus abegerat: eũ cũ paſtores pſequerẽtur: Bacchus Thyoneũ qdẽ in uenatorẽ: iuuencũ uero in ceruũ cõuertit: qd cũ ruſtici uidiſſent: a pſequẽdo thyoneo deſtiterunt. Thyoneus aũt bacchus quoq; dĩ a Thyone uel matre: uel nutrice: uel (ut qdã aiũt) ἀπὸ τοῦ θύειν: hoc ẽ a ſacrificãdo. ¶ Quaq;

Pater Coryti pr̃: qs coryti pr̃ fuerit: aut ubi ſit ſepultus non memini me legiſſe. Sic qdẽ oliꝫ igenue pfeſſus ſuꝫ. Nũc uero a Lycophrõis enarratore admonitus uideo pr̃em Corytí paridẽ fuiſſe. Nã Paris ex Oenone filiũ corytũ ſuſcepit: quẽ mr̃ a paride relicta ducẽ itineris cõtibus ad uerſus Troianos Grecis dedit: qd apud Lycophronẽ caſſandra futurũ eẽ uaticinaĩ. Paris ãt ipſe in Cebrina troadis urbe ſepultꝰ fuiſſe ſcribiĩ a Strabone. ¶ Et

Paridis ſepulchrum quos Mera ſuo latra. Mera (ut ſcribit Iginꝰ) Icari atheniẽſis Erigones pr̃is fuit canis: q icarũ a ruſticis occiſuꝫ

Mera Icarus Erigõe ſuis ululatibus Erigone idicauit: quorum caſum Iuppiter miſeratus in aſtris corpora coꝝ deformauit. Ita q icaꝝ bootẽ: Erigonẽ uirginẽ: canẽ aũt ſua appellatiõe & ſpecie caniculã

Canicula dixerũt: q a grecis q añ maiorẽ canẽ exoriĩ: pcyõ appellaĩ. ¶ Eurypyliq; ur.

eurypylus Eurypylus herculis fuit filius: q in Cos iſula regnauit: augur peritiſſimus: de quo Vir. Suſpẽſi Eurypylũ ſcitatuꝫ oracula phœbi Mittimus. ¶ Qua Coæ

Cos cor. matres. Cos iſula eſt ægea: qua cous deriuaĩ: nõ Coęus: uñ coę mihi legẽdũ uĩ. Mulieres ãt coæ

Telchines ſub merſi cuꝫ ægre ferrẽt ab hercule armẽta Geryoni erepta p agros ſuos fuiſſe acta Iu

puella i colũbaꝫ nonĩ dñr cõuidatæ. Quare iuno indignata eas oẽs in uaccas trãsfigurauit. Sane Eurypyli tres fuerũt a poetis decãtati: quorũ pri

eurypylitres mus Telephi filius regioni Theutranię Caico uicinę imperauit. alter Ormenii nepos: nã Ormenius duos pcreauit filios amyntorẽ & euenorẽ: e quoꝝ altero phœnicẽ: ex altero eurypilũ ortos eſſe Strab. refert: tertius Herculis filius. Eurypyli uero urbẽ Cõ eſſe accipiẽdã admonet ẽt Homerus in catalogo: cũ inqt. Qui q; Niſyrõ hñt celſaꝫ: Carpathumq; Caſumq;. Eurypyliq; urbẽ cõ: æquoreaſq; calydnas. ¶ Phœbeamq; Ro. phœbo

Ialyſus cõſecratã. ¶ Et Ia. Tel. Ialyſus una eſt ex Rhodi urbibus. Telchines aũt Rhodi populi fuerũt: qui cum oĩa ſuo aſpectu in peius cõmutarẽt ab ioue fuere ſubmerſi. Vñ & Rhodos prius Telchinis fuit appellata. Nam ophiuſa primũ & æthræa fuit dicta: deide Telchinis eo q Telchines iſulã icolerẽt: quos nõnulli faſcinatores & maleficos fuiſſe aiunt: q ſtygiã aquã aĩalibus & ſtirpibus pnicici grã aſpergerẽt. Nõnulli cõtrarium ſentiũt: q artibus pſtantes a ſimilibus artificibus inuidia haberẽtur: uñ hãc iſamiã (ut Stra. refert) ſunt aſſecuti: & primũ ex Creta in cyprũ uenerũt: poſtea in Rhodũ primiq; ferrũ & es i uſu habuiſſe dñr. Nã ẽt harpẽ Saturno fecerũt. Telchis qdẽ urbs eſt æthiopiæ iuxta Li

Telchiſ byã: uñ telchites: & Telchinius deducunĩ. Creta quoq; & Sicyõ telchinia fuit appellata. eiuſq; incolę telchines. ¶ Antiquæ ceæ: Cea iſula eſt q a grecis & Cos &

Cæa Hydriuſa uocaĩ. auulſa euboeę: ut ſcribit Pli. Sed Ouidius aliã eẽ a Cos iſula ſentit. Quingentis lõga ſtadiis fuit quõdã. Mox quatuor fere ptibꝰ: q ad bœotiã uergebãt mari deuoratis. Oppida (ut dixi) qtuor hẽbat: iulida: Carthęa: cereſſã: Phoceſſã: ex qbꝰ duo itercidere ceſſa & phoceſſa. Ex hac pfectã delectatiũi fœmis ueſtẽ auctor ẽ Varro. ¶ Carchefia mœ. Sic qdẽ legiĩ: ſed corrupte: ut mihi uĩ: carthęia uero ẽ legẽdũ. Nã cat

carthęa thæa una ẽ ex quatuor urbibus Ceæ inſulę a carthęo ibi mortuo cognominata. Carthæa itẽ urbs eſt iberiæ.

Fabulę



Inde lacus Hyries uidet, & Cygneia Tempe,
Quæ ſubitus celebrauit olor: nam Phyllius illic
Imperio pueri, uolucreſq;, feruumq; leonem
Tradiderat domitos: taurum quoq; uincere iuſſus
Vicerat: & ſtricto toties iratus amori
Præmia paſcenti taurum ſuprema negauit:
Ille indignatus: cupies dare (dixit) & alto
Deſiluit ſaxo (cuncti cecidiſſe putabant)
Factus olor niueis pendebat in aere pennis,
At genitrix Hyrie ſeruatum neſcia, flendo
Delicuit, ſtagnumq; ſuo de nomine fecit.
Adiacet ſtis Pleuron: in qua trepidantibus alis
Ophphias effugit natorum uulnera Combe.
Inde Calaureæ Latoidos aſpicit arua,
In uolucrem uerſi cum coniuge conſcia regis.
Dextera Cyllene eſt: in qua cũ matre Menephrõ
Concubiturus erat ſæuarum more ferarum.
Cephiſon procul hinc deflentem fata nepotis
Reſpicit in tumidam Phocen ab Apolline uerſi,
Eumeliq; domum legentis in aere Natam.
Tandem uipereis Ephyren Pirenida pennis
Contigit: hic æuo ueteres mortalia primo
Corpora uulgarunt pluuialibus edita fungis:
Sed poſtq̃ Colchis arſit noua nupta uenenis:
Flagranteq; domum regis male uidit: utroq;
Sanguine natorum perfunditur impius enſis.
Vltaq; ſe mater male, Iaſonis effugit arma,
Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arces, quæ te iuſtiſſime Phineu,
Teq; ſenex Peripha pariter uidere uolantes,
Innexamq; nouis neptem Polyphemonis alis.

Fabulæ. xiii. libri ſeptimi argumentum.

Lactã. ℂInde &c. Poſt hęc lacũ hyries & Cygni Tẽpe: i qbꝰ locis cũ graui amore pueri teneretĩ: & impio eius uolucres ĩdomitas, ac leonẽ magnũ pati coegiſſet, taurũq; uiciſſet: neq; ideo labor eiꝰ potiendi merces extitiſſet: indignatꝰ ex pcipitii loco cũ ſe odio laboꝝ iacerĩ: i uolucrẽ olorem, conuerſus eſt.

Fabulæ. xiiii. libri ſeptimi argumentum.

ℂAt genitrix &c. Hyrie aũt mr̃ eiꝰ flendo aſſidue caſuꝫ filii ſui. in ſtagnũ deliquit miſericordia Deoꝝ quod eſſet ſui nominis.

Fabulæ. xv. libri ſeptimi argumentum.

ℂAdiacet &c. Ab his digreſſam Pleorona perueniſſe in qua urbe Iãbe cũ phaſnei filii occiderentur: deorum miſericordia effectũ ẽ: ut i auẽ trãſformareĩ.

Fabulæ. xvi. libri ſeptimi argumentum.

ℂInde &c. Ab his Calaream Lathoum regẽ cum coniuge in uolucrem.

Fabulæ. xvii. libri ſeptimi argumentum.

Puella i auem Fũgi in boies ℂDextera &c. Deide cyllenem adiiſſe: hic Menephron ne cum matre concuberet. ab Ioue eſt trãsfiguratus in feræ ſpeciem.

Fabulæ. xviii. libri ſeptimi argumentum.

ℂCephiſon &c. Poſt horũ caſum uidiſſe Cephiſon nepotis exitio deflentem, q ab Apolline i phocen trãsfiguratus eſt.

Fabulæ. xix. libri ſeptimi argumentum.

Phineꝰ & periphas in aues ℂEumeliq; &c. Item Eumeli domũ adiiſſe legentis filiã i uolucrẽ ceſſiſſe.

Fabulæ. xx. libri ſeptimi argumentum.

ℂTandem &c. Aliquando etiam Ephyren contigiſſe uerſam pennis uipereis: in qua urbe primum ex fungis edita æſtimantur corpora.

Fabulæ. xxi. libri ſeptimi argumentum.

ℂSed &c. Indicat Colchis cũ parẽte creõte creuſã ↄſũptã ueneniś arſiſſe. Nec minꝰ natos a ſe iterẽptos iaſõe relicto. inſpectis itaq; caſibꝰ miſeroꝝ uiciſſet ẽt athẽas

Fabulæ. xxii. libri ſeptimi argumentum.

Raph. ℂInnexamq; nouis &c. Item neptem Pholyphemõis uolucrum expleſſe numerum.

Hyrięs i cignũ ℂInde la. Hyr. Hyrie fluuiꝰ ẽ Bœotię: de quo Hom. i. ii. iliados. ẽ & Hyria regio iuxta aulidẽ: ẽ & urbs iſaurię iuxta Seleuciã: ẽ ẽt in iapygia cretẽſiũ opꝰ: ſed lacus Hyries iuxta tẽpe eẽ inuit poeta: ſic dictos a caſu Hyries, q̃ flẽdo amiſſuꝫ filiũ i fontẽ ſui nois ↄuerſa fuit. Nã

Deliquere Phyllius qdã amore filii Hyries: captꝰ. cũ multa impio pueri peregiſſet, ei taurũ domitũ negauit. Quod qdeꝫ ægre ferẽs puer: ſe ex alto mõte pcipitẽ dedit: ſed miſeratiõe Deoꝝ i cygnũ fuit cõuerſus. ¶ Delituit: ſic qdẽ legiĩ, ſed cũ a deliqſcẽdo ueniat: delicuit p. c. ſcribendũ uideĩ: ut intelligamus eam in liquorem fuiſſe reſolutã.

Pleurõ ¶ Adiacet his Pleurõ in qua: Pleuron aetolię urbs eſt: unde pleuronicus. ¶ Ophphias Cõbe: Ophphii filia,

Cõbe Ceis q̃ perperã iambe ab interpte græco dicta in auem ne a filioꝝ multitudine (ad centũ. n. ferĩ peperiſſe) uulneribus cõficeretur: fuit cõmutata. Hęc oium prima ęs i Euboea inueniſſe narraĩ unde & Chalcis ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ. i. ab ære fuit appellata. ¶ Inde Calaureę Latoidos: Calaurea inſula eſt iuxta cretã a Calauro Neptuni filio declinata Eſt etiam urbs locorum in qua maxime latona colebaĩ: unde & latois uocaĩ. ¶ In uo. uer. hic fuiſſe uideĩ Ceis rex Trachynæ, q cum tẽpeſtate in mari periiſſet, Halcyõeq; ipſius uxor Aeoli filia flen-

Halcyone do perire uellet: ambo in aues Halcyonides cõuerſi fuerunt. ut in. xi. poeta plene deſcribit. ¶ Dextera Cyl. ẽ Cyllene mõs ẽ Arcadiæ Mercurii natiuitate notiſſimꝰ, a Cyllene

cillene nympha cognominatus. Eſt ẽt cyllene Elienſiũ nauale. ¶ In q̃ cũ ma, me. taxat Menephorona quẽdã poeta: quem cũ mr̃e coire

Ciphe ſus non puduit. ¶ Cephiſon pro hic: Cephiſus fluuius eſt Bœotię pterlabẽs delphos: cuius filius ab apolline in phocã: hoc eſt uitulũ marinũ, fuit cõuerſus.

Eumelus ¶ Eumeliq; do. Eumelus filius fuit Admeti regis

Ephyr Pirene Theſſaliæ, cuius filiam in aueꝫ conuerſam fuiſſe ait Oui. ¶ Ephyren Pi. Corinthũ in q fons ẽ Pirene.

Medea Scite aũt Pirenida adiecit nã multę urbes eodẽ noie uocanĩ: ut diximꝰ. Apud corinthum uero antiqtus hoĩes feunĩ ex fungis ortos eẽ.

Creuſa ¶ Sed poſtq̃ Col. Medea dolẽs Creuſam Creõtis corinthioꝝ regis filiã a iaſõe ſibi fuiſſe plată, quo die nuptię celebrabanĩ: coronã ex naphta: q igni uel lõgiꝰ poſito ſtati accẽdiĩ: cõfectã, uelut muneri nouę nupię miſit, q ex funalibus ignẽ cõcipiẽs cũ totã regiã cõbureret,

Medeę filioꝝ laniatio Medea ſpectãte iaſone filiis laniatis a draconibus alatis in aerẽ ſublata athenas aduolauit: ubi Aegæꝰ eã nõ hoſpitio ſolũ, ſꝫ ẽt lecto ſibi copulauit: ex q̃ cũ iã medũ filiũ ſuſcepiſſet, Theſeus ipſius qdẽ aegei filiꝰ: ſed quẽ pr̃ nõdũ uiderat, athenas aduenit, quẽ cũ & ſibi & filio ualde Medea timeret aconitũ uenenum: qd e cerberi ſpuma natũ eſſe aiũt. pparauit. Aegęo q; pſuaſit ut illi tanq̃ hoſti pberet: id uero cũ Theſeus foret hauſturus: capulo enſis uiſo agnitus a pr̃e phibiꝰ eſt. Quare medea nubes carminibus excitauit: quibus tecta una cum filio Medo Theſei gladium fugiens in Aſiam aduolauit, Vbi (ut Strabo narrat) a quibuſdam dicitur cum Ia

ſone regnaſſe,ac ueſte tenuiſſimam:qua utebatur de ſuo nomine Medeam appellaſſe. Cum.n. p rege exi ret faciem ſuam occultabat:huic medus filius regni ſuc ceſſor regioni nomen fertur impoſuiſſe. Colchis: col chicis. Noua nupta: Creuſa Creontis corinthiorũ re gis filia. Vlta male:quoniam cum mater eſſet. comũ nes filios interficit. Titaniacis draconibus: qui ex titanum ſanguine nati eſſe dicũtur. Palladias arces:Athenas ubi phine us.Periphas:& polyphe monis neptis in aues fue re conuerſi.Hę uero fabu læ mihi ſunt ignotę. Fabulę.xxiii.ſeptimi libri argumentum.

Lactã. Excipit hanc Aeg.&c. Ab iis nouiſſime excipit ab aegæo,nec minus iuſ git fœdus:inter hæc Theſeus aegæi filius errore & laboribus plenus excipit a patre:cui protinus Medea parat uenenũ:quod aconitum appellant. Hercules enim cũ ad inferos deſcendiſſet iuſſus ab eu ryſtheo ut cãnẽ tricipitem ad ſuperos pduceret poſt q̃ eum in regionem ponti cam perduxit territũ;ani maduertit ex nouitate ae ris uomitum profudiſſe. Notato itaq; loco ſpumaz eius in uenenum eſſe con uerſam:quod græci aconi tum nominant quia na ſci tur in cautibus.

Spuma cerberi in aconi tum

Aconitum:ἀπὸ τῆς ἀκόνης:hoc eſt a cote dictũ:q in cotibus naſcatur:ut non ſolum Plinius,ſed ipſe quoq; ſcribit Ouidius. Echidnææ canis:Cerberi canis tricipitis.Nã(ut refert Pli.in.xxvii.Naturalis hiſtoriæ)fabu læ narrauere aconitum e ſpumis cerberi canis ortum: extrahẽte eum ab inferis Hercule. Ideoq; apud Heracleam Ponticam:ubi mon ſtratur ei? ad iuferos adi tus gigni. Euphorion autẽ & Herodotus narrant cer berum ex inferis ab Her cule extractum atrabilem euomuiſſe: ex qua aconi tum fit natum. Specus eſt:iuxta Heracleam pon ticam:ubi herculis ad infe ros deſcenſus monſtratur Nam(ut in ſecundo argo nauticon Apollonius ait) iuxta Heracleam Ponticã eſt acheruſias promonto rium, ex cuius uaſto ſpe cu per quem deſcenditur ad inferos:acheron oritur Tirynthius heros.her cules a Tirynthio patria cognominatus. Reſtan tem:reſiſtentem. Nexis adamante cathenis: hoc eſt ex adamante cõfectis ac per hoc firmiſſimis. Ternis latratibus:quia tria habet capita. Quæ quia naſcuntur: ſic & Plinius,quis aliam quoq; no minis originem aſſignet: his quidem uerbis. Naſci tur in nudis cautib?, quas aconas uocant & inde aco nitum dixere:nullo iuxta ne puluere quidem nutri ente. Hanc aliqui rationẽ nominis attulere. Alii qm̃ uis eadem in mortẽ eſſet

Reſtat

Excipit hanc Aegæus facto damnandus in uno.
Nec ſatis hoſpitium ẽ,thalami quoq; fœdere iũgit
Iamq; aderat Theſeus proles ignara parenti,
Qui uirtute ſua bimarem pacauerat Iſthmon.
Huius in exercitium miſcet Medea.quod olim
Attulerat ſecum Scythicis Aconiton ab oris.
Illud Echidnææ memorant e dentibus ortum
Eſſe canis:ſpecus eſt tenebroſo cæcus hiatu
Eſt uia decliuis,per quam Tirynthius heros
Reſtantem,contraq; diem radioſq; micantes
Obliquantem oculos,nexis adamante cathenis
Cerberon attraxit:rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras.
Et ſparſit uirides ſpumis albentibus agros.
Has concreſſe putant,nactaſq; alimenta feracis,
Fœcundiq; ſoli,uires cœpiſſe nocendi.
Quæ quia naſcuntur dura uiuacia caute,
Agreſtes Aconita uocant ea coniugis aſtu
Ipſe parens Aegæus nato porrexit,ut hoſti.
Sumpſerat ignota Theſeus data pocula dextra:
Cum pater in capulo gladii cognouit eburno
Signa ſui generis,facinuſq; excuſſit ab ore:
Effugit illa necem nebulis per carmina motis
At genitor quãq̃ lætatur ſoſpite nato,
Attonitur tamen eſt geniti diſcrimine paruo,
Committi potuiſſe nefas:fouet ignibus aras:
Muneribuſq; Deos implet:feriuntq; ſecures
Colla toroſa boum uinctorum cornua uittis.

Raph. aegæus

Excipit hanc aegæus fa cto:aegæus rex athenarũ conſuluit oraculum, quo modo prolem uirilem ſu ſcipere poſſet: a quo cum acceſſiſſet ut prius q̃ athenas reuerteretur. cum mulie re coiret,ad Pittheum Trœzenis regem profectus ei oraculum communicauit. Quo cognito Pittheus ei filiã aethram a Neptuno uitiatam copulauit. Inde uero ae geus diſceſſurus uxorem iam grauidam.ad ſaxum ſo lam cũ adduxiſſet,illi calceos,gladiũq; ſubiecit. Vxo ri deinde mandauit:ut ſi maſculũ pareret:eũ ad ſe non ante mitteret,q̃ adultus ipſe p ſe reuoluto ſaxo gladiũ & calceos tollens ſecum ferret. Hinc enim aegeus ſe co gnituru ſperabat an quem aethra foret paritura:ſibi fi lius eſſet. Theſeus igitur ex illa natus aegei qdẽ filius putat? eſt:cũ neptuni foret:ut Iſocrates in Helenes lau datione ait. Is uero cũ adoleuiſſet indicãte matre & ſa xum reuoluit & calceos & gladium ſuſtulit, athenaſq; pficiſcens multos latrones Iſthmum obſidentes iterfe cit.cum uero athenas peruiſſet:non ante a patre agni tus eſt,q̃ capulũ gladii ſui:quẽ; ſaxo pater ipſe ſubiece rat,aſpexit. Quo cognito poculũ ueneuatũ ſtimulante Medea iã porrectũ e filii manib? excuſſit. Facto in uno:in hoc uno facto, quo medeam hoſpitio ſuſcepit. Proles ignata ignota legẽdũ mihi ũr: quis fere igna ta legatur. Aconiton:herba eſt præſentiſſimi ueneni

aconitũ

quæ cotibus ad ferri aciẽ deterenda:ſtatimq; admota uelocitas ſentiretur. Coniugis aſtu: uxoris aſtutia. Ignara de. ipſe inſcius. Fadnuſq; exc. uenenum ab ore filii repulit.

Fabulę.xxiiii.ſeptimi libri argumentum.

Lactã. At genitor &c.Poſt hæc referunt feſtos dies agentes laudes Theſei:queadmodũ tauri Marathonii inter emiſſet.ut ẽ Procuſtẽ. Cercyoniſq; necẽ,q trabes oppo nebat poſtibus ita,ut uicti exanimarent ab eis. Scyro nẽ quoq; Neptuni ſoliti iter facietibus tẽdere inſidias. Qui poſtq̃ a Theſeo eſt interfectus,eius fluctibus agi tatũ ppter crudelitatem ſcopulo inhæſit:unde Scironi des petræ ſunt nominatæ ab eius nomine.

Raph. At genitor qq̃:Theſei geſta cõmemorat poeta , quo cõmodius Metamorphoſin Scyllæ in auem cum ſupe riore fabula cõnectere poſſit. Diſcrimine par.parua dña.Paulũ.n.abfuit quin ueneuũ Theſeus hauriret. Colla toro.craſſa ac pinguia.Nã torus iterdũ p pul pa eminẽtiore accipi:ut Virgi.in Geor. Luxuriatq; toris animoſum pectus.Interdũ p ſede a tortis herbis. Vir.ſecũdo Ae.Inde toro pr Aeneas ſic orſus ab alto. Victorũ cornua:habentiũ cornua uittis colligata.

Nullus



Raph. Erechthidæ Theſe ia feſta

Nullus Erechthidis:athenieſibus, ab Erechtheo re ge dictis.Ea ãt feſta Theſeia,a Theſeo uocata fuerũt q in illius honorẽ cũ pp alia multa,tũ q primus oium ſtatũ popularẽ athenis cõſtituit:qui tantiſper durauit, dum piſiſtratus tyrannidẽ occupauit: ut Pauſanias ait. Agitant:celebrant. Vino ingeniũ faciẽte:ſic Hora tius:Fœcundi calices:quẽ nõ fecere deſertũ? Te maxime Theſeu:carmina refert: quę in Theſei lau dẽ canebaũt. Theſeus.n. Aegæi filius ex aethra pit thei filia tot pclara geſſit: ut inter Hercules uñ? nu meretur.Nã & taurum ab euryſtheo immiſſum atti cã totã uaſtãtem in Mara thone interfecit.& uarios Græciæ latrones ſuſtulit. Marathon:Marathon autẽ cãpus eſt,& ſilua iux ta athenas a Marathone heroe(ut Pauſanias ſcri bit) cognominatæ: unde Marathonius declinatur. Cretæi tau. Cretenſis. ex Creta enĩ ab Hercule ad Euriſtheum ductus ẽ. Nã minos(ut fert)Neptu no ſacrificaturus uictimaz optauit maieſtate illius di gnam:cui Neptunus tau rum obtulit pulcherrimũ. Et cum ſeruare uellet mi nos:iratus Neptunus tau ro furorẽ immiſit,a quo to ta fere inſula fuit deuaſta ta.

Theſei geſta

Marathon

Taur? cretẽſis

Oſſa Scirõis in ſco pulos

Nullus Erechthidis fertur celebratior illo
Illuxiſſe dies:agitant conuiuia patres:
Et medium uulgus:necnon & carmina,nino
Ingenium faciente,canunt.te maxime Theſeu
Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tauri:
Quodq; ſuam ſecurus arat Cremyona colonus:
Munus,opuſq; tuum eſt:tellus Epidauria per te
Clauigeram uidit Vulcani occumbere prolem:
Vidit & immitem Cephiſias procuſten.
Cercynios letum uidit Cerealis Eleuſis
Occidit ille Sciris magnis male uiribus uſus
Qui poterat curuare trabes & agebat ab alto
Ad terram lateſparſuras corpora pinus
Tutus ad Alchathoen Lelegeia mœnia limes,
Compoſito Scirone patet:ſparſiſq; latronis
Terra negat ſedem:ſedem negat oſſibus unda:
Quæ iactata diu fertur duraſſe uetuſtas
In ſcopulos:ſcopulis nomen Scironis inhæret:
Si titulos annoſq; tuos numerare uelimus,
Facta prement annos:pro te fortiſſime uota
Publica ſuſcipimus:Bacchi tibi ſumimus hauſtus.
Conſonat aſſenſu populi,precibuſq; fauentum
Regia:nec tota triſtis locus ullus in urbe eſt

minata.Apd' Eleuſina ãt Cereris myſteria cognomẽ to maiora celebrant: ſicut argis: q & ipſe atticæ ciuis eſt:minora in honorem Proſerpinę: in Herculis gratiã inſtituta cuz maioribus initiari:q a ciuis,& indigena nõ eſſet:legibus phiberet. Eſt ãt Eleuſis Alexãdrię uic?: quo Callimach? ſ as narrat fuiſſe edoct?. Occidit il le Sci. Scinis latro fuit Iſth mũ obſidens(ut in quin to refert Diodorus ) qui duas pinus flectebat: ac utriq; hominis brachia al ligabat:deide ſurſũ emit tẽs corpus ui diſcerptum maximo cruciatu afficie batiſtũ quoq; Theſeus interemit. Tut? ad Al cathoẽ:alcathoẽ cadẽ eſſe uideſ cum Megaris: urbs media inter Pelopõneſũ Atticam.& Bœotiã:que ab alchathoo pelopis filio qui Megareo regi( ut Pau ſanias ſcribit)in regno ſuc ceſſit : fuit denominata. Cum enim leo quem Ci theroniũ appellãt: coip pum megarei regis filiũ interfeciſſet.Megareus ip ſe & filię nuptias & regni ſucceſſionem ei propoſuit qui leonem Ciheronium ſtrauiſſet. Alcathous uero Pelopis filius,cum pro pter cædis Chryſippi fra tris ſuſpitionem megaraz confugiſſet:feram aggreſ ſus cum uictor euaſiſſet: regnũ ſuſcepit:ac iter alia quę geſſit,templũ ędificauit: quod agreſtis & Apollinis & Dianę uoluit appellari.

Myſteria maiora

Scinis

alcatoe

Leo Citheronius

Alcathous

Cremyon Cremyonia ſus

Ad cũ domandũ miſſus eſt Hercules,quẽ uictũ ad Euryſtheũ duxit. Ab eo uero dimiſſus:cuz atticam de uaſtaret:a Theſeo fuit iterfectus. Quodq; ſuã cre. Cremyon uicus eſt iuxta Corinthũ:q diu a Cremyo nia ſue matre & Calidonii & Erimã thiã aprorũ fuit ue xat?:q a Theſeo iterfecta ſecuros illius loci colonos p ſtitit. Eſt ẽt Cremyon urbs Libyæ unde cremyonius deriuat. Cremyon qdem a grecis p duplex.m. ſcribit: ſed alterũ ab Ouidio uerſus gr̃a pretermiſſũ uĩ. Tel lus epidauria: epidaurus urbs eſt peloponneſi aeſcu lapii tẽplo nobilis:q( ut Stra.refert ) Epidaurus antea uocabat. Clauigerã plem Vulcani:periphraſis ẽ pe riphitũ latronis:q iuxta epidaurũ cũ hoſpites perimeret claua quadã:q coryna uocabat: Corinetus fuit cogno minatus. Is a theſeo tandẽ(ut ſcribit Diod.)fuit interfe ctus. Vidit & immittem:pcruſtes(ut idẽ ſcribit Dio do.)eo in loco terrę atticę:qui Cardalus dĩ:latrocinia exercens:cogebat hoſpites ſupra lectũ aliquẽ aſcẽdere quo ſi longiores fuiſſent:pars ſupereminens amputabat qui uero breuiores fuiſſent pedibus diſtendebantur: a qua te procruſtes ẽt fuit cognominat?:nã προκρούω unde declinat:ſignificat ipello. Is quoq; a Theſeo fuit interfectus. Immitẽ:crudelẽ. Cephiſias ora:regio ,q a Cephiſo Bœotię fluuio alluit. Cercyonis letum Cercyon itẽ latro arcadic?: q apud Eleuſinã uiatores ad certamen puocabat uictoſq; iterficiebat: a Theſeo fuit interemptus. Eleuſis:eleuſis aũt uic? eſt & urbs atticę:ubi Cereris eſt tẽplũ:a qua Cerealis fuit cogno

Epidaurus

Periphi t? latro. Corynetus

Procruſtes

cercyon

Eleuſis

Lelega mœnia:a lelege edificata. Nã( ut idẽ Pau ſanias narrat)megarenſes aiunt duodecim poſt Cara phoronei filiũ ſeculis lelega ex aegypto pfectũ regnũ obtinuiſſe:coq; regnãte ſe leleges uocatos fuiſſe:quod qdẽ & Strabo ſignificat:cũ ingt. Ceres cũ prius leleges & inſulares eſſent fauentibus Cretenſibus,q mileum condidere:in continente habitare cœpiſſe. Compo ſito Scirone.interfecto ſublato.Nã cõponere interdũ finire ſignificat,q ãt necarẽ finiunt. Scirõ ãt latro fuit qui ea megaridis loca habitauit:quę ab eo Scyronia ſa xa uocant.Is peregrinos illac tranſeuntes cogebat ſe ipſos de pcipiti loco iactare uel deductos ſupra ſcopu lũ abruptũ ipſe calce in mare pcipiebat:Theſeus aũt ip de illũ in mare deiecit:unde multos ante ipſe deturba uerat:ut ex ſtatua q̃ athenis i regia ſpectabat:colligi po terat.Nã Theſeus Scirõnẽ in mare pcipites effect? erat ut Pauſanias refert. Scopulis nomen Scironis inhę ret:ut refert Stra. Scironides petrę atticis finibus imi nẽt,iuxta mare trãſitũ nõ relinquẽtes. Supra eas autẽ uia eſt in atticã:atq; megara ab iſtino duces. Caurum quoq; uentum ab illis ſaxis flantem: procellaſq; cien tem Scirona athenienſes uocant. Fingit ãt poeta oſſa Scironis in mare pcipi fuiſſe i ſcopulos cõuerſa. Fa cta pmẽt annos:hoc eſt geſta tua numero annos ſupe rabit. Pro te fortiſſime uota: Theſeia ſignificat quę feſta in Theſei honorem athenienſes inſtituerunt.

leleges

Cõponito Sciron Scirõia ſaxa

Scironides petræ Caurus Scirona uocatur

Raph. ¶Vſq; adeo nulla eſt: parētheſis eſt, ſiniam loco maxime accommodatā cōtinens. Sumpta autem hęc ſententia eſſe uidetur ex quarto Argonauticon apollonii, ubi Iaſonis Medeęq; nuptię in Cercyrę antro celebratæ deſcribuntur. Semper enim inquit miſerorum hominū letitus amara aliqua ineſt triſtitia.

Fabulę. xxv. ſeptimi libri argumentum.

Lact. ¶Bella parat Mi. &c. Arne cuꝫ inſula Sithon, in qua genita eſſet, hoſti Athenas oppugnanti capta pulchritudie auri uēdidiſſet patriā, ne ꝓ meritis ſupplicia pēderet in uolucrē monedulā ē trāſfigurata: q̄ adhuc amore ſplendoris eius tenetur.

Raph. ¶Bella parat Mi. minos em Iouis filiꝰ ex Europa regē fuiſſe Cretę notius eſt, q̄ ut ſit exponendum. Huic Androgeꝰ filiꝰ fuit athletico certamine clarꝰ: qui cū athenis ex palæſtra uictoriā reportaſſet, maximā in ſe inuidiā cōtraxit. Quapp iſdiis aegæi atheniēſiū regis occiſus cū domū non rediret, Minos pater aduerſus athenieſes bellū mouit: ipſis & peſtilentiā & famē imprecatꝰ: ut androgei cæde ulciſceretur auctores Plutarc. & Dio. Priꝰ at q̄ oppugnare cepiſſet athenas, uaria ſibi auxilia cōparauit quaſdā iſulas expugnauit, q̄s enumerat poeta: ac ſi quai his Metamorphoſis fuit facta deſcribit. ¶Firmiſſimus: ferociſſimus. ¶Ira pa. patri cōueniente ob filii cędē.

Nec tamen (uſq; adeo nulla eſt ſyncera uoluptas
Sollicitumq; aliquid lætis interuenit) Aegæus
Gaudia percepit nato ſecura recepto.




Bella parat Minos, qui quanq̄ milite: quanq̄
Claſſe ualet, patria tamen eſt firmiſſimus ira:
Androgeiq; necem iuſtis ulciſcitur armis.
Ante tamen bello uires acquirit amicas,
Quaq; patent aditus uolucri freta claſſe pererrat.
Hinc Anaphen ſibi iungit, & Aſtypaleia regna.
Promiſſis Anaphen: regia Aſtypaleia bello.
Hinc humilem Myconen, cretoſaq; rura Cimoli:
Florentemq; Cythnon, Scyron, planāq; Seriphon,
Marmoreamq; Paron: quamq; impia prodidit Arne
Sithonis, accepto, q̄ auara popoſcerat, auro,
Mutata eſt in auem, quæ nunc quoq; diligit aurum
Nigra pedes: nigris uelata monedula pennis.

tera in Samo, uñ aſtipalęꝰ & aſtypalęa dicitantur. ¶Hinc hu. Myco. Myconeq; & Myconus a Stra. uocatur: una eſt ex Cycladibꝰ. In ea uero inſula dūt iacere nouiſſimi gigātū ab Hercule lapidibus obruti. Fera āt Myconii ſunt calui. ¶Cretoſaq; rura Tymoli: ſi qdeꝫ corrupte: Cimoli uero p.c. recte legit. Eſt. n. Cimolꝰ q & Echinuſa dicit: inſula in Cretico mari una ex Sporadibus a qua terra Cimolia nuncupatur: ut Strabo ſcribit. Ad quod alludēs poeta cretoſa cimoli rura appellat. In illa nāq; effodit creta quę cimolia dr̄ purgādis ueſtibꝰ apta. ¶Florentēq; Tyro: Cypro: Hic quoq; uerſus mihi uidet eē deprauatus. Cū. n. poeta enumeret iſulas Cretę uicinas: quas ſibi Minos adiunxit: ipertie admodū Sporadibus atq; Cycladibꝰ Tyron, quę Phœniciæ adiacet: ac cypron. q̄ Syriæ: admiſceret. Forſitan aūt nō Tyrō ac Cyprō: ſed Cythnon: & Scyron eſt legendū. Cythnos. n. inſula ē Cimolo propinqua uiſu ſpectabilis: a cythno Sanio dicta. Nā ante illum Merobe uocabat & ads ut Pli. ſcribit. Scyros autē una eſt & ipſa ex Cycladibus pr̄ia Lycomedis, Achillis: & Deidamyę nuptiis clara. ¶Planāq; Seriphō. Seriphos una eſt ex Cycladibus adeo lapidoſa, ut qui Seriphiis cōuinciant: id in ſpectabo uen iſſe Gorgone cauſent. Nā (ut refert

mycōe mycone calui. Cimolus. Cimolia terra. Cythnos. Scyros. Seriphus. paros. Sithōis. Sithōia rione dula.

¶Iuſtis armis: bello iuſto, qꝛ pe qđ fuit ſuſceptū ꝓ filii cede ulciſcēda. ¶Quaq; patent adi. quocūq; nauibus poterat peruenire. ¶Hic anaphē ſibi iūgit: Anaphe iſula eſt in Cretico pelago una ex Sporadibus, iuxta Therā: q̄ a Membliaro: q̄ una ex Cadmo ad quęrēdā Europā nauigauit: Membliaros fuit appellata. Deinde argonautis a tēpeſtate uexatis: caligineq; opertis: ſtatim apollinis opere (ut Apolloniꝰ in q̄rto narrat) cū apparuiſſet anaphe: ἀπὸ τοῦ ἀναφάνειν fuit cognominata. ¶Et hic Stymphalea regna: Stymphalus qdē urbs ē Arcadiæ: ſed de hac mihi poeta ſentire non uidet: cū inſulas enumeret ſibi a Minoe conciliatas. Forſitan aūt deprauatus eſt hic uerſus, qui hinc aduerbio eraſo: aſtypaleia expoſcere uidet. Et. n. aſtypalæa inſula: una ex Cycladibus ab Aſtypalæa ancæi matre denominata. Nam antea a Garibus habitata Pyrrea primū, deinde palæatum θεῶν τράπεζα: hoc eſt Deorum menſa: fuit appellata. Eſt autem etiaꝫ alia eiuſdē nois cū urbe inter Rhodon & Cretā. Eſt & nomen duaꝝ urbium: quaꝝ altera eſt in eos inſula: al/

anaphe. aſtypalæa.

Stra.) in illa facta uulganſ. q̄a poetis ficta fuerunt. Dictyē piſcatorē arcā adduxiſſe retibus in qua Perſeꝰ cū matre Danae continebatꝰ: cū utrūq; pr̄ Acriſius in mare piciſſet. In illa uero inſula Perſeus educatus fuiſſe ꝓdit: q cū caput Gorgonis illatū Seriphiis oſtēdiſſet, uniuerſos mutaſſe in lapides: idq; in matris ultione factū taſſe: qa illis adiutoribꝰ Seriphi rex Polidectes nuptias inuitā adegiſſet. ¶Marmoreāq; Pa. Paros ēt una ē ex Cycladibus: primo platea: deinde Minois appellata: quę lapidē ꝓducit. quē pariū uocāt: ad marmoreas ſculpturas aptiſſimū. Ex ea natꝰ eſt archiloc poeta: q corrupte apud Stra. Antilocus eſt ſcriptꝰ. Ad qđ alludēs Hora. inqt: Parios ego primus iambos Oſtendi Latio. ¶Quāq; im. pro. Ar. Si quænā fuerit illa Sithonis puellaq; accepto auro hoſtibus arnē inſulā proderit: atq; in monedulam auem auri maxime furacem conuerſa fuerit: nō memini me legiſſe. ¶Sithonis: Thracia mulier. Eſt. n. Sithonia Thraciæ ꝑs Macedonię finitima: uñ Sithoniæ niues apđ Virg. dn̄r. ¶Velata mo. tecta, cooperta. Monedula uero auis eſt e gracculoꝝ genere ſic dicta



ſit dicta, quaſi monetula: q̄ monetę & pecuniæ amore capiatur. Nam (ut Plinius ſcribit) huic ſoli aui mira ingenita eſt furacitas auri & argenti. Sunt autem cornicibꝰ ſimiles, niſi quod ſunt nigriores: quibꝰ pedes & roſtra rubent: quare non nigra pedes, ſed Rubra forſitan ab Ouidio ſcriptum fuit: quis nigra in exēplaribus legat.

Fabula. xxvi. ſeptimi libri argumentum.

Lact. ¶At non Oliaros dindymeq; &c. aeacus iouis & aeginæ filius cum Aſopi dem inſulam coniugis nomine incoleret, & graui peſtilentia Iunonis ira populuꝫ amiſiſſet: præcibus & miſericordia a Ioue impetrauit: ut uaſtata inſula, quot formicæ in ea apparuiſſent, tot uerſę in hominum facies deſyderatam multitudinem explerent. Neq; immerito: nam qui ex huiuſmodi animalibus creuerant, Myrmidones ſunt appellati. Formicæ. n. gręce Myrmices appellantur. Porro autem hos ſenſus Cephalo ſciſcitanti edocet aeacus.

Raph. Oliaros Didyme. ¶At non Oliaros Didymeq;: inſulæ ſunt aegæi ex Cycladibus: quæ Minoi aduerſus athenienſes auxilium non tulerunt. Oliaros autem per i non per e i antepenultima ſcribitur, inſula eſt una ex cycladibus Sidoniorum colonia: ut Heraclides Ponticus ſcribit. ¶Didymeq; Didyme inſula eſt ex Cycladibus una, a figura ſic appellata, gemella nanq; uidetur. Didymi enim gemelli dicuntur: eodem nomine inſula eſt in freto Siculo una ex aeoliis. ¶Et Tenos: inſula eſt una ex cycladibꝰ Tenos (ut Strabo refert) urbeꝫ non ſane magnam habens, uerum Neptuni fanum ampliſſimum in luco extra muros ſpectatu dignum, in ea capaciſſima diſcumbentium cōuiuarum ædificata ſunt triclinia, quod ſignum eſt

Didymi. Tenos.

At non Oliaros, Didymeq;, & Tenos, & Andros,
Et Gyaros, nitidæq; ferax Peparethos oliuæ
Gnoſiacas iuuere rates: latere inde ſiniſtro
Oenonam Minos petit Aeacideia regna.
Oenonam ueteres appellauere: ſed ipſe
Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit.
Turba ruit, tantaq; uirum cognoſcere fama
Expetit: occurrunt illi Telamonq;, minorq;
Quam Telamon, Peleus, & proles tertia Phocus.
Ipſe quoq; egreditur tardus grauitate ſenili
Aeacus, & quæ ſit ueniendi caſa requirit:
Admonitus patrii luctus ſuſpirat: & illi
Dicta refert rector populorum talia centum,
Arma iuues oro pro nato ſumpta: piæq;
Pars ſis militiæ tumulo ſolatia poſco.
Huic Aſopiades petis irrita: dixit, & urbi
Non facienda meæ: neq; enim coniunctior ulla
Cecropidis hac eſt tellus: ea fœdera nobis.
Triſtis abit: ſtabuntq; tibi tua fœdera magno,
Dixit: & utilius bellum putat eſſe minari,
Quam genere, atq; ſuas ibi præconſumere uires.
Claſſis ob Oenonis etiam nunc Lyctia muris
Spectari poterat, cum pleno concita uelo
Attica puppis adeſt: & portus intrat amicos:
Quæ Cephalum: patriæq; ſimul mandata ferebat.
Aeacidæ iuuenes longo poſt tempore uiſum:
Agnouere tamen Cephalum, dextraſq; dederunt,
Inq; patris duxere domum. ſpectabilis heros,
Et ueteris retinens etiam nunc pignora formæ
Ingreditur: ramumq; tenens popularis oliuæ
Et dextra, leuaq; duos ætate minores.
Maior habet Clyton: & Buten Pallante creatos.
Poſtq̄ congreſſi primi ſua uerba tulerunt
Cecropidæ, Cephalus peragit mandata: rogatq;
Auxilium: fœduſq; refert & iura parentum:
Imperium peti totius Achaidos addit
Sic ubi mandatam iuuit facundia cauſam,
Aeacus in capulo regni nitente ſiniſtra

Strabonem eſt mendum, Oenonam legenduꝫ eſt. Nā quæ inſula poſtea aegina fuit appellata: ab aegina aeaci matre, quam Iuppiter (ut ſcribit Dio.) ex Phliunte raptam in illam inſulam tranſtulit antea Oenona (ut Stephanus etiam ſcribit) appellabatur: unde Oenoneus: Oenonenſiſq; declinatur. Deniq; apud Grecorum quēquā nō memini me Oenopīā legiſſe. Fuit aūt inſula nobiliſſima, ut quæ & maris olim tenuerit imperiū: & Aeacidaruꝫ origo fuerit. Sane aegina locus eſt etiā Epidauriæ terræ. ¶Sed ipſe aeacus aeginam: aeacum iouis fuiſſe filium cōſtat: cui tres filii fuerunt, Telamon, Peleus, Phocꝰ. ¶Admonitus patri luctꝰ paternæ mœſtitiæ: quam de filio conceperat. ¶Populoruꝫ centum naꝫ Creta centum olim urbes habuiſſe fertur. ¶Pro nato: pro ulciſcenda filii cæde. ¶Piæ militiæ: quæ pro filii nece uindicanda ſuſcepta eſt. ¶Tumulo: filii ſepulchro. Huic aſopiades: aeacus aſopinepos. Aegina. n. Aſopi mater filia fuit aſopi fluuii. ¶Petis irrita: uana & mihi non facienda. ¶Ea fœdera nobis: ſubaudiendum, ut amici ſimus, & nos inuiceꝫ iuuemus. ¶Triſtis abit: mœſtus inquit diſceſſit minos quia quæ uolebat non impetrauit. ¶Stabunt ma: conſtabunt. ¶Lyctia: cretēſis, a Lycto cretę urbe a Lycto Deucalionis filio cognominata. ¶Veteris formę: priſtinę pulcritudinis. Nam Cephalus (ut ēt Pauſanias ſcribit) formoſiſſimus fuit. ¶Popularis oliuę: in Attica natę, populous gratę. ¶Maior habꝫ cauſa cur a dextra, leuaq; Cliton & Butem haberet Maiores enim natu in medio minorum incedere ſolent. Hic autem Pallas unus e filiis Pandionis Athenarum regis fuit: quatuor enim filii (ut ſcribit

Cenos quæ Aegina. Aeacus. Lyctus. Cephelus. Mos ciuilis. Pallas.

frequentem finitimorum multitudinem eo conuenire ſolitam, qui una Neptuno ſacrificia celebrarent. ¶Et Andros: una ex Cycladibus Andros, & ab andro anii filio cognominata. ¶Et Gyaros, Gyaros autem una eſt ex Sporadibꝰ. ¶Nitideq; ferax Peparethos oliuæ Peparethos inſula eſt ex una ex Cycladibus oleo abūdans. ¶Oenopiā Minos petit ſic qdē in oibus quæ mihi uidere contigit, exemplaribus legitur. Sed niſi apud

Andros. Peparethos.

Strabo) Pādioni fuerūt: Aegeus: Lycus: Pallas. Niſus. ¶Peragit mandata: exponit mandata: quę ab athenięſibus acceperat. ¶Fœduſq; refert: commemorat fœdus a ſuis maioribus cum aeginetis percuſſum. ¶Imperium: regnum. ¶Totius acheidos: achaiæ & Græcię. ¶Peti: appeti a Minoe. Hoc auteꝫ ait, quo facilius aeaco perſuadeat, ut athenienſibus contra Minoem ferat auxilium. ¶In capulo regni: in ſceptro,

Pādionis filii.

Raph.

¶ Athenæ:Athenienſes,continens.n.pro contento frequenter ponitur a poetis. Aeaci autem oratio maximã præ ſe fert in athenienſes.& beneuolẽtiam & benignitatem. ¶ Et omnis eat:ueniet. uobiſcum. ſubaudiatur. ¶ Robora:uires. ¶ Superat mihi miles & hoſti: hoc eſt mihi milites ſuperſunt & adiuuandos amicos, & ad repellendos hoſtes. ¶ Gratia Diis:ſit ſubaudiatur Diis enim gratias agit aeacus. ¶ Felix & inexcuſabile tempus: mihi eſt.ſubintelligatur:hoc autem uerbum eſt ſepenumero eleganter prætermittitur. ¶ Obuia proceſſit:obuiam uenit. ¶ Inde: ex iis. Hæc autem narrantur,ut concinnius ad formicarum Metamorphoſin in homines exponendam deſcendat. ¶ Memorare: prolixius narrare.

Peſtilentiæ deſcriptio.

¶ Sine ullo ordine: ſine ullo prohœmio. ¶ Lõga ambage:ſuperflua oratione. Deſcribit autẽ poeta formicarum mutationem in Myrmidonas. Cum enĩ Iunonis ira æginę incolę peſtilẽtia fuiſſent abſumpti, Aeacus iouem patrẽ rogauit,ut aut ſibi populum ſuum reſtitueret, aut ſe quoq; uita priuaret Cum autem magnam formicarum multitudinẽ in uetuſta quercu uidiſſet,iouem rogauit,ut ſibi tot ciues:quot illæ formicę erãt concederet. Iuppiter uero aeaci præcibus motus: quotquot formicæ in illa quercu erant: in homines commutauit: quibus aeac⁹ ipſe agros diuiſit. ¶ Oſſa,ciniſq; iacent: mortui ſunt. ¶ Et quota pars: ac ſi diceret minima. ¶ Dira lues: inſanabilis peſtis, cui nihil remedii poterat afferri. ¶ Exoſę:odio perſequẽs. ¶ Dictas terras: denominatam inſulam. ¶ Nã Oenona inſula(ut diximus) ægina ab aeaco ex matris nomine fuit appellata. ¶ A pellice: æginã quam iuno odio perſequebatur:quippe cũ qua iuppiter coiuiſſet. Eleganter autem, ſciteq; ea omnia deſcribit poeta, quæ tempore peſtis accidere ſolent. ¶ Mortale malum:humanum:non autem a Iunonis ira miſſum ¶ Cauſa nocens:ira Iunonis quæ in cauſa erat tantæ calamitatis, ¶ Pugnatum eſt:repugnatum peſti. ¶ Exitium:clades. ¶ Opes: auxilia. ¶ Preſſit:oppreſſit,occupauit. ¶ Et ignauos æſtus:ab effectu q; ignauos homines reddant, & pigros. ¶ Dumq; quater plenis per quatuor inquit menſes auſtri uenti morboſi ſpirarunt. Luna enim ſingulis quibuſq; menſibus creſcit ac deſcribit. ¶ Tenuata:diminuta. ¶ Retexuit:diſſoluit ¶ Letiferis æſtibus peſtiferis feruorib⁹. ¶ Vitium:aeris corruptionem.

Temerare.

¶ Temeraſſe:corrupiſſe. ¶ Strage canum primo: Hæc ex primo iliados ſumpta eſſe uidentur. Nam Homerus peſtem in exercitum græcorum Apollinis ira immiſſam deſcribens.aſſerit primo canes, muloſq; interiiſſe. ¶ Miratur: quia mali cauſam ignorat. ¶ Inter opus: inter arandum. ¶ Recumbere:procumbere, cadere

Balare.

¶ Lanigeris gregibus:ouibus, quæ proprie balare dicuntur. Eſt autem factitium uerbum. ¶ Tabent putreſcunt: ac macilentæ fiunt. ¶ Magnæq; in puluere famæ: in certaminibus: in quibus maximus puluis excitatur. ¶ Degenerat: a generoſitate ſua recedit. ¶ Palmæ: uictoriæ. ¶ Veterum honorũ antiquæ glorię. Non aper iraſci meminit : protozeugma eſt. Meminit enim uerbum ad duos qui ſequuntur nominatiuos eſt referendum. ¶ Incurrere impetũ facere. ¶ Omnia langor habet, omnia inqt animalia languida & infirma ſunt effecta. ¶ Corpora fœda: cadauera fœtentia.

Odoreſ

¶ Odoribus: cadauerum fœtoribus,quamq̃ odores fere in bonam accipiuntur partem: ac pro iis quæ nares delectant: ponantur. ¶ Et agunt cõtagia late: corruptionem inquit longe mittunt. ¶ Liqueſcunt: reſoluuntur.

Ne petite auxilium:ſed ſumite dixit Athenæ.
Nec dubiæ uires,quas hæc habet inſula,ueſtras
Ducite& omnis eat:rerum ſtatus iſte mearum.
Robora non deſunt.ſuperat mihi miles,& hoſti.
Gratia Diis.felix,& inexcuſabile tempus.
Immo ita ſit Cephalus:creſcat tua ciuibus opto
Vrbs(ait) adueniens equidem modo gaudia cœpi,
Cum tam pulchra mihi:tam par ætate iuuentus
Obuia proceſſit:multos tamen inde requiro,
Quos quondam uidi ueſtra prius urbe receptus.
Aeacus ingemuit:triſtiq; ita uoce locutus:
Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt.
Hanc utinam uobis poſſem memorare,ſine ullo
Ordine nũc repetã:heu lõga ambage morer uos:
Oſſa,ciniſq; iacent,memori quos mente requiris,
Et quota pars illi rerum periere mearum?
Dira lues populis ira Iunonis iniquæ
Incidit exoſæ dictas a pellice terras.
Dum uiſum eſt mortale malum,tanteq; latebat
Cauſa nocens cladis,pugnatum eſt arte medendi.
Exitium ſuperabat opes,uictæq; iacebant.
Principio cælum ſpiſſa caligine terras
Preſſit,& ignauos incluſit nubibus æſtus:
Dumq; quater plenis expleuit cornibus orbem
Luna:quater plenum tenuata retexuit orbem:
Letiferis calidi ſpirarunt æſtibus Auſtri.
Conſtat & in fontes uitium ueniſſe,lacuſq;,
Milliaq; incultos ſerpentum multa per agros
Erraſſe,atq; ſuis fluuios temeraſſe uenenis.
Strage canum primo,uolucrũq;,auiumq;,boũq;.
Inq; feris ſubiti deprenſa potentia morbi eſt:
Concidere infelix ualidos miratur arator
Inter opus tauros,medioq; recumbere ſulco.
Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros:
Sponte ſua,lanæq; cadunt,& corpore tabent:
Acer equus quondam,magnæq; in puluere famæ
Degenerat palmæ:ueterumq; oblitus honorum
Ad præſepe gemit morbo moriturus inerti:
Non aper iraſci meminit,nec fidere curſu,
Cerua,nec armentis incurrere fortibus urſi.
Omnia langor habet,ſiluis,agriſq;,uiiſq;
Corpora fœda iacent:uitiantur odoribus auræ
Mira loquar.non illa canes,auidæq; uolucres:
Non cani tetigere lupi:dilapſa liqueſcunt,
Afflatuq; nocent:& agunt contagia late.
Peruenit ad miſeros damno grauiore colonos
Peſtis,& in magnæ dominatur mœnibus urbis.

¶ Flammiſq;



Raph. Fauſce

¶ Flammiſq; fatiſcunt:hoc eſt ardore quodam inteſtino ſoluuntur. Eleganter autem omnia deſcribit poeta quæ peſte laborantibus ſolent euenire. ¶ Indicium rubor eſt:rubor faciei inquit indicat uiſcera eſſe inflammata. ¶ Tumet:inflatur. ¶ Arentia ora:arida,& ſicca. ¶ Ventis tepidis: & auſtris. ¶ Patẽt: aperta ſũt & tenentur. ¶ Auræ graues: pernicioſæ. ¶ Non ſtratum:lectũ. ¶ Dura præcordia:corpora inflata & aſpera:ut a parte totum intelligamus.

Præcordia

Sunt enim præcordia ( ut Plinius in undecimo Naturalis hiſtoriæ ſcribit) mẽbranæ tenuiſſimæ, quibus exta hominũ ab inferiore uiſcerũ parte ſeparantur:ſic dicta,quia cordi phrenas appellant,q; illis ſubtilitas mentis accepta feratur. ¶ Moderator : rector, medicus. ¶ Erumpit : inuadit. ¶ Obſuntq; auctoribus artes . Medicinæ inquit artes ſuis profeſſoribus. nocent. ¶ Peſte.n, medici quoq; corripiebantur. ¶ Leti:mortis. ¶ Finemq; uident in funere morbi:ordo eſt & ſenſus : finemq; morbi in funere & morte uidẽt

Indulgere aĩs

¶ Indulgent animis:hoc eſt faciunt quicquid ipſis libet. ¶ Quid utile:hoc uerbũ ſit. ſubintelligatur : ut ſit ſenſus : & nulla cura eſt quid ſit utile. ¶ Haurit: bibit. ¶ Et illas:etiam illas.cadauerib⁹ infectas in quibus multi moriebãtur. Tantaq; ſunt miſeris:adeo autem inquit inuiſos habẽt lectos , ut ex illis proſiliant. ¶ Aut ſi ꝓhibent hoc eſt ſi cui ſũt tam exiguæ uires,ut ſtare non poſſit,atq; e lecto deſilere,deuoluit ſe quoquo modo poteſt in humum.

funeſtũ

¶ Funeſta:peſtifera,mortifera. Funeſtum etiam dicitur funere inquinatum. ¶ In crimine: in culpa. ¶ Semianimes:ſemimortuos . ¶ Pendentis:impendentis,iminentis. ¶ Hic,illic:paſſim & ubiq;. ¶ Exhalantes:expirantes. ¶ Quid animi: qualis animus. ¶ Vt uitam odiſſem: qualem animum habere debuerit Aeacus ipſe exponit. Talem inquit animum debui habere: ut uitam odiſſem, ac mortuus eſſe cuperẽ ¶ Flexerat: conuerterat ¶ Putrida poma : nimis matura & corrupta. ¶ Contra : e regione. ¶ Sublimia:alta. ¶ Irrita thura:uana,nihilq; cõferentia. ¶ Nõ exoratis: Diis ſubaudiatur. ¶ Admoti templis:adducti in templa. ¶ Dum uota ſacerdos Concipit:dum ſacerdos precatur Deos.

putridũ

¶ Purum uinum:merũ ſine aqua : mero nãq; in ſacrificiis quemadmodũ & nos priſci utebantur. ¶ Haud expectato uulnere:nõ expectato ictu. ¶ Fibra quoq; ægra : uitiata . Fibras autem uictimarum haruſpices inſpiciebant, quo prædicere futura poſſent. ¶ Notas ueri:ſigna quibus uerũ cognoſcitur. ¶ Monitus admonitiones Deorum. ¶ Triſtes morbi ab effectu,q; triſtitiam pariant morbi, triſtes uocantur. ¶ Ad uiſcera: ad inteſtina corrumpenda.

Poſtis

¶ Ante ſacros poſtes:ante ſacras templorum ianuas.

Viſcera torrentur primo,flammiſq; fatiſcunt,
Indicium rubor eſt:& ductus anhelitus igni.
Aſpera lingua tumet:tepidiſq; arentia uentis
Ora patent:auræq; graues captantur hiatu.
Non ſtratum,non ulla pati uelamina poſſunt,
Dura ſed in terra ponunt præcordia:nec fit
Corpus humo gelidum,ſed humus de corpore feruet
Nec moderator adeſt,inq; ipſos ſæua medentes
Erumpit clades,obſuntq; auctoribus artes.
Quo proprior quiſq; eſt,ſeruitq; fidelius ægro:
In partem leti citius uenit:atq; ſalutis
Spes abit:finemq; uident in funere morbi.
Indulgent animis & nulla quid utile cura eſt.
Vtile enim nihil eſt,paſſim:poſitoq; pudore
Fontibus,& fluuiis,puteiſq; capacibus hærent,
Nec ſitis eſt extincta prius:q̃ uita,bibendo:
Inde graues morbo nequeunt conſurgere:& ipſis
Immoriuntur aquis:aliquis tamen haurit & illas
Tantaq; ſunt miſeris inuiſi tædia lecti.
Proſiliunt:aut ſi prohibent conſiſtere uires,
Corpora deuoluũt in humum fugiuntq; penates
Quiſq; ſuos.ſua cuiq; domus funeſta uidetur.
Et quia cauſa latet,locus eſt in crimine notus.
Semianimes errare uiis dum ſtare ualebant
Aſpiceres:flentes alios:terraq; iacentes:
Laſſaq; uerſantes ſupremo lumina motu.
Membraq; pendentis tenduñt ad ſydera cæli
Hic.illic:ubi mors deprenderat exhalantes.
Quid mihi tunc animi fuit?aut quid debuit eſſe?
Vt uitam odiſſem,cuperem pars eſſe meorum.
Quo ſe cunq; acies oculorum flexerat:illic
Vulgus erat ſtratum:ueluti cum putrida motis
Poma cadunt ramis:agitataq; ilice glandes:
Templa uides contra gradibus ſublimia longis.
Iuppiter illa tenet:quis non altaribus illis
Irrita thura dedit?quoties pro coniuge coniunx,
Pro nato genitor,dum uerba precantia dixit:
Non exoratis animam finiuit in aris?
Inq; manu thuris pars inconſumpta reperta eſt?
Admoti quoties templis,dum uota ſacerdos
Concipit & fundit purum inter cornua uinum:
Haud expectato ceciderunt uulnere tauri?
Ipſe ego ſacra Ioui pro me,patriaq;,tribuſq;
Cum facerem natis,mugitus uictima diros
Edidit:& ſubito collapſa ſine ictibus ullis
Exiguo tinxit ſubiectos ſanguine cultros.
Fibra quoq; ægra notas ueri,monituſq; Deorum
Perdiderat:triſtes penetrant de uiſcera morbi.
Ante ſacros uidi proiecta cadauera poſtes.
Ante ipſas:quo mors foret inuidioſior:aras,

Raph. ℭPars animam laqueo claudunt: pars inquit ſe ſuſpē dunt & ſtrangulant. Venientia fata: uenientem mortem. Ferūtur: efferunt nam extra urbem cadauera ſepeliebant. Nullis funeribus: nullis exequiarum honoribus. Nā funus eſt pompa exequarum, a funalibus dictū quæ cadaueri præferebantur. Noctu enī mortui efferebātur ad ſepulturam. Neq; enim capiebant funera portę: incredibile: n funerū multitudinem fuiſſe Aeacus oſtendit, cum per urbis portas efferri nō poſſent. Aut ĩhumata premūt terras: aut in ſepulta iacent in terra. Aut dantur in alto Indotata rogos: aut ĩquit ſine ullo ſepulturę honore in ignes mittuntur. Nam cadauera apud antiquos cū ſuis ornamentis comburebātur. In tumulos: ad ſepulchra facienda. In ignes. in rogos extruendos, per quę ſignificatur cadauerum maximā fuiſſe multitudinem. Tāto turbine: tanta perturbatione, & inuolutiōe rerū. Falſa: falſo: nomē enim ꝓ aduerbio eſt poſitum. Loquunt. ſ. homines. Iſſe ſub amplexus quondā Aſopidos aeginæ: concubuiſſe cū Aegina Aſopi filia. Hic autem uerſus aliud uitii cōtraxiſſe uidetur: quod quidē ſi opus poeta emēdaſſet, facile ſuſtuliſſet. Forſitan autem ſic eēt legendum. Iſſe ſub amplexus Aeginæ Aſopidos olim. Nam aſopus ſecundam producit. Sic autē uerſus mendis caret. In quodam tamē exemplari ſic ſcriptum legitur: Aeginæ amplexus quondā ſub aſopidos iſſe: quę lectio ſi tibi placet, accipe. Aſopidos Aeginę: Aſopi filiæ. Eſt enim Aſopus Bœotię fluuius in ſinum Corinthium labēs. Notam: ſignū. Fulgore: fulgoris ſplendore. Tonitru ſecundo: ꝓſpero. Quæ das: mihi pignoris omen, quæ mihi pro pignoris ſigno oſtendis. De ſemine Dodonęo: laus a loco. Dodona enī urbs eſt Moloſſidis in Epiro, iuxta quam fuit ſilua ioui dicata, in qua columbæ reſponſa dabant. Dicta eſt autem Dodona, uel a Dodona una ex Oceani nymphis, uel a Dodono iouis & Europę filio, uel a dodone fluuio: ut Stephanus ait. Vnde dodonius, dodonæuſq; deriuatur. Hinc eſt prouerbium: Aes Dodonęū in eos qui nimiū multa loquūtur. Frugilegas: fruges ac grana colligentes. Grande onus exiguo: antitheton eſt grande nanq; exiguo opponitur. Rugoſa cortice: aſpero. Inania mœnia: euacuata, hoibus uacua. Sine flamine: ſine uento. Stabāt: erectę erāt. Nox ſubit: ſubſequit. Exercita: defatigata. eſt autem ſententia generalis. Graniferum agmen: multitudinem formicarum grana ferentiū. Spargere in aruis ſubiectis: ſi eſſet ſoluta oratio. in arua ſubiecta diceretur. Recto trunco: corpore erecto & pectore. Mea uiſa: mea inſomnia. Speq;, fideq; maiora: hoc eſt maiora, ꝗ ut ſperanda. credendaq; ſint. Adeunt: accedunt ad me. Vota ioui ſoluo: gratias Ioui ago & ſacrifico. Partior: diuido, diſtribuo.

Funus

Formicę in homines

Aſopus

Dodōa

Frugilegus

Pars animam laqueo claudunt: mortiſq; timorem
Morte fugant: ultroq; uocant uenientia fata,
Corpora miſſa neci nullis de more feruntur
Funeribus (neq; enim capiebant funera portæ)
Aut inhumata premunt terras: aut dantur ĩ altos
Indotata rogos, & iam reuerentia nulla eſt:
Deq; rogis pugnant: alieniſq; ignibus ardent.
Qui lachryment deſunt: indefletæq; uagantur
Natorumq;, matrumq; animæ, iuuenūq;, ſenūq;:
Nec locus in tumulos, nec ſufficit arbor in ignes:
Attonitus tanto miſerarum turbine rerum
Iuppiter o dixi, ſi te non falſa loquuntur
Aeginæ amplexus quondam ſub Aſopidos iſſe,
Nec te magne pater noſtri pudet eſſe parentem,
Aut mihi redde meos, aut me quoq; conde ſepulchro.
Ille notam fulgore dedit, tonitruq; ſecundo.
Accipio: ſintq; iſta præcor felicia mentis
Signa tuæ: dixi, quæ das mihi pignoris omen:
Forte fuit iuxta patulis rariſſima ramis
Sacra Ioui quercus de ſemine Dodonæo:
Hic nos frugilegas aſpeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes
Rugoſoq; ſuum ſeruantes cortice callem:
Dum numerum miror, totidem pater optime dixi
Tu mihi da ciues: & inania mœnia ſupple:
Intremuit, ramiſq; ſonum ſine flamine motis
Alta dedit quercus: pauido mihi membra timore
Horruerant: ſtabantq; comæ: tamen oſcula terræ
Roboribuſq; dedi nec me ſperare fatebar:
Sperabam tamen, atq; animo mea uota fouebam:
Nox ſubit: & curis exercita corpora ſomnus
Occupat: ante oculos eadem mihi quercus adeſſe:
Et rami totidem, totidemq; animalia ramis
Ferre ſuis uiſa eſt: pariterq; tremiſcere motu:
Graniferumq; agmen ſubiectis ſpargere in aruis,
Creſcere (quod ſubito maius, maiuſq; uidetur)
Ac ſe tollere humo, rectoq; aſſiſtere trunco,
Et maciem, numerumq; pedum, nigrumq; colorem
Ponere: & humanam membris inducere formam.
Somnus abit, damno uigilans mea uiſa: querorq;:
In ſuperis opis eſſe nihil: at in ædibus ingens
Murmur erat, uoceſq; hominum exaudire uidebar
Iam mihi deſuetas. dum ſuſpicor has quoq; ſomni
Eſſe, uenit Telamon properus: foribuſq; recluſis
Speq;, fideq;: pater dixit maiora uidebis.
Egredere: egredior, qualeſq; in imagine ſomni
Viſus eram uidiſſe uiros, ex ordine tales
Aſpicio, noſcoq;: adeunt, regemq; ſalutant.
Vota Ioui ſoluo: populiſq; recentibus urbem
Partior: & uacuos priſcis cultoribus agros

ℭMyrmidonaſq;



Raph. ℭMyrmidonaſq; uoco: ἀπὸ τῶν μυρμήκων: hē a formicis qdē myrmidonas appellatos fuiſſe ait poeta, ut ꝗ fabulę aſtipulet. Strabo aūt ſcribit aeginēſes myrmidonas dictos, nō ut in fabulis canitur, ꝙ magna iualeſcente peſtilētia formicæ Aeaco precāte in hoīes uerſę fuerint, ſed quia formicarū more terrā fodiētes ad petras eam apportarent, ut agri colendi materiam haberent, ac foſſas incolerēt, ne lateritiam facere, atq; ædificare cogerentur. Fraudo: ꝓuo. Pares ānis: eadē nāq; nocte oēs nati eē uidebantur. Eurus. n. attulerat parenthe ſis eſt expoſitionem continens a poeta inſerta:

Vnde myrmidones

Fabulæ. xxyii. ſeptimi libri argumentum.

Lactā. ℭTalib⁹ &c. Cephalus de donis refert iuuicē aeaco de Procride coniuge: & cur aut unde telum gereret: cum in monte Hinicto atticę regionis uenaretur: ab aurora ob ſpeciem raptus eſt: quem ut comperit Dea Procridis prioris cōiugis ĩplicitū a ſe uelle diuerti: fecit, ut mutata ſpecie remiſſus cephalus athenas contenderet: ut eā pollicitis, muneribuſq; tentaret: an pudicitiā purā poſſit ſeruare. Plurimis itaq; rebus ad uſum fœminarū comparatis, quibus capi poſſet, fallacia mentē elicuit: qd ut illa comperit: a marito ſe eſſe deceptā: pudore exterrita ut conſpectū eius uitare poſſit, altis ſe recondit ſaltibus. Hic cū aſſidue Dianæ ſtudio feras pſequeret, & ambigua uox refrigerantis Cephali ad eā eſſet perlata: qui ex nimio æſtu auraſ ſępius inuocaret: non immemor priſtini amoris, dum uirgultis ſe recōdit: ut ſpecularet an eſſet aliqua aura nomine: cuius ille cupiditate impulſus a ſe alienaret: Cephalus ꝓcul ſpeculatus uehementius moueri uirgulta: dū ſ latere feram exiſtimat eo loco reconditā iaculo emiſſo coniugem imprudens interfecit. Fertur autem & telum cum cane ab eadem coniuge Procide Cephalo tributum: cuius uim ob iram auroræ ſimiliter ut feræ ab eo percuſſæ maximo cum luctu uiri experta eſt.

Myrmidonaſq; uoco, nec origine nomine fraudo,
Corpora uidiſti: mores, quos ante gerebant,
Nūc quoq; hēnt: parcū genus eſt, patienſq; laborꝫ,
Quæſitiq; tenax, & quod quæſita reſeruet.
Hi te ad bella pares annis, animiſq; ſequentur:
Cum primum: qui te feliciter attulit, Eurus
(Eurus enim attulerat) fuerit mutatus in Auſtros.
Talibus, atq; aliis longum ſermonibus illi
Impleuere diem lucis pars optima menſæ,
Eſt data. nox ſomnis iubar, aureus extulerat Sol.
Flabat adhuc Eurus, redituraq; uela tenebat.
Ad Cephalum Pallante ſati, cui grandior ætas,
Ad regem Cephalus, ſimul & Pallante creati
Conueniunt: ſed adhuc regē ſopor altus habebat,
Excipit Aeacides illos in limine Phocus.
Nam Telamon: fraterq;, uiros ad bella parabant.
Phocus in interius ſpatium, pulchroſq; receſſus
Cecropidos duxit: cū quis ſimul ipſe reſedit.
Aſpicit Aeliden, ignota ex arbore factum
Ferre manu iaculum: cuius fuit aurea cuſpis.
Pauca prius mediis ſermonibus ille locutus,
Sum nemorum ſtudioſus ait, cædiſq; ferinæ,
Qua tamen a ſilua teneas haſtile reciſum
Iamdudum dubito, certe ſi fraxinus eſſet:
Fulua colore foret. ſi cornus, nodus ineſſet.
Vnde ſit ignoro: ſed non formoſius iſto
Viderūt oculi telum iaculabile noſtri.
Excipit Actæis e fratribus alter: & uſum
Maiorem ſpecie mirabere, dixit, in iſto.
Conſequitur quodcunq; petit: fortunaq; miſſum
Non regit: & reuolat nullo referente cruentum.
Tum uero iuuenis Nereius omnia quærit.
Cur ſit, & unde datum, quis tanti muneris auctor.
Quæ petit ille refert: & cætera nota pudore,
Qua tulerit mercede, ſilet: tactuſq; dolore
Cōiugis amicæ lachrymis ita fatur obortis.
Hoc me nate Dea (quis poſſet credere) telum
Flere facit: facietq; diu, ſi uiuere nobis
Fata diu dederint: hoc me cum coniuge chara
Perdidit: hoc utinam caruiſſem munere ſemper
Procris erat, ſi forte magis peruenit ad aures

Raph. ℭMēſæ: cœnę, conuiuio. Iubar: ſplēdorē diei. Aureus Sol: pulcher, ac ſplēdidus. Cui grandior ætas: cū cur filii pallātis ad cephalū conuenerit. Ille. n. maior natu erat. Ad re. æacū. Fraterq;: peleus. Cū qs: quibuſcū. Aeolidē: cephalū aeoli nepotē. Cephal⁹. n. Deionei fili⁹ fuit (ut Pauſanias ait) Aeoli uero nepos. Nā Deione⁹, Salmōe⁹, & Crethe⁹ aeoli filii fuiſſe ſcribūt. Quare decipiunt: q putāt aliter ꝗ aeolidē eſſe legendum. Sū ne. ſtu. i. eſt uenationibus delector: & ferarū cæde. Silua: arbore: ōnes. n. ꝓ cōtēto poſitū eſt. Si cor. nodus ineēt: cornus enim nodoſa ē arbor. Vn ſit: ex ꝗ arbore ſit. Telū ia. ꝑiphraſis eſt iaculi. Actæis: athenienſibus. Spē: pulchritudīe. Vſū: utilitatē. Fortunaq; miſ. Nō regit: hoc eſt nulli ſubiicitur fortunæ. Fruſtra. n. nūꝗ mittit. Iuuenis Ner. Phocus nerei nepos: nā aeacus eū ex Pſamathe Nerei filia ſuſtulit. Quis auctor: qs fuerit dator tā magni muneris. Ille re. cephalus. Et cæ. no. pu. ordo eſt & ſenſus: & ſilet ac reticet Cephalus ob pudorē cætera ꝗ nota erant: q mercede illud iaculum ab uxore accepit. Neq;. n. refert cephalus ſe ob pulchritudinem ſuam ab uxore accepiſſe. Tulerit: accepit. Tactuſq; do. cōmot⁹. Nate dea: Phoc⁹ quē alloqtur cephalus: filius fuit aeaci ex pſamathe nympha. Quis poſ. cre. parēthesis ē: quā ſignat non eē credibile cephalū ob illud iaculū flere: qd tātæ ſit utilitatis. Procris er. Procris Erechthei athenienſiū regis filia fuit: q cum Cephalo nupſiſſet auroræ odio q cephalum in ſuos amplexus conuertere nequiuit: ſub forma alieni uiri muneribus a Cephalo ipſo tentata fidē marito datā fractura uidebat. Cū aūt ſe Cephalus idicaſſet: aufugiēs ſiluas petiit: ac dianæ comes effecta tandē a Cephalo placat: domūq; reuerſa marito & canē noīe Lælapa: & iaculū admirādę pulchritudinis, uirtutiſq; donauit. Cum autē cuiuſdā indicio cōperiſſet cephalū cū quadā nympha noīe aura cōgredi ſolitum clam eū in ſiluas ſecuta, ab inſcio marito eo telo: qd ab ipſa dono accepat ſuit iterfecta.

Cephalus

cornus

Phocus

Iaculū mirādū

Procris

Raph. orithyia

Magnę Orithyię: præclaræ, ut quæ ſua pulchritudine a Borea uento rapta fuiſſe fingitur. Orithyia uero concia in montibus interpretari poteſt. Nam ab hoc datiuo ορει & ϑυω quod eſt cādito, Orithyia componitur: o breui in ω longum mutato. Conferre: comparare. Dignior ipſa rapi: antepoſuit Cephalus Procrin Orithyię, quamuis ob pulchritudinem Orithyia a Borea uento rapta fuiſſe feratur. Ipſa: Procris. Sentit enim Cephalus Procrin fuiſſe Orithyia elegātiorem, atq; formoſiorem. Pater hanc mihi iunxit Erechtheus. Hanc mihi inquit Erechtheus pater uxorem dedit. Erechtheus autē (ut diximus) Athenarū rex fuit: unde athenienſes interdum Erechthidæ uocātur. Hanc mihi iunxit amor: repetitio eſt maxime affectui amantis conueniens. Non ita Diis uiſum eſt: non ita Diis placuit, ut eſſem fœlix. Poſt ſacra iugalia: poſt nuptias celebratas. Semper florentis Hymeti: Hymetus mons eſt atticæ regionis, thymo ſemper flores: ubi & mel optimum conficitur, & pulcherrimum marmor effoditur. Lutea au. rubicunda. Cephalus aūt tanta pulchritudine fuiſſe fertur, ut ab aurora fuerit raptus: atq; aſportatus ut ſcribit Pauſanias. Vnde inter alias fictiles ſtatuas, quę in regia athenis uiſebatur, Aurora quoq; erat Cephalum aſportans. Roſeo: pulchro. Spectabilis: digna quę ſpectetur. Quod teneat lucis: nam aurora media eſt inter diem & noctem. Sacra tori: lecti & nuptiarū. Prima fœdera: nā procri dederat fidē ſe cū alia muliere non coiturum. Deſerti lecti: derelictæ uxoris. Mota Dea eſt: cōmota & indignata. Si ſte: contine. Procri habe. Ironice eſt quādam indignatione legendum: ut illud Virgil. I ſequere Ita/

Hymet⁹

Cephali pulchritudo

Spectabilis

Orithyia tuas: magnæ ſoror Orithyiæ.
Si faciem, moreſq; uelis conferre duarum:
Dignior ipſa rapi. Pr hanc mihi iunxit Erechtheus,
Hanc mihi iunxit amor: fœlix dicebar: eramq;.
Non ita Diis uiſum eſt: aut nūc quoq; forſitā eſſem:
Alter agebatur poſt ſacra iugalia mēſis:
Cum me cornigeris tendentem retia ceruis
Vertice de ſummo ſemper florentis Hymetti
Lutea mane uidet pulſis aurora tenebris:
Inuitumq; rapit: liceat mihi uera referre
Pace Deæ: q ſit roſeo ſpectabilis ore:
Quod teneat lucis, teneat confinia noctis:
Nectareis q alatur aquis: ego Procrin amabam:
Pectore procris erat: procris mihi ſemper in ore.
Sacra tori, coituſq; nouos, thalamoſq; recentes,
Primaq; deſerti referebam fœdera lecti.
Mota Dea eſt: & ſiſte tuas ingrate querelas,
Procrin habe (dixit) q ſi mea prouida mens eſt:
Non habuiſſe uoles: meq; illi irata remiſit.
Dum redeo: mecumq; Deæ memorata retracto:
Eſſe metus cœpit: ne iura iugalia coniunx
Non bene ſeruaſſet, facies, ætaſq;, iubebant
Credere adulterium: prohibebant credere mores.
Sed tamen abfueram, ſed & hæc erat, unde redibā:
Criminis exemplū (ſed cuncta timemus amantes)
Quærere quod doleam ſtatuo: doniſq; pudicam
Sollicitare fidem: fauet huic aurora timori:
Immutatq; meam (uideor ſenſiſſe) figuram:
Palladiaſq; ineo non cognoſcendus athenas:
Ingredior q; domum: culpa domus ipſa carebat,
Caſtaq; ſigna dabat: dominoq; erat anxia rapto.
Vix aditus per mille dolos ad erechthida factus
Vt uidi: obſtupui: meditataq; pene reliqui
Tentamenta fidei: male me quin uera faterer
Continui: male quin, ut oportuit, oſcula ferrem.
Triſtis erat, ſed nulla tamen formoſior illa
Eſſe poteſt triſti, deſiderioq; calebat
Coniugis arrepti: tu collige qualis in illa
Phoce decor fuerit: quam ſic dolor ipſe decebat.
Quid referam? quoties tentamina noſtra pudici
Repulerint mores? quoties ego dixerim uni
Seruor: ubicunq; eſt: uni mea gaudia ſeruo.
Cui non iſta fides ſatis experientia ſano
Magna foret? non ſum contentus: & in meā pugno
Vulnera: dum cēſus dare me promitto loquendo,
Muneraq; augendo: tandem dubitare coegi.
Exclamo mala pectora detego: tectus adulter,
Verus eram cōiunx: me perfida teſte teneris:
Illa nihil: tacito tantummodo uicta pudore
Inſidioſa malo cum coniuge limina fugit,

Iam uentis. Ingrata: mihi in amore non reſpondes: ut q me a qua amaris, non redamas. Quod ſi mea prouida mens eſt: ſi inquit prouideo futura, cupies nunq habuiſſe Procrin. Mecū retracto: mecum cogito. Memorata Deæ: uerba & dicta auroræ. Eſſe metus cœpit: zelotypus auroræ ira Cephalus eſt effectus. Facies: ætaſq; iubebāt formoſa iquit facies: & iuuenilis ætas procris me inducebant: ut crederem ipſam adulterium commiſiſſe. Mores autē caſti me illud ſuſpicari non pmittebant. Vnde redibā: a q ueniebā. Criminis exēplum: adulterii. Aurora nanq; unde redibat exēplo erat: q facile mulieres in adulteriū cadāt. Sollicitare: tentare, infeſtare. In eo: intro. Fidei: antiquorum more ut Virgilius. Libra die: ſomniq; pares ubi fecerit horas. Male continui: uix me cōtinui non faterer me cephalum eſſe. Quin: ut non: interdum, cur non ſignificat. Vt oportuit: ut honeſtum & conueniens fuit. Calebat: ardebat: anxia erat. Deſiderio: abſentia. Coniugis arrepti: quem maritū putabat ab aurora fuiſſe raptum. Tu collige: cōſidera: contiocinare: id quod græci συλλογίζειν dicūt. Vnū ſoli cephalo. Cui ſano: ſapienti. Fides: pro fidei eſt enī genitiuus. Sic Virgilius. Libra die: ſomniq; pares ubi fecerit horas. In mea uulnera: in meos dolores. Cenſus: magna diuitias. Mala: o mala mulier. Pectora detego: me ipſum inquit indico. Tectus adulter: ſimulatus inquit eram adulter: ſed uerus maritus. Perfida: proprie: nam perfidi: qui fidem uiolant, dicuntur. Illa nihil: dixit uel reſpōdit: uel huiuſmodi uerbum eſt ſubaudiendum. Inſidioſa limina: in quibus ſibi ſtructæ inſidiæ fuerant.

Cephali aliā figurā

Collige

Perfid⁹

Offenſaq;





Raph. Offeſa Offeſio

Offenſaq; mei: q me offendiſſet. offenſa. n. actiue, offenſio paſſiue accipi ſolet. Peroſa: odio hñs. Operata: occupata, dedita. Violētior: g. amor uehementior. Reddit mihi: ad me redit. Sua Cynthia: ſua Diana. Muneris alterius: canis a procri uxore donati. Si aūt coniunctio eſt ſubaudienda, ut intelligatur, ſi requiris. Exponit aūt mutationē & fere Themidis indignatione in Thebanū agrum imiſſæ, & canis nomine Lælapis in ſaxa: Naz Thebani cum uidiſſent Naiadas: ac nymphas futura pdicere: Themidis Deæ obſcura dantis reſponſa templū deſecerunt. Illa uero indignata ferā miſit uulpem (ut græci narrāt) quę & pecora & agreſtes uexaret. Ad eā opprimēdā cū alia Græciæ iuuētute conuenit et Cephalus cū lælapa cane: qui cum in ferā ineuitabile iaculum foret coniecturus, utrunq; aſpexit in ſaxa cōmutatū. Accipe mirandum: audi rē admiratione dignā. Naiades: nymphæ. Carmina: uaticinia: pdictiões. Soluunt: exponunt. Præcipitata: delecta: cōtēpta. Ambagū: dictoꝝ ambiguoꝝ. Alma Themis: ſancta. Nā Themis (ut Pōpei⁹ ait) Dea fuit. q hominibus pcipiebat id petere: qd honeſtū & fas eſſet. Vn & pro eo qd nos fas dicimus: θέμις frequēter ponit a grecis. Inulta: ipunita. Aoniis Thebis: Bœotiis. Aonia. n. ps ē Bœotiæ: ſcite uero epitheto diſtinxit. Nam Thebæ multarū urbiū nomen eſt. ut diximus. Ceſſit & exitio multis: pnicioſa multis fuit. Pecorūq; ſuoq;. agricolæ: ingt, illi ferā & ſua & pecoꝝ morte pauerūt. multos. n. ex illi. deuorauit fera. Indagine: multitudine hoium ingrediē. Sic Virgilius: Saltuſq; idagine cīgūt. Indagare aūt: unde indagine declinamus. eſt diligēter iquirere. Summa lina: ſummos funes:

Vulpes & canis in ſaxa

Ambages

Themis

Aonia

Indago

Indagare

Offenſaq; mei genus omne peroſa uirorum
Montibus errabat ſtudiis operata Dianæ.
Tum mihi deſerto uiolentior ignis ad oſſa
Peruenit: orabam ueniam: & peccaſſe fatebar.
Et potuiſſe datis ſimili ſuccumbere culpæ
Me quoq; muneribus, ſi munera tanta darentur.
Hæc mihi confeſſo læſum prius ultra pudorem
Redditur: & dulces concorditer exigit annos.
Dat mihi præterea, tanq ſi parua dediſſet
Dona: canem munus: quem cum ſua traderet illi
Cynthia, currendo ſuperabit dixerat omnes:
Dat ſimul & iaculum: manibus quod cernis habere.
Muneris alterius quæ ſit fortuna requiris:
Accipe mirandum (nouitate mouebere facti.)
Carmina Naiades non intellecta priorum
Soluūt ingeniis: & præcipitata iacebat
Immemor ambagum uates obſcura ſuarū
Scilicet alma Themis: nec talia liquit inulta,
Protinus Aoniis immiſſa eſt bellua Thebis,
Ceſſit & exitio multis pecorum, ſuoq;
Ruricolæ pauere feram. uicina iuuentus
Venimus: & latos indagine cinximus agros,
Illa leui uelox ſuperabat retia ſaltu:
Summaq; tranſibat poſitarum lina plagarum.
Copula detrahitur canibus: quos illa ſequentes
Effugit, & cœtum non ſegnior alite ludit.
Poſcor & ipſe meum conſenſu Lælapa magno.
(Muneris hoc nomen) iamdudum uincula pugnat
Exuere ipſe ſibi: colloq; morantia tendit.
Vix bene miſſus erat, nec iam poteramus, ubi eſſet:
Scire: pedū calidus ueſtigia puluis habebat.
Ipſe oculis ereptus erat: non ocyor illo
Haſta: nec expulſæ contorto uerbere glandes,
Nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu:
Collis apex medii ſubiectis imminet aruis.
Tollor in hunc: capioq; noui ſpectacula curſus.
Quo modo deprendi: modo ſe ſubducere ab ipſo
Vulnere uiſa fera eſt: nec limite callida recto.
In ſpatiumq; fugit. ſed decipit ora ſequentis:
Et redit in gyrum: ne ſit ſuus impetus hoſti:
Imminet hic, ſequiturq; parem. ſimiliſq; tenenti
Non tenet: & uanos exercet in aere morſus.
Ad iaculi uertebar opem, quod dextera librat
Nunc mea. dum digitos amentis addere tento:
Lumina deflexi, reuocataq; rurſus eodem

metonymia eſt: ex lino enim funes cōficiuntur. Poſitarum plagarū: tētorum retium. Copula: uinculum quo canes colligantur. Et cœtū: canū multitudinē. Non ſegnior alite: uelox ut auis. Ludit: deludit: decipit. Innuit autem poeta uulpem illam ferā fuiſſe. Vulpes. n. circūcurrēdo maxime canes eludut. Lælapa: a uelocitate & impetu nomē hoc inditū fuit cani. λαῖλαψ. n. Turbo dr, qui uētus eſt maxime ipetuoſus. Pugnat exuere: conat detrahere. Morātia: remorātia: retinētia. Tendit: contendit. conatur. Vix bñ miſſus erat: quāta fuerit uelocitate canis ille: apte declarat Cephalus: quem uix dimiſſū nō poterāt uidere. Miſſus: dimiſſus. Veſtigia pedū: ſigna pedū. Habebat: tenebat. Expulſę glādes: emiſſę fūda glādes plūbeæ. Cōtorto uerbere: torta funda. Calami: ſagitta ex calamo cōfecta. Gortyniaco ab arcu: Cretēſi. Nā gortyn. q & Gortys dicit. urbs eſt Creta: a Gorty heroe dicta. Hæc & Lariſſa & Crennia fuit appellata. Apex: uertex. Tollor in hunc: in illū uertice aſcendo. Quo: curſu. Mōitis. Deprehendi: cōprehendi. Modo ſe ſubducere: interdū ſe ſubtrahere. Callida: aſtuta. Limite recto: itinere. In ſpatiū: ſpatiū ſubaudiat. Quo: in quo curſu. In gyrū: in orbem. Hoſti: cani Lælapi. Imminet: inſtat. Vanos morſus: aues: quia ferā comprehendere non poterat. Ad iaculi uerte. opē: uolebā igt mittere iaculum. Quod dextera librat: geſtum exprimit iaculū emittere uolentis. Amētis addere: imponere. Amēta autem ſunt lora: quibus iacula facilius: longi uſq; emittunt. Lumina deflexi: oculos remouia cane & fera. Eodē: ad eundem locum.

Copul la

Lælaps

gortyn

Amētū

Raph. ¶Mirum: res miranda. Est autem interiectio affectui us: incõſideratus. ¶ Index: delator; Nam indices pro

Fera & canis in ſaxa

ſeruiẽs. ¶ Duo marmora: duo marmorea ſigna. Sic quidẽ Ouidi⁹, alii aũt ſcribũt Cephali canem in cęlũ fuiſſe ſublatum, ſydusq; effectũ quem græci Sirium: latini Caniculã uocant. ¶ Affuit: auxilio fuit. ¶ Hactenus: locutus ẽ Cephalus: ſubaudiaſ. ¶ Iaculo quod crimẽ ſiti ipſo eſt? q̃ inquit in iaculo eſt culpa? Memor. n. Phocus eoꝝ q̃ Cephalus dixerat, merito ipm rogat: cuius mali cauſa fuerit iaculũ illud, quo ſe Cephalus cũ coniuge perditum fuiſſe aiebat. ¶ Reddidit. rñdendo expoſuit ¶ Gaudia principiũ: carmẽ eſt antitheſis exornatũ. Nã gaudiũ dolori opponiſ. ¶ Referã. narrabo. ¶ Iuuat o meminiſſe beati Tẽporis Aeacide: ſnia eſt, catholica & generalis. ¶ Rite felix: pfecte felix. ¶ Amor ſocialis: ab effectu quod ſocios reddat. ¶ Thalamos iouis nuptias iouis. ¶ Venus ipſa: q̃ eſt pulchritudinis Dea & uenuſtatis. Aequales flãmę: par amor ¶ Sole fere radiis: matutino, inquit, tẽpore in ſiluas ad uenãdũ ire ſolebam. Eſt. n. matutini tpis piphraſis. ¶ Cacumina: montium ſũmitates. ¶ Iuueniliter: iuuenum more. ¶ Naribus acres: odori. ¶ Lina nodoſa: retia. ¶ Aura le. ſuauis: iucũda. Eſt autẽ pulchra anadiploſis cũ petitione. qua ſignificat Cephalus aurã illã ſibi gratiſſimã fuiſſe. ¶ Releuare ęſtus: leues facere ſolis feruores. ¶ Et tu mihi magna uolu. hę ſunt blãditiæ: qbus utebatur Cephalus ad aurã. ¶ Loca ſola: deſerta ¶ Vocibus ãbiguis: uerbis dubiis: quę tũ ad auram. tũ ad amicam poterant referri. ¶ Extemplo: ſubito. ¶ Criminis ficti: falſi. ¶ Temerari

Sirius Canicula

Venus

Aura

Rettuleram: & medio (mirum) duo marmora campo
Aſpicio: fugere hoc: illud latrare putares.
Scilicet inuictos ambo certamine curſus
Eſſe Deus uoluit, ſi quis Deus affuit illis.
Hactenus: & tacuit. Iaculo quod crimen in ipſo eſt?
Phocus ait: iaculi ſic crimina reddidit ille.
Gaudia principium noſtri ſunt Phoce doloris.
Illa prius referam (iuuat o meminiſſe beati
Temporis Aeacide) quo primos rite per annos
Coniuge eram felix, felix erat illa marito.
Mutua cura duos, & amor ſocialis habebat.
Nec Iouis illa meo thalamos præferret amori:
Nec me quæ caperet. non ſi Venus ipſa ueniret:
Vlla erat: æquales urebant pectora flammæ.
Sole fere radiis feriente cacumina primis
Venatum in ſiluas iuueniliter ire ſolebam:
Nec mecum famuli, nec equi, nec naribus acres
Ire canes, nec lina ſequi nodoſa ſolebant.
Tutus eram iaculo: ſed cum ſatiata ferinæ
Dextera cædis erat: repetebam frigus: & umbras,
Et quæ de gelidis exibat uallibus auram.
Aura petebatur medio mihi lenis in æſtu.
Auram expectabam: requies erat illa labori,
Aura (recordor enim) uenias cantare ſolebã:
Meq; iuues: intresq; ſinus gratiſſima noſtros.
Vtq; facis: releuare uelis, quibus urimur æſtus.
Forſitan addideram (ſic me mea fata trahebant)
Blanditias plures: & tu mihi magna uoluptas,
Dicere ſum ſolitus: tu me reficiſq; fouesq;
Tu facis ut ſiluas, ut amem loca: meq;
Spiritus iſte tuus ſemper capiatur ab ore.
Vocibus ambiguis deceptam præbuit aurem
Neſcio quis: nomenq; auræ tam ſæpe uocatum
Eſſe putat nymphæ: nympham mihi credit amari.
Criminis extemplo ficti temerarius index
Procrin adit: linguaq; refert audita ſuſurra.
Credula res amor eſt (ſubito collapſa dolore,
Vt mihi narratur) cecidit: longoq; refecta
Tempore, ſe miſeram ſe fati dixit iniqui:
Deq; fide queſta eſt: & crimine cõcita uano:
Quod nihil eſt; metuit. metuit ſine corpore nomen.
Et dolet infelix uelutí de pellice uera.
Sæpe tamen dubitat: metuitq; miſerrima falli,
Indicioq; fidem negat: & niſi uiderit ipſa.
Damnatura ſui non eſt delicti mariti.
Poſtera depulerant Auroræ lumina noctem,
Egredior; ſiluaſq; peto: uictorq; per herbas
Aura ueni dixi: noſtroq; medere labori.
Et ſubito gemitus inter mea uerba uidebar

Index

pric criminũ dicũtur delatores. ¶ Ligua refert: narrat: exponit. Eſt aũt Pleonaſmos: lingua. n. redundat. ¶ Suſurra: murmura & uoces: qui b⁹ aurã uocabat. ¶ Credula res amor eſt: cauſa ẽ cur Procris ſubito collapſa ceciderit. Amãtes nanq; facile oĩa dicunt. qui facile & nimium credũt. ¶ Refectã: recreata. ¶ Fati iniqui: infelicis ſortis. ¶ Deq; fide queſta eſt: lamentata eſt an quit. q̃ illi fidem datã fregiſſem. ¶ Cõcita: cõmota. ¶ Sine corpore: aura nãq; corpore carere uulgo uidetur. ¶ Metuit falli: timet ne decipiatur ab indice. ¶ Indicioq; fidem negat: fidẽ inquit delatori & indicio nõ adhibet. ¶ Siluaſq; peto: in ſiluas uado. ¶ Victor: uoti compos, multas nanq; cõfecerat feras. ¶ Medere: ſuccurre.

Suſurri

Credulus

¶ Neſcio





Raph. ¶ Neſcio quos gemitus: quædã ſuſpitia. ¶ Inter mea uerba: inter loquendum. ¶ Fronde caduca: q̃ ab arbore ceciderat. ¶ Telũ uolatile: iaculũ uelox. ¶ Tenẽs: habens. ¶ Semianimem: ſemimortuam, ¶ Me miſerũ interpoſitio affectui & dolori ſeruiẽs. Flens enim hæc narrabat Cephalus. ¶ Trahentẽ: extrahere conãtẽ. ¶ Vlnis mollibus: brachiis tenellis. ¶ Sua dona: iaculum, quod mihi dono dederat. ¶ Inhibere: cohibere. ¶ Iam moribunda: moriens. ¶ Coegit hæc ſe pauca loqui: hoc eſt uim ſibi fecit, ut hæc pauca loqueretur. Significat autẽ Cephalus illã ſic uiribus fuiſſe defectam, ut ſine maxima difficultate loqui non poſſet. ¶ Meoſq;: inferos Deos intelligit Procris: qui morientum Dii eſſe perhibentur. ¶ Per ſi quid merui de te bene. Id ſubaudiatur, ut per id oro intelligamus, ſi quid gratum tibi feci. ſignificat autem Procris ſe marito in omnibus morem geſſiſſe. Sic Dido apud Virgiliũ. Si bene quid de te merui. ¶ Perq; manentem amorem: permanentem: perſeuerãtem. ¶ Cauſam mortis: ἐξήγησις & expoſitio ¶ Incumbere noſtris thalamis: noſtros thalamos occupare, auram autem nympham eſſe putabat Procris. ¶ Senſi: cognoui. ¶ Labitur: moritur. ¶ Exhalat: expirat. ¶ In noſtro ore: archaiſmos eſt & figura loquendi uetuſta. Nunc enim, in ſoluta præſertim oratione, diceretur in noſtrum os. ¶ Secura: pellicis cura liberata, iã enim ex Cephalo cognouerat aurã nõ eſſe nymphã: ut ipſa putabat. ſed lenem uentoꝝ flatũ. ¶ Vultu meliore: lætiore. ¶ Flẽtibus: Phoco & filiis Pallãtis. ¶ Duplici cũ prole: cũ duobus filiis Telamone & Peleo, q mihi tum delectũ habuerant. ¶ Nouoq; milite: cum nouis militibus. Eſt enim ſynegdoche: nõ ſolum poetis, ſed hyſtoricis quoq; familiaris.

Nilus

Archaiſmos

Neſcio quos audiſſe. ueni tamen optima dicens,
Fronde leuem rurſus ſtrepitum faciente caduca
Sum ratus eſſe feram: telumq; uolatile miſi,
Procris erat, medioq; tenens in pectore uulnus
Hei mihi conclamat: uox eſt ubi cognita fidæ
Cõiugis: ad uocem præceps. amenſq; cucurri,
Semianimem: & ſparſas fœdãtem ſanguine ueſtes.
Et ſua (me miſerum) de uulnere dona trahentem
Inuenio: corpuſq; meo mihi charius ulnis
Mollibus attollo: ſciſſaq; a pectore ueſte
Vulnera ſæua ligo: conorq; inhibere cruorem:
Neu me morte ſua ſceleratam deſerat. oro.
Viribus illa carens, & iam moribunda coegit
Hæc ſe pauca loqui per noſtri fœdera lecti:
Perq; Deos ſupplex oro, ſuperoſq;, meoſq;,
Per ſi quid merui de te bene, perq; manentem
Nunc quoq; cũ pereo, cauſam mihi mortis, amorẽ,
Ne thalamis Auram pariare incumbere noſtris.
Dixit, & errorem tum deniq; nominis eſſe
Et ſenſi, & docui: ſed quid docuiſſe iuuabat?
Labitur, & parũæ fugiũt cum ſanguine uires.
Dũq; aliquid ſpectare poteſt, me ſpectat: & in me
Infelicem animam: noſtroq; exhalat in ore.
Sed uultu meliore mori ſecura uidetur:
Flẽtibus hæc lachrymãs heros memorabat: & ecce
Aeacus ingreditur duplici cum prole: nouoq;
Milite. quem Cephalus cũ fortibus accipit armis.

Publii Ouidii Naſonis Metamorphoſeos
Liber ſeptimus explicit.

Fabulę primę octaui libri argumentum.

¶ Iam nitiduz &c. Minos iouis & Europæ filius cũ propter filium Androgeon interemptum ab atheníenſibus pœnas repeteret, Megaram in qua urbe Niſus regnabat continue cum athenienſibus acceſſit: qua expugnata animo conceperat occiſis præſidiis hoſtium uictoriam cõſecuturũ. Inter quæ Scylla Niſi filia ſæpe numerũ aſcendi delectandi gratia propter lapidem uocalẽ, qui Apollinis citharæ poſitus ſonum adiecerat, ut animaduertit Minoem aſſidentem ubi cultu regali, belliciſq; rebus intereſſe, pulchritudine eius exarſit & cum potiendi nullam uiam inueniret: ut uictorẽ hoſtem faceret glorioſum, crinem purpureum abſcidit genitori dormiẽti: quo fata patriæ continebãtur. Quem cum reſeratis portis accepto hoſte ad Minoem pertuliſſet, ille impium facinus aduerſatus nouiſſime eam nauigio recipere noluit: patre iam in auem transfigurato: quã Græci Alieton dicunt: & perſequente filiam: illa quoq; in uolucrem cirinẽ transfigurata eſt.

Lacta.

RAPHAELIS Regii in octauum Metamorphoſeos Ouidii Librum enarrationes.




Raph. Iam nitidum retegēte diē. Reditū Cephali cū auxiliis ab æaco acceptiſ poeta deſcribēs cōcine octauū cū ſeptio libro cōnectit. Regente aūt fere legitſed corrupte:ut mihi qdē uī. Naʒ retegēte ut legat & ſenſus expoſcit & metri rō & celeritas:qua cephalū cū militibus ab æaco traditis athenas rediiſſe poeta oſtēdit. Solēt. n. poetę rerū naturę, q̄s deſcribūt:ita cōpoſitionē accōmodare, ut ſiqd celeriter factū uelit, pedibus utātur plures ſyllabas breues hn̄tib⁹ & cōtra. Retegente igit legaī, ut itelligam⁹ aperiēte & oſtēdente. Nā retegere ē oſtēdere atq; aperire:ut diximus. Noctiſq; fugāte:utrūq; ab altero pēdet. Cū.n.retegit dies, nox fugaī:& ōtra.

Retegere

Lucifer Lucifero:lucifer autē ſtella ē Veneris quoq; errātiū iſima, terræq; pxima:ut ſcri. Cic. i lib. de nat. deo. q̄ φωσφόρος græce uocaī. Cadit Eu. flare deſinit. Placidi au. lenes: nō uehemētes. Auſter aūt uētus eſt nubiloſus. Curſū: celerē nauigationē. Ante expectatū: anteq̄ expectarenī. Portus petitos: Athenienſes port⁹: quo puenire cupiebāt. Interea Mi. cū Megara minos oppugnaret, Scylla niſi regis filia minois ipſi⁹ amore capta: eī pr̄iā pdere decreuit. Pr̄i igiī dormiēti purpureū capillū: i quo pr̄is ſalus ōtinebaī: recidit: quē ad Minoē ptuliſſet, ouī eius repulſa: atq; ōtēpta i auē Cirin fuit ōuerſa: cū iā pr̄ Niſus in Halyetū auium fuiſſet cōmutatus. Lelegia littora: megarētia: a Lelege Neptuni filio (ut diximus) ōdita: a quo megarēſes leleges fuerūt appellati: qui primū iſulares fuerūt: deīde in cōtinētē migrarūt: Careſq; appellati fuerūt: ut Herod. narrat. Sul Mauortis: ſui belli. Alcathoe: urbs eſt quæ eadem

Auſte

Scylla
Niſus
Leleges

Cares

eſſe cum Megaris uidetur. ab alcathoo pelopis filio qui Megareo in regno ſucceſſit: ē cognominata. Altera quoq; ex Megarēſiū arcibus alcathoe uocaī: utpote ab alcathoo ædificata: cuius cū iaceret fundamenta: diis qui ueſtibulares dicuntur: primus oīum ſacrificaſſe fertur. Quā Niſus hēt: poſſidet. Niſus. n. ex q̄tuor pandionis athenaʒ regis filius unus fuit: cui (ut Strabo narrat) in regni diuiſione a Pādione facta Megara obtigerūt. Niſus ēt Megarenſium eſt mōs à Niſo rege ibi ſepulto cognominat⁹. Oſtro: purpura. Magni fiducia regni: quādiu enim crinē illū haberet: priuari non poterat regno. Sexta reſurgebant: ſexto mēſe poſt cœptā obſidionem megara pdita fuiſſe ait. Pendēbat: ſuſpēſa erat. Inter utrūq;: minoē & Niſum. Dubiis pen. dubio euētu. Incert⁹ nāq; ſemp ē belli euētus: alatā aūt uictoriaʒ effingit poeta: q̄ mō huc mō illuc uolare uideī. Regia turris erat: turriʒ deſcribit: cuius muri tunc uocales fuerunt effecti: q̄ ibi Apollo operā ad murum edificādū alcathoo pſtiturus auratā depoſuit lyrā: nā lyrę ſonus i parietes trāſiuit. Siq̄s nāq; calculo feriat haud aliter inſonat (ut Pauſanias ſcri.) q̄ cithara pulſata. Vocalib⁹: reſonātib⁹: uocē reddētib⁹. Proles Latonia: apollo. Petere: pcutere. Mora bel. diuturnitate belli. Proceꝶ: ducū. Cydōeas: cretēſes. Cydōia. n. urbs ē Cretę: q̄ pri⁹ apollonia fuit uocata: a Cydone apollinis: & acalidis filiæ Minois filio cognominata. Ducis Euro. minois Iouis & Europę filii. Nā ex europa iuppiter tres liberos ſuſcepit: ut ſcribit Dio. Minoa: Rhadamātum: Sarpedonē. Plus ēt q̄ noſſe ſat eſt: nam eū etiam amabat.

alcatoe

Niſus

Victoria alata

Muri uocales

cydōia

Tres iouis ex europa fil

Pub. Oui. Naſonis Metamorpho. Liber octauus.

Iam nitidum retegente diē. noctiſq; fugante
Tēpora. Lucifero cadit eurus:& hūida ſurgūt
Nubila, dāt placidi curſum redeūtibus auſtri
Acacidis: Cephaloq;, q̄ ibus feliciter acti
Ante expectatum, petitos tenuere portos.
Interea. Minos. Lelegia littora uaſtat.
Præ tentatq; ſui uires Mauortis in urbe
Alcathoe, quam Niſus habet: cui ſplēdidus oſtro
Inter honoratos medio de uertice canos
Crinis inhærebat magni fiducia regni.
Sexta reſurgebant orientis cornua Lunæ.
Et pendebat adhuc belli fortuna: diuq;
Inter utrunq; uólat dubiis uictoria pennis.
Regia turris erat uocalibus addita muris,
In quibus auratam proles Latonia fertur
Depoſuiſſe lyram: ſaxo ſonus eius inhæſit:
Sæpe illuc ſolita eſt aſcendere filia Niſi:
Et petere exiguo reſonantia ſaxa lapillo:
Tunc cum pax eſſet: bello quoq; ſæpe ſolebat
Spectare ex illa rigidi certamina Martis.
Iamq; mora belli procerum quoq; nomina norat:
Armaq;, equoſq;, habituſq;, Cydoneaſq; pharetras.
Nouerat ante alios faciem ducis Europæi.
Plus etiam q̄ noſſe ſat eſt: hac iudice Minos

Abdiderat

---



Raph. Abdiderat: occultauerat, texerat. Criſtata caſſi. galea criſtis ornata eſt eni nomen participio ſimile. Torſerat: iaculatus fuerat. Nam torquere eſt cum impetu iacere: unde ēt tormēta dicta ſunt inſtrumēta bellica, q̄bus lapides iaciunī. Adductis lacertis retroductis: morem autēʒ exprimit iaculātiū: qui brachia reducere ſolent. Sinuauerat: curuauerat: contraxerat. Dēpto ære: depoſita galea. Purpureus: purpuratus. Stratis pictis: epiphiis uariorum colorum. Terga premebat equi: equitabat. Elegāter autē uirginis amore captæ mores: uerbaq; effingit poeta. Vix ſua: hoc eſt uix in ſua erat poteſtate. Liceat modo: modo. poſſit. Ferre uirgineos grad⁹. i. ire. Gnoſſia caſtra: Cretenſi. Gnoſſus. n. urbs eſt Cretæ. Reducere: apire. Aeratas portas: ære & ferro munitas, & tectas. Vel ſiqd Minos: ſignificat Scylla Minoi in omnibus quæcunq; ipſe uellet, morē fuiſſe geſturā. Dictæi regis: cretenſis. Nam Dicte mons eſt Cretę: unde Dictæus declinaī. Læter ait, doleā ne: cōgitatiōes Scyllæ, minois amore captæ: tam apertę a poeta deſcribuntur, ut nullam fere exigāt enarrationeʒ. In dubio eſt: mihi ſubaudiaī. Dubitat. n. Scylla, utrū poti⁹ lætari bello aduerſus patreʒ ſumpto, an dolere debeat. Sed niſi bella forēt: colligit ſibi potius lętandum eſſe bello, q̄ dolendum Scylla: niſi enim bellū fuiſſet: nunq̄ minoem cognouiſſet. Me obſide accepta: obſides dicunī, qui in fœderibus imperio alterius ea conditione traduntur, ut ſi dator obſidis a fide recedat. recipientis ſit ius in corpus & uitam illius, qui obſes traditus eſt. Si quę te peperit: Europa. Merito Deus arſit in illa: hoc eſt merito Iuppiter illaʒ amauit. Ter felix: perfecte beata. Ter uarius enim numerus eſt perfectus. Faſſaq; meas: ordo eſt & ſenſus: Et ego confeſſa me filiā eē Niſi regis: & amores meos, rogareʒ ipſum qua dote uellet emi & eſſe meus. Se autē omnia minoi tradituram Scylla ait: præterq̄ patris regnum. Tantum patrias ne poſceret arces: tantum: iquit: rogarem ne patris regnum dotem poſtulare. De proditione auteʒ iā incipit cogitare Scylla. Sperata cubilia: ſperati concubitus: qui in lectis & cubilibus fiunt. Quam ſim proditione potens: q̄ ſim uoti compos prodendo patrē. Quātis ſæpe utile uinci: labaſcit Scylla: ac de prodendo hoſtibus patre ratiocinatur. Pro nato: pro filio Androgeo. Et cauſaq; ualet: iuſtiorē cauſam fouet. Vt puto uicemur: colligit Scylla ex iuſta cauſa & minois potentia patrem oīno uictuʒ iri: eoq; ſatius eſſe: ut ſine cæde & ſanguine Minoi urbem tradat. Suus mauors: ſua potentia: & uis bellica. Referet: apiat. Melius ſine cæde: iā utilitatem minois: & ſalutem procurat Scylla paternæ pietatis oblita. Impenſa ſui cruoris: effuſione ſui ſanguinis. Immitem haſtam: hypallage eſt: nā ille immitis intelligiī. Cœpta placent: cōſilia. ſubaudiaī. Stat ſententia: placet: firmaq; ac cōſtans eſt ſententia. Dotalem patriā: in dotem patriam prodere: ut me accipiat: ſecumq; auehat. Aditus: portarū igreſſus. Cuſtodia cuſtodum turba. Clauſtra por. claues portarum urbis. Mea uota: meam cupiditatem. Moratur: remoratur. Sibi quiſq; profecto. Eſt Deus. Adeo impia eſt Sylla. & amore cæca. ut deos eſſe neget: Vnumquemq; autem ſibi Deum eſſe: ac idcirco nullo deorum opus eſſe auxilio. cū unuſquiſq; id a ſeipſo petere poſſit. Ignauis pcibus: ignauorum: q funt puſillanimes:

Torq̄re
Tormēta

Gnoſſ⁹

Dicte

obſides

Ternarius numerus

Referre

Stare

Cuſtodia

Ignau⁹

Seu caput abdiderat criſtata caſſide pennis:
In galea formoſus erat: ſeu ſumpſerat ære
Fulgentem clypeum: clypeum ſumpſiſſe decebat.
Torſerat adductis haſtilia lenta lacertis,
Laudabat uirgo iunctām cū uiribus artem,
Impoſitis calamis patulos ſinuauerat arcus:
Sic phœbum ſumptis iurabat ſtare ſagittis,
Cum uero faciem dempto nudauerat ære.
Purpureuſq; albi ſtratis inſignia pictis.
Terga premebat equi. ſpumantiaq; ora regebat:
Vix ſua; uix ſanæ uirgo Niſeia compos
Mentis erat felix: iaculum quod tangeret ille:
Quæq; manu premeret: felicia frena uocabat:
Impetus eſt illi (liceat modo) ferre per agmen
Virgineos hoſtile gradus: eſt impetus illi
Turribus e ſummis in Gnoſſia mittere corpus
Caſtra: uel æratas hoſti recludere portas:
Vel ſi quid Minos aliud, uelit, utq; ſedebat
Candida Dictæi ſpectās tentoria regis
Læter ait: doleamne geri lachrymabile bellum.
In dubio eſt: doleo q; Minos hoſtis amāti eſt.
Sed niſi bella forent nunq̄ mihi cognitus eſſet,
Me tamen accepta poterat deponere bellum
Obſide: me comitem, me pacis pignus haberet.
Si quæ te peperit: talis, pulcherrime regum,
Qualis es ipſe, fuit, merito Deus arſit in illa
O ego ter felix, ſi pennis lapſa per auras
Gnoſſiaci poſſem caſtris inſiſtere regis:
Faſſaq; me: flammaſq; meas, qua dote, rogarem,
Vellet emi. tantum patrias ne poſceret arces.
Nam pereant potius ſperata cubilia: q̄ ſim
Proditione potēs. q̄uis ſæpe utile uinci
Victoris placidi fecit clementia multis.
Iuſta gerit certe pro nato bella perempto:
Et cauſaq; ualet, cauſamq; tuentibus armis:
Vt puto uincemur: qui ſi manet exitus urbē:
Cur ſuus hæc illi reſeret mea mœnia Mauors?
Et nō noſter amor? melius ſine cæde, moraq;.
Impenſaq; ſui poterit ſuperare cruoris,
Nam metuo certe ne quis tua pectora Minos
Vulneret imprudens: quis enim tam durus: ut ī te
Dirrigere immitem non inſcius audeat haſtam?
Cœpta placent: & ſtat ſententia tradere mecum
Dotalem patriam: finemq; imponere bello.
Verum uelle parum eſt. aditus cuſtodia ſeruat:
Clauſtraq; portarum genitor tenet: hunc ego ſolū
Infelix timeo: ſolus mea uota moratur.
Dii facerent ſine patre forem. ſibi quiſq; profecto
Eſt Deus. ignauis precibus fortuna repugnat.

Raph.

¶ Succenſa: inflammata. ¶ Tāto Cupidine: tam magno amore. ¶ Perdere: e medio tollere. ¶ Et cur ulla foret: eſſe debeat. Seipſam aūt reprehendit Scyllā q̄ aliqua ſe audacior inueniatur. ¶ Nec in hoc tamen ignibus ullis: a facili argumentat̄ Scylla. ¶ Heu facinus: exclamatio cuiuſdam poetę dolere in Scyllæ impietatē, quę ſuſtinuerit patrē illo crine fraudare. in quo regni fatum continebatur. ¶ Fatali crinæ: in quo urbis fata continebatur. ¶ Spolium ſceleris: crinem purpureū, quo ſceleratē nimium patrem ſpoliarat. ¶ Progreſſa: egreſſa. ¶ Meriti: beneficii: quo minoē proſequebatur: eſt autem parentheſis acclamatione admirationis plenam continens. ¶ Pauentem: nouitate rei ſtupeſcentem. ¶ Suaſit amor facinus: remotione criminis in ſe excuſanda utitur Scylla, nā i amorē crimē refert. ¶ Scylla Niſi: filia ſubaudiat̄. Præceptū eſt.n. ut genitiui nominibus propriis hominū iuncti ad patres: maritoſue referantur: ut apud Virgilium: Hectoris Andromache: & hoc loco Scylla Niſi. Illic.n. uxor: hic filia intelligit̄. ¶ Patriū caput: paternā uitam: ab illo nāq; crine fata Niſi pendebant. ¶ Minos porre. refugit: minos tanta fuiſſe iuſtitia apud ſuperos fertur: ut apud inferos iudex fuerit conſtitutus. Pulchre igitur decorum ſeruat poeta: quo ubiq; minoē iuſtum eſſe oſtēdit. ¶ Imagine: cogitatiōe. ¶ Noui facti: inuſitati ſceleris. ¶ Dii te ſubmoueant: pœnā & ſupplicium quo olim patricidæ afficiebātur. Scyllę minos imprecatur. In corio nāq; inſuebātur cū Simia: Gallo: & Serpente: ac in mare fluuiūue proiiciebātur. Ne aut cælum aſpicere: aut in terra. aquaue geſcere poſſent. ut ad legē Pompeiā ſcribūt iuriſcōſulti. ¶ Summoueant: repellant. ¶ Incunabula iouis: ubi nutritus: educatuſq; fuit Iupiter. Incunabula nanq; dicuntur lectuli, in quibus infantes geſcunt.

Altera jam dudum ſuccenſa Cupidine tanto
Perdere gauderet: quodcunq; obſtaret amori.
Et cur ulla foret me fortior? ire per ignes
Et gladios auſim: nec in hoc tamen ignibus ullis:
Aut gladiis opus eſt: opus eſt mihi crine paterno.
Ille mihi eſt auro pretioſior: illa beatam
Purpura me uotiq; mei factura potentem.
Talia dicenti curarum maxima nutrix
Nox interuenit: tenebriſq; audacia creuit.
Prima quies aderat, qua curis feſſa diurnis
Pectora ſomnus hēt: thalamos taciturna paternos
Intrat: & (heu facinus) fatali nata parentem
Crine ſuum ſpoliat: prædaq; potita nefanda
Fert ſecum ſpolium ſceleris: progreſſaq; porta
Per medios hoſtes (meriti fiducia tanta eſt)
Peruenit ad regem: quem ſic affata pauentem eſt.
Suaſit amor facinus proles ego regia Niſi
Scylla tibi trado patriamq;, meoſq; penates
Præmia nulla peto: niſi te: cape pignus amoris
Purpureum crinem. nec me nunc tradere crinem:
Sed patrium tibi crede caput: ſceleratąq; dextra
Munera porrexit. Minos porrecta refugit:
Turbatuſq; noui reſpondit imagine facti.
Dii te ſummoueant (o noſtri infamia ſecli)
Orbe ſuo: telluſq; tibi, pōtuſq; negetur.
Certe non ego patiar Iouis incunabula Creten,
Qui meus eſt orbis: tantum contingere monſtrum.
Dixit &, ut leges captis iuſtiſſimus auctor
Hoſtibus impoſuit: claſſis retinacula ſolui
Juſſit: & æratas impleri remige puppes.
Scylla freto poſtq̄ deductas nare carinas,
Nec præſtare ducē ſceleris ſibi præmia uidit:
Conſumptis precibus uiolentam tranſit in iram
Intenderiſq; manus paſſis furibunda capillis:
Quo fugis (exclamat) meritorum auctore relicta?
O patriæ prælate meæ: prælate parenti:
Quo fugis immitis? cuius uictoria noſtrum
Et ſcelus, & meritū eſt: nec te data munera, nec te
Noſter amor mouit: nec q; ſpes omnis in unum
Te mea congeſta eſt: nā quo deſerta reuertar?
In patriam? ſuperata iacet: ſed finge manere:
Proditione mea clauſa eſt mihi. patris ad ora?
Quæ tibi donaui? ciues odere merentem.
Finitimi exemplum metuunt: obſtruximus orbē
Terrarum nobis: ut Crete ſola pateret.
Hanc quoq; ſi prohibes: & nos ingrate relinquis:
Non genitrix Europa tibi eſt; ſed inhoſpita Syrtis;
Armeniæ tigres, Auſtroq; agitata Charybdis.
Nec Ioue tu natus, nec mater imagine tauri
Luſa tua eſt, generis falſa eſt ea fabula: Verum

Crete. ¶ Crete: Crete inſula eſt maxima altero latere ad auſtrū: altero ad ſeptētrionem uerſa inter ortum: occaſumq; porrigitur: centū olim urbibus clara: unde Heccatonpolis a grecis fuit appellata. Virgil. Creta Iouis magni medio iacet inſula pōto. Mons idæus ubi & gētis cunabula noſtrę. Centum urbes habitant magnas ubertima regna. Dicta eſt autem Creta: uel a Crete icuis & ideæ nymphæ filio: uel a Crete una Heſperidū. Nō ſolum aūt creta: ſed aliis quoq; nominibus fuit appellata. Nā & Aeria & Idaea & Chthonia & curetis & macaria, hoc eſt felix perhibetur cognominata. ¶ Qui meus eſt orbis: tā ampla eſt Crete inſula: ut merito orbis poſſit appellari. ¶ Tātū monſtrum: quę contra naturam fiunt monſtra uocātur. Patrem aūt pdi a filia: maxime cōtra naturā eſſe uidet̄. ¶ Claſſis retinacula: quę orę dicūtur. ¶ Paſſis capillis: ſparſis: diſſolutis. ¶ Et ſcelus: qa pdidit patrem. ¶ Et meritu;: qa uictorem effecit minoem. ¶ Cōgeſta: collata. ¶ Nā quo deſerta reuertar: elegās figura q̄ & rogat: & ſibi ipſa rūdet Scylla. Colligit aūt nihil ſibi loci eē relictum: quo reuerti poſſit. ¶ Deſerta: abs te derelicta. ¶ Pris ad ora: Quæ tibi donaui: reuertar ne, inquit ſcylla i cōſpectū pris cui uitā & fortunā tibi donō dedi? ¶ Finitimi exemplum metuūt: uicini ingt timēt: ne mei exemplo filiæ ſuę parētes prodāt. ¶ Obſtrexim⁹: clauſimus. ¶ Vt crete ſola pateret: ut i Cretē ſolam uenire poſſem. ¶ Sed inhoſpita Syrtis: inhoſpitalis. Eſt autem tropus metonymia. Cōtinēs enim pro contento poſitū eſt. Accolę nanq; ſyrtiū feri ſunt & peregrinis infeſtiſſimi. ¶ Auſtro: uero. ſpecie.n. p genere poſuit. ¶ Agitata: uexata.

Accolæ Syrtiū





Raph.

Paſiphae Minotaurus

¶ Exige pœnas: ſume pœnas. ¶ Inſeq̄ris: pſequeris. ¶ Officium: beneficiū: ¶ Te uero cōiuge digna eſt: paſiphæ Minois uxor tauri amore capta opera dędali in lignea uacca incluſa cum eo coire ſuſtinuit, ex quo cōcubitu Minotaurus eſt natus, qui partim Minoem: partim taurum repreſentabat. ¶ Toruum taurum: terribilem aſpectu. Ligno: lignea uaccæ forma. ¶ Diſcordē fœtū: differentē partū. Nam uir & taurus uidebat̄ Minotaur⁹. ¶ Ecquid ad aures? an ne inquit mea uerba audis? dubitat.n. Scylla an uerba ſua ad aures minois perueniāt. Ecqd aūt particula ē īterrogatiua affectui & indignationi ſeruiēs. ¶ Iā iā Paſiphaē: anadiploſis & cōduplicatio indignanti maxime cōueniēs. ¶ Properare iuuat: me ingt delectat feſtinare. In uolucrē nāq; cōuertebat̄. ¶ Diuulſa: diſcuſſa, pcuſſa. ¶ Mea ter. recedit: recedere uī nauibus abeūtibus: hoc autē ex opinione uulgari ē dictū. ¶ Inſilit undis: i undas ſalit & aquas. ¶ Comes inuidioſa: in Minoē maximā cōcitās iuidiā. ¶ Halyetus: ſpēs ē aquilę clariſſima oculoꝝ acie halyętus. ut Pli. ſcribit librās ex alto ſeſe, uiſoq; piſce in mari pceps i eū ruēs, & diſcuſſis pectorē aquis rapiens. ¶ Ciris. ἀπὸ τοῦ κείρειν: hoc ē a tōdēdo fuit appellata. Quę āt de Niſo & urbis captiuitate a poeta memorant̄. Megarēſes (ut Pauſanias ſcr.) uera fuiſſe negāt. Nolūt.n. iis aſſentiri, q urbē ſuā niſo regnāte captā fuiſſe aiunt. Sed Megareū niſi generū in regnū ſucceſſiſſe: et deinceps alcathoū megarei filiū aſſerūt. Vī qdē alcathous eo tpe ex Elide ueniſſe ingt: quo Niſus mortuus eſt Megarē ſiū rebus afflictis: cuius rei argentum eſt qd ſtatim murū ędificauit, q uetus iam dirutus eſſet a Cretenſibus.

Ecquid

Halyætus Niſus

Cirus

Et feris: & captus nullius amore iuuencæ.
Qui te progenuit. taurus fuit: exige pœnas
Niſe pater: gaude malis modo prodita noſtris
Mœnia. nam fateor merui: & ſum digna perire.
Sed tamen ex illis aliquis, quos impia læſi.
Me perimat: cur qui uiciſti crimine noſtro:
Inſequeris crimen? ſcelus hoc patriæq;, patriq;.
Officium tibi ſit: te uero coniuge digna eſt,
Quæ toruum ligno decepit adultera taurum;
Diſcordemq; utero fœtum tulit. ecquid ad aures
Perueniunt mea dicta tuas? an inania uenti
Verba ferunt, idem tuas ingrate carinas?
Iam iam Paſiphaen, non eſt mirabile taurum
Præpoſuiſſe tibi. plus tu feritatis habebas.
Me miſeram: properare iuuat: diuulſaq; remis
Vnda ſonat: mecumq; ſimul mea terra recedit.
Nil agris o fruſtra meritorum oblite meorum:
Inſequar inuitum: puppimq; amplexa recuruam
Per freta longa trahar: uix dixerat inſilit undis:
Conſequiturq; ratis faciente Cupidine uires:
Gnoſſiacæ hæret comes inuidioſa carinæ,
Quam pater ut uidit (nam iam pendebat in auras;
Et modo factus auis fuluis Halyætus in alis)
Ibat: ut hærentem roſtro laceraret adunco.
Illa metu puppim dimiſit, & aura cadentem
Suſtinuiſſe leuis, ne tangeret æquora, uiſa eſt.
Pluma fuit, plumis in auem mutata uocatur
Ciris: & a tōſo eſt hoc nomen adepta capillo.

byrinthum a dędalo factū mitterentur: qui minotauro obiicerētur: quē Paſiphę Solis filia minois uxor eiuſdē dędali fabri ope iuncta tauro enixa fuerāt. Terno ſtipēdio Theſeus aegæi & aethræ filius in inſulā Cretā deuect⁹. Ariadnę minois & Paſiphaes filię: q̄ pulchritudine eius exarſerat amore piculū capitis effugit. Digrediēs itaq; athenas cū uirgine adducta ut diā inſulā cōtigit: Liberū patrē habuit i malis deſertā. n. a Theſeo ſibi copulauit deus memoria ut amoris exiſteret: corōa i noie ei⁹ inter ſydera ē. ¶ Vota ioui minos: Neſcripturus quēadmodū ariadnę corona in ſyd⁹ fuit cōuerſa: breuiter cū memorat ea: quę de minotauri cęde ferunt. minos enim uictor hoc tributo athenienſes preſſit ut nono quoq; āno quatuordecim nobiliū liberi. hoc eſt ſeptē pueri, ac totidē uirgines ſorte ducti mitterent in Cretam minotauro obiiciēdi. Theſeus igitur aegei regis filius: cū ſors ad eū peruenifſet: ſiue (ut Iſocrates i Helenes laudatione teſtat) cū tm̄ dedecus: tantamq; ſuoꝝ calamitatē ferre nō poſſet, ſpōte in Cretā profectus, ariadnæ minois regis filiæ amore ſuo captæ auxilio ſeruat⁹ ē. Nā quo modo & minotaurum īterficeret mōſtrauit: & filo ad ianuam fixo e Labyrintho a dædalo extructo egrederet̄, oſtēdit. Qua re occiſo miotauro ariadnen, una cū Phędra ſorore abducēs in diā inſulā primū enauigauit, Vbi ab ingrato ariadna relicta, cū ſe deſertam quæreretur, opemq; Deorū inuocaret, Libero prīita placuit: ut & eam ſibi deſponſarit: & ut ęterna illius amoris memoria eſſet, eius coronā in cælū miſerit: cuius gemmę in ſtellas cōuerſę ſydus coronæ ſimile effecerunt. ¶ Tauroꝝ centū: heccatōben ſignificat: qd erat centū boum ſacrificium. ¶ Curetida terram: Cretenſem. Nam Curetes antiquiſſimi Cræte populi fuerunt unde Curetis Creta fuit cognominata.

Raph.

Labyrinthus




Vota Ioui Minos taurorum ſanguine centum
Contigit. & ſpolis decorata eſt regia fixis.
Soluit. ut egreſſus ratibus Curetida terram

Fabulæ ſecundæ libri octaui argumentum.

¶ Vota Ioui Mi. &c. Minos uictor cum athenienſibus ſtipēdiū impoſuiſſet: ut nobiliū liberi quotannis ad La

Curetes

Creuerat opprobrium generis, fœdumq; patebat
Matris adulterium monſtri nouitate biformis.
Deſtinat hunc Minos thalami remouere pudorem
Multiplicíq; domo cæcis includere tectis.
Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis
Ponit opus, turbatq; notas, & limita flexu,
Ducit in errorem uariarum ambage uiarum.
Nec ſecus ac liquidis Phrygius Meandros in undis
Ludit, & ambiguo lapſu refluitq;, fluitq;
Occurrenſq; ſibi uenturas aſpicit undas:
Et nunc ad fontes: nunc ad mare uerſus apertum
Incertas exercet aquas: ita Dædalus implet
Innumeras errore uias: uixq; ipſe reuerti
Ad limen potuit, tanta eſt fallacia tecti.
Quo poſtq̃ geminam tauri, iuueniſq; figuram
Clauſit: & Actæo bis paſtum ſanguine monſtrum
Tertia ſors annis domuit repetita nouenis:
Vtq; ope uirginea nullis iterata priorum
Ianua difficilis filo eſt inuenta relicto:
Protinus Aegides rapta Minoide, Diam
Vela dedit: comitemq; ſuam crudelis in illo
Littore deſtituit: deſertæ: & multa querenti,
Amplexuſq;: & opem Liber tulit: utq; perhenni
Sydere clara foret: ſumptam de fronte coronam
Immiſit cælo: tuens uolat illa per auras.
Dumq; uolant gemmæ nitidos uertūtur in ignes,
Conſiſtuntq; loco ſpecie remanente coronæ:
Qui medius, nixiq; genu eſt: angueimq; tenentis.

Raph. Paſiphæ

¶ Opprobrium: dedecus, Minotaurus. Nam Paſiphæ Crete & Solis filia ac Minois uxor: Veneris ipulſu in tauri amorē incidit: cui cū Dædali opa ſe expoſuiſſet: Minotaurū peperit: q partim Minoi: partim tauro ſimilis erat. Qua ex re facile Paſiphaes matris adulterium fuit deprehēſum. Vt aūt ſcribit Dio. ferūt Minoem ſingulis quibuſq; annis ſolitum fuiſſe taurū oium ſpecioſiſſimum Neptuno ſacrificare. Cum autē ei foret taurus forma pręſtantiſſimus alium, multo inferiorem ſacrificauit: quare iratus Minoi Neptunus Paſiphæ uxori illius tauri amorem iniecit. Palæphatus uero ſcribit Paſiphaen cum Minos teſticulorum morbo laboraret, formoſiſſimi iuuenis noīe tauri amore captam fuiſſe, ex eoq; puerum ſuſcepiſſe: Qui tandem cum ferociſſimus euaſiſſet, a Theſeo fuerit interfectus. ¶ Cæcis: occultis.

dędalus

¶ Dędalus ingenio: Dędalus (ut narrat Diodo.) genere Athenienſis ex iis un⁹, qui Erechthidæ uocantur, adeo pręclarus fuit architectus, ut & opera quędam miranda effecerit, & ſtatuas quæ aſpicere, ambulareq;, & ſpirare uidebātur effinxerit. Adeo nanq; cōpoſitio mēbrorum apta erat, & ſuis partibus perfecta, ut omnes in admirationem alliceret. ¶ Ponit: extruit: ędificat. ¶ Notas: ſigna, quibus loca facile diſcernuntur.

Mæandros

¶ Meandros: fluuius eſt Phrygiæ Mæandros, qui ſępenumero in ſe redire uidet̄. illi ſimilē aūt Labyrinthū fuiſſe. ¶ Ad mare uerſus apertum: interdum inquit ad fontem uerſus redire: interdū ad mare ſpatioſum uerſus fluere uīr Mæandrus. Verſus autem, q̄uis participium pleriſq; uideat̄: hoc loco tamen prępoſitio eſt: quę eleganter cū ad & in prępoſitionibus cōnectit̄ ut Ad foꝝ uerſus mihi ire in animo eſt. ¶ Actęo ſanguine: athenienſi. ¶ Tertia ſors: ſorte. n. ducebant̄, qui mittēdi erāt. Tūc aūt Theſeus fuit eductus. ¶ Annis nouenis: poſt nouem annos. ¶ Vtq; ope uirginea: poſteaq̄ inquit auxilio uirginis Ariadnes e Labyrintho Theſeus eſt egreſſus nauē cōſcēdit. ¶ Nullis ite. prio. ad quā nemo eoꝝ: q prius miſſi fuerāt ab Athenienſibus in Cretā unq̄ redire potuit. ¶ Rapta Mi. Ariadna Minois filia abducta.

Dia

¶ Diā: iſula eſt dia una ex cycladib⁹, haud lōge diſtās a Creta Ariadnę & Bacchi amoribus clariſſima: quā & naxon: & Strōgylen: & Dionyſiada a uineaꝝ fertilitate: & Siciliā minorē, & Callipolin appellatā fuiſſe Pli. ſcribit. Multæ quoq; urbs diæ fuerūt uocitatę. Eſt. n. dia urbs Theſſalię ab aeaco ędificata: eſt Thracię altera iuxta Athon mōtē: tertia ē Eubœæ: quarta eſt inſula cū urbe Polopōneſo adiacēs: quinta eſt Luſitanię: ſexta Italię iuxta Alpes: ſeptīa Scythiæ: octaua Carię: nona Bithinię iuxta Pontū. ¶ Diā: uerſus. ſiue ad ꝓpoſitiones, ſiue potius utræq; ſubintelligant̄. ¶ Deſtituit: dereliqt. ¶ Sumptā de fronte co. illa corona dr̄ a Vulcano facta ex auro: & indicis gēmis per q̄s Theſeus exiſtimat̄ de tenebris Labyrinthi ad luce ueniſſe, qd̄ aurum & gēmę in obſcuro fulgorē luminis efficiebāt. Hāc aūt coronā (ut ait Hyginus) quo tempore Bacchus ad Minoa uenit: ariadnę muneri dedit: qua delectata ſtupri cōditionē non recuſauit. Sed alię quoq; ſunt priſcoꝝ de hac corōa opiniones. ¶ In ni. ignes: in ſtellas ſplendētes. ¶ Specie co. figura. nam illud ſydus qd̄ eſt iter ευγονασι & Ophiuchon ob ſimilitudinem corona uocatur. ¶ Qui me. ni. ge. coronæ ſydus medium eſſe ait: & eius qui ευγονασι a grecis uocat̄ hoc eſt in genibus: & eius: qui uocat̄ Ophiucos: ideſt anguem tenens.

Nixus genu

¶ Nixiq; genu: de hoc uariæ fuit antiquorum opiniones: nā Eratoſthenes illū Herculē eſſe ait paratum ad decertandum: ſiniſtra manu pellem leonis: dextra clauem tenentem.

Ariadnæ corona in ſydus

Conatur nāq; interficere draconem Heſperidū cuſtodem. qui nunq̄ oculos operuiſſe ſomno coactus exiſtimatur: quo magis cuſtos eſſe demōſtret̄. Hoꝝ igit̄ pugnā iuppiter admiratus inter aſtra conſtituit. Habet enī draco caput erectum: Hercules aūt dextro genu nixus: ſiniſtro pede plato, capitis eius dexterā partē opprimere conat̄: dextera manu ſublata ut feriens: ſiniſtra uero proiecta cū pelle leonis, ut is q̄ maxīe dimicās appareat. Qui plura de hoc uidere cupit Hyginū legat uarias opiniōes referentē.

Ophiuchus

¶ Angueq; tenentis: Ophiuchi eſt interp̄tatio: qui angui tenēs a noſtris uocat̄: tenens manibus anguē mediū corp⁹ eius implicantē. Hūc alii Phorbāta Triopę filiū: alii Aeſculapiū: alii Glaucū Minois filiū: q Aeſculapii opa dicit̄ reuixiſſe: eſſe aiūt. Anguem uero hac de cā tenere dr̄: q cū Glaucū ſanare cogeret̄: concluſus quodā loco ſecreto: baculū tenens manus: cū qd ageret cogitaret: dicit̄ anguis ad bacillū ei⁹ arrepſiſſe: quē Aeſculapius mente cōmotus interfecit bacillo fugientē ſæpius feriens. Poſtea fert̄ alter anguis eodē ueniſſe ore ferens herbā. & in caput eius impoſuiſſe: quo facto illico fugiſſe: quare aeſculapiū uſum eadem herba Glaucum ad uitā reuocaſſe. Itaq; anguis. & in aeſculapii tutela. & in aſtris dicit̄ collocatus: qua cōſuetudine ducti reliqui medici anguibus utuntur.

Fabulæ



Dædalus interea Creten, longumq; peroſus
Exilium, tactuſq; loci natalis amore,
Clauſus erat pelago: terras licet, inquit, & undas
Obſtruat: at cælum certe patet, ibimus illac.
Omnia poſſideat. non poſſidet aera Minos:
Dixit: & ignotas animum dimittit in artes:
Naturamq; nouat; nam ponit in ordine pennas
A minima cœptas longam breuiore ſequente:
Vt cliuo creuiſſe putes. ſi ruſtica quondam
Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit auenis.
Tum lino medias: & cæris alligat imas,
Atq; ita compoſitas paruo curuamine flectit:
Vt ueras emitetur aues. puer Icarus una
Stabat: & ignarus ſua ſe tractare pericla
Ore renidenti modo, quas uaga mouerat aura:
Captabat plumas: flauam modo pollice cæram
Mollibat: luſuq; ſuo mirabile patris
Impediebat opus: poſtq̃ manus ultima cœpto
Impoſita eſt: geminas opifex librauit in alas
Ipſe ſuum corpus: motaq; pependit in aura.
Inſtruit & natum: medioq; ut limite curras
Icare ait: moneo: ne ſi demiſſior ibis:
Vnda grauet pennas: ſi celſior: ignis adurat.
Inter utrunq; uola, nec te ſpectare Booten:
Aut Helicen iubeo: ſtrictumq; Orionis enſem.
Me duce carpe uiam: pariter præcepta uolandi
Tradit, & ignotas humeris accommodat alas.
Inter opus, monituſq; genæ maduere ſeniles:
Et patriæ tremuere manus: dedit oſcula nato
Non iterum repetenda ſuo: penniſq; leuatus
Ante uolat: comitiq; timet: uelut ales, ab alto
Quæ teneram prolem pruduxit in aera nido.
Hortaturq; ſequi: damnoſaſq; erudit artes:
Et mouet ipſe ſuas: & nati reſpicit alas.
Hos aliquis tremula dum captat arundine piſces,
Aut paſtor baculo, ſtiuæq; innixus arator
Vidit: & obſtupuit: quiq; æthera carpere poſſent:
Credidit eſſe Deos: & iam Iunonia læua
Parte Samos fuerat: Deloſq;, Paroſq; relictæ.

Fabulæ tertiæ octaui libri argumentum.

Lactā.

¶ Dędalus interea Creten &c. dędalus Eupalmi fili⁹ ſupradictus cū pp cōmiſſa Minoem a quo clauſus tenebat fugere uellet: pēnas ſibi & filio icaro aptauit: qbus ut uolucres ꝓfugerent regis imperiū. Quoꝝ icarus: qa pręceptis parētis obtēperare nequit: in inſulā maris decidit, quæ eius nomine icaria dicta eſt. Dędalus aūt in Siciliā ad Cocalū regē. ſ. pulto filio ꝓfugit, cuius caſum perdix Calai filius athenienſis p gaudio tulit. Nā dū is cum a matre ꝓpter cognationē datus eſſet in diſciplinā: qa primus ſerrę inuētor fuerat: ob inuidiā ingenii ex muro a dędalo præcipitatus eſt: cui i malis minerua decidēti opem tulit: abte enim q̄ terram cōtingeret ab ea in uolucrē eſt uerſus: quæ a nomine eius Perdix uocatur.

Raph. Talus puer in perdicē

¶ Dędalus interea: Tali pueri athenienſis tranſmutationem in perdicē. aūt poeta narratur⁹: quę de uolatu Dędali: atq; icari feruntur, pręmittit. Nam dędalus athenienſis Eupalmi fili⁹ cū Talū ſororis filiū optimę indolis iuuenem per inuidiam: qd & ſerram, & circinum inueniſſet, interemiſſe diceretur: iudicii euentum timens in Cretam aufugit. Eius uero opera & Paſiphae in lignea uacca incluſa cum tauro coiuit: & Ariadna Theſeum ſeruauit. Quę cum Minos reſciuiſſet, illum in labyrinthum una cum icaro filio coniecit.

Dędali uolatus

Dædalus uero ingenio pollēs pēnas ad ſe uarii generis afferri curauit, ex qbus & ſibi & filio alas cōfecit: itaq; aptauit, ut auium more e creta euolarent. Ac dędal⁹ quidē quo uoluit: incolumis peruenit. Icar⁹ uero patris mandatoꝝ neglector: cum altius q̄ pater euolare gauderet, reſolutis calore pēnis in mare cecidit: quod ab eo icarium ex ſententia Ouidii fuit cognominatum.

Icari caſus

Cum uero dedalus filium ſepeliret: forte Perdix noua tunc auis ipſum inſpiciens mœrentem ualde eſt gauiſa. Cum enim eēt iuuenis ingenioſiſſimus: iamq; ſerrā: circinumq; inueniſſet a dędalo inuidia moto ex Palladis arce deiectus auxilio ipſius Palladis in auem ſui nominis fuit cōmutatus. ¶ Loci natalis: patrię in qua nat⁹ erat. ¶ Obſtruat claudat. ¶ At cælum certe patet: tamen aer apertus eſt. Cælum enim frequenter p aere ponitur.

Cęlum

¶ Omnia poſſideat: Licet cōiunctio ſubauditur. ¶ Naturamq; nouat: rem nouam in natura excogitat. Nam homo qui natura uolare non pōt, ingenio dædali aptus ad uolatū effect⁹ eē uīr. ¶ Vt cliuo creuiſſe putes: ut poſſis eas putare cliuo aliquo creuiſſe p ipſaꝝ inęqualitatē. ¶ Tum lino medias: deinde inquit mediā pēnarū partē filiis, īfimā uero cęris alligauit Dædalus. ¶ Paruo curuamine flectit: paꝝ īflectit: ut uerę auiū alę eſſe uiderent̄. ¶ Ore renidēti: hylari & lęto ridenti.

Molire

¶ Mollibat: mollē faciebat. ¶ Poſtq̄ manus ultima cœpto impoſita eſt, poſteaq̄ alę cōpletę fuerunt. Nā impōnere manū ultimā operi, eſt opus ipſum finire.

Impōnere ultimam manū

¶ Opifex: artifex dedalus. ¶ Librauit: ſuſpēdit. ¶ In aura mota: in aere alis agitato. ¶ Inſtruit & natū alis ſubaudiat̄: hoc eſt apponit et filio alas. ¶ Demiſſior: inferior. ¶ Grauet: graues reddat madefaciēdo.

Grauare

¶ Inter utrūq; & ſummū & īfimū locū: hoc eſt per medium. ¶ Nec te ſpectare Booten: icarū admouet dędalus ut ſequat̄. Neq;. n. opus eſſe ut uolatū ſuū dirigat ad ſyderū rōnē quę nautę maxīe obſeruāt.

Bootes

Bootes aūt ſydus ē: qui & arctophilax dicit̄: q agitare plauſtrū uidet̄: unde & a bobus nomē accepit. Septētriones āt ſignificat: quod nautę potiſſimū reſpiciūt. ¶ Aut He. Helice uero maior eſt urſa: ſic dicta ab Helice urbe arcadię: in q̄ Caliſto nata eſſe fert̄.

Helice

Dicta eſt aūt Helice (ut Stephanus ait) uel ab Helica lycaonis filio: uel ab Helice iouis uxore: Selinūtis autem filia. ¶ Strictumq; Orionis enſem: Oriō

Orion

ἀπὸ τοῦ οὔρου: hoc eſt ab urina fuit cognominatus: qd & Iouis & Mercurii urina fingatur natus: ut in quinto Faſtorum copioſe narrat Ouidius. Is uenator tantis uiribus fuit: ut ferę ſe ceſſurum iactaret. Quę terra permota Scorpionem maximum emiſit: qui illum interficere conaretur. Iuppiter autē utriuſq; animum admiratus & Scorpium ſponte: & pcibus Dianę Orionem in ſydera ſuſtuliſſe narrat̄. Referuntur tamen & alię de

Orione opiniones & ab Hygino: Sydus uero orionis ita figurat, ut enſem nudum in manu tenere uideatur. ¶ Damnoſas artes: pernitioſas, quod exitu probatū ē. ¶ Tremula arūdine: haſta ab arundine tremula depēdente. ¶ Stiuaq;: uel ſtiuæq;: enim copulatiua cōiunctio pro uel diſiūctiua poſita eſt. Stiua autem manubrium eſt aratri quo regitur. Virgil.: Stiuaq; innixus aratro. ¶ Iunoia Samos: Iunoni dicata, nam ibi iuno & nata & educata & ioui uxor tradita dicitur. Eſt autē inſula Cariæ adiacens, quæ prius tum parthenia, tum Dryuſa, tum Anemuſa, tum Melaphilos fuit appellata eſt et alia Samos, quæ & Samothracia dicit quod thraciæ adiaceat unde Virgil.: Threiciamq; Samo quæ nunc Samothracia fertur. Delos quoq; & paros inſulæ ſunt Aegei ut iam ſæpius diximus. ¶ Dextra Lebyn. erat: lebyntos inſula eſt una ex Cycladibus. ¶ Calydne: Calydne quoq; inſula eſt Cycladū una mellis ferax. ¶ Mollit: molles reddit, & liquefacit. ¶ Odoratas ceras: odorem tientes. ¶ Cerulea aqua: nigro mari. Nam in mare icarus cecidit. ¶ Quæ nomen traxit ab illo: Nam mare icarium ab icaro fuit appellatum, ut ſentit Ouidius, ut uero alii ab Icaro iſula fuit cognominatum. ¶ At pater infelix, nec iam pater: pater quia generat: non pater quia filius iam erat mortuus. ¶ Deuouit: deteſtatus eſt. ¶ Et tellus a nomine dicta ſepulti: Icaros enim inſula ab icaro dedali filio illic ſepulto dicta fuiſſe uidetur. ¶ Hunc miſeri tumulo: tali pueri Metamorphoſin in auem deſcribere incipit poeta. nam Talus (ut & Diodorus & Pauſanias ſcribunt) dædali

Stiua. Icari caſus. Samos. Raph. lebintos. Calydne. Perdix in auem. Icarium mare. Icaros inſula. Talus in auem.

Dextra Lebyntos erat: fœcundaq; melle Calydne:
Cum puer audaci cœpit gaudere uolatu:
Deſeruitq; ducem: cæliq; cupidine tactus
Altius egit iter: rapidi uicinia Solis
Mollit odoratas pennarum uincula ceras.
Tabuerant ceræ: nudos quatit ille lacertos.
Remigioq; carens non ullas percipit auras.
Oraq; cærulea patrium clamantia nomen,
Excipiuntur aqua: quæ nomen traxit ab illo.
At pater infelix nec iam pater, Icare (dixit)
Icare (dixit) ubi es? qua te regione requiram?
Icare dicebat: pennas aſpexit in undis:
Deuouitq; ſuas artes: corpuſq; ſepulchro
Condidit: & tellus a nomine dicta ſepulti.
Hunc miſeri tumulo ponentem corpora nati
Garrula ramoſa proſpexit ab ilice Perdix:
Et plauſit pennis: teſtataq; gaudia cantu eſt,
Vnica tunc uolucris: nec uiſa prioribus annis,
Factaq; nuper auis, longum tibi Dædale crimen.
Nanq; huc tradiderat fatorum ignara docendam
Progeniem germana ſuam: natalibus actis
Bis puerum ſenis, animi ad præcepta capacis.
Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas
Traxit in exemplum, ferroq; incidit acuto
Perpetuos dentes: & Serræ reperit uſum.
Primus & ex uno duo ferrea brachia nodo
Iunxit: ut æquali ſpatio diſtantibus illis
Altera pars ſtaret: pars altera duceret orbem.
Dædalus inuidit: ſacraq; ex arce Mineruæ
Præcipitem miſit: lapſum mentitus: at illum
Quæ fauet ingeniis: excepit Pallas: auemq;
Reddidit: & medio uelauit in aere pennis.
Sed uigor ingenii quondam uelocis, in alas,
Inq; pedes abiit: nomen, quod & ante, remanſit.
Non tamen hæc alte uolucris ſua corpora tollit:
Nec facit in ramis, altoq; cacumine nidos.
Præter humum uolitat, ponitq; in ſepibus oua:
Antiquiq; memor metuit ſublimia caſus.




ſororis filius: cum & rectam figuli: & ſerram ſerream, & circinum inueniſſet a dædalo inuidia motus fuit interfectus. Quare dædalus ab Areopagitis damnatus in Cretam ad Minoem aufugit. ¶ Ponentem tumulo: tumulantem & ſepelientē. ¶ Et plauſit pennis: & alas concuſſit. ¶ Vnica: ſola. unicus enim ſecundo caret: unus habet ſecundum. ¶ Longum crimen & magnum. Nā dædalus eum de Palladis arce deiecisse criminatus eſt. ¶ Fatorum ignara: inſcia eorum quæ fato filio ſuo euenire debebant. ¶ Germana ſoror dædali. ¶ Bis ſenis natalibus actis: exactis duodecim annis. Natus enim erat annos duodecim illius, cum dædalo fuit commendatus. ¶ Animi ad præcepta capacis: præceptorum capacis in ſoluta, dicere... ¶ Ille etiam medio ſpinas: Talum ferre fuiſſe autinuentorem ad exemplum illius ſpinæ quæ eſt in medio piſcium. ¶ Et ex uno duo ferrea brachia nodo: illum circini quoq; inuētorē fuiſſe dicunt poetæ. ¶ At illū pallas, pallas quæ & minerua dicitur: omnium artiū inuentrix fuiſſe perhibetur. ¶ Excepit: ſuſcepit. proprie autem excipi cadentia dicuntur. ¶ Velauit: cooperuit. ¶ Sed uigor ingenii quondam uelocis: ſed uis, inquit, & acrimonia ingenii Tali pueri in alas & pedes auis tranſiuit. Per dices enim acerrimi ſunt & uolatus, & curſus. ¶ Nomen quod & ante remanſit: nā Talus perdix quoq; fuit cognominatus. ¶ Præter humum: iuxta terram. Fabulæ [illegible]

Vnicus Vnus. Raph. Talus puer perdix. Serræ circini inuentor.



Fabulæ quartæ octaui libri argumentum.

¶ Iamq; fatigatum &c. Oeneus parthaonis filius, quia in ſacrificio cogendorū fructuū cōſulto præterierat Dianam aper ab ea miſſus eſt, qui Calydoniæ agros uaſtaret, perſeuerante Oeneo in deſpectu Deæ Meleager iuſſu patris cōuocatis principib. græciæ aprū uenaturus ingreſſus eſt cū quibus atalāta Schoenei filia ex Arcadia digreſſa: quæ prima aprum uulnerauit, cuius uirtutem & ſpeciē miratus meleager interempto apro exuuias ei condonauit: quas Plexippus, Toxeus, & Agenor theſtii filii uirgini ereptas cum interitu rependerunt. At Althæa mater Meleagri, ut fratrum cedem accepit: ſtipitē fatalem cōditum a parcis: in quo uita Meleagri continebat: flammæ... cuſſit. Quo cōſumpto meleager extinctus eſt: unde ſorores eius flēdo in aues ſunt cōuerſæ: quæ Meleagrides cognominātur. ¶ Iamq; fatigatum tellus Aethæa: Narraturus poeta ſororum Meleagri cōuerſionem in aues meleagridas a fratre uocatas, uenationem apri Calydonii prius deſcribit. Oeneus enim parthaonis filius rex Calydoniæ, cum decimas frugum Diis omnibus præter Dianæ perſoluiſſet, iram Deæ in ſe cōcitauit. Maximus nanq; aper. ab ea immiſſus Calydoniæ agro ita uaſtabat, ut omnia deſerta uiderentur. Quare Meleager Oenei patris iuſſu conuocatam Græciæ iuuentutem in apri uenationē eduxit: quē cum atalanta Schœnei filia ſpecioſiſſima pria uulneraſſet ſagitta, uiſa eſt Meleagro digna (cui ætate, formaq; placebat) quæ capite, pelleq; interempti apri donaretur. Cæterum plexippus, Toxeus, & Agenor Theſtii filii, fratreſq; Althææ matris Meleagri ægre ferentes fœminam uiris præponi, cum ſpolia atalantæ per uim auferre uellent, a Meleagro fuerunt interfecti. Quo quidem cum althæa reſciuiſſet: fratrum cedem altura ſtipitem, quem parcæ in Meleagri natiuitate in ignem mittentes cecinerant cum eo Meleagrum ipſum & uicturum & periturum, in ignem coniecit. Quo abſumpto: Melea

ger quoq; cum maximo totius Calydoniæ mœrore interiit. Cum uero eius ſorores flere nunq; deſinerent, Deorum miſericordia in aues a fratris nomine Meleagridas cognominatas conuerſæ fuere. ¶ Iamq; fatigatum: Dedalus Minois iram fugiens ad Cocalum Siciliæ regem peruenit, a quo & tutatus & hoſpitio ſuſceptus eſt: ac tandem Minos ipſe interfect?. ¶ Theſea laude: Theſei uirtute. Pro eo enim quod præcedit id quod ſequitur poſitum eſt. Virtutem nanq; laus cōſequi ſolet. Theſei autem uirtute Minotaurus fuit interfectus. Hæc uero ad connectendas fabulas narratur. ¶ Pendere tributum: perſoluere tributum ob cædem androgei athenienſibus a Minoe impoſitum. ¶ Bellatricem Mineruam: hæc etiam Bellona uocatur. ¶ Vocant: inuocant. ¶ Voto ſanguine: uictimarum quas uouerant ſanguine. Si Theſeus uictor ex Creta reuerteretur. ¶ Diues achaia: potens Græcia. ¶ Implorauere, cum lachrymis petiere. ¶ Huius opem Calydon: Calydō urbs eſt ætoliæ a Calydone Endymionis uel aetolii filio appellata: unde Calydonius declinat. ¶ Sus erat: aper & quidem feroctiſſimus. ¶ Plenis ſucceſſibus annis: ob plenā & perfectam illius anni fertilitatem. ¶ Primitias frugum: primas fruges. prima nanq; frumenta matura Cereri dicebantur. ut uina Baccho, oleum Mineruæ. ¶ Palladios latices: oleum dicit a pallade inuentū. ¶ Cœptus ab agricolis. Cererē: Bacchum: & Mineruam agricolas uocat poeta, quia ea inuenerūt quibus agricultura opera dat. ¶ Ambitioſus honor: affectu quam ambitioſos reddat. Honor autem Deorum ſacrificium. ¶ Sine thure: ſine ſacrificio. ¶ Latoidos: dianæ filiæ latonæ. ¶ Herbida Epirus: herboſa. Epirus uero conſpectum ſignificat: ſed frequēter quidē pro ea ponitur regione: quæ & Chaonia appellatur. ¶ Dentibus indis: elephātinis. ¶ Ardent: ardere uidentur. ¶ Grauidi fœtus: racemi una graues. ¶ Cum palmite: cum frondibus uitium. ¶ Baccaq; olea & fructus oliuæ. ¶ Et una & ſimul.

Raph. Oene? Aper Calydonius. Cocal. Pederes tributū. Calydō. Apri calydonii deſertio. Primitię. Epirus. Bacca.

Iamq; fatigatum tellus Aetnæa tenebat
Dædalon: & ſumptis pro ſupplice Cocalus armis
Mitis habebatur: iam lamentabile Athenæ
Pendere deſierant Theſea laude tributum.
Templa coronantur: bellatricemq; Mineruam
Cum Ioue, diſq; uocant aliis: quo ſanguine uoto,
Muneribuſq; datis, & aceruis thuris honorant:
Sparſerat argolicas nomen uaga Fama per urbes
Theſeos: & populi, quos diues Achaia cœpit,
Huius opem magnis implorauere periclis:
Huius opem Calydon (quis Meleagron haberet)
Sollicita ſupplex petiit prece: cauſa petendi
Sus erat infeſtæ famulus, uindexq; Dianæ:
Oenea nanq; ferunt plenis ſucceſſibus anni
Primitias frugum Cereri, ſua uina Lyæo,
Palladios flauæ latices libaſſe Mineruæ.
Cœptus ab agricolis ſuperos peruenit ad omnes
Ambitioſus honor (ſolas ſine thure relictas
Præteritas ceſſaſſe ferunt Latoidos aras.
Tangit & ira Deos) at non impune feremus:
Quæq; inhonoratæ, non & dicemur inultæ,
Inquit: & Oeneios ultorem ſpreta per agros
Miſit aprum: quanto maiores herbida tauros
Non habet Epirus: ſed habet Sicula arua minores:
Sanguine, & igne micant oculi, riget horrida ceruix:
Et ſetæ denſis ſimiles haſtilibus horrent:
Stantq; uelut uallum, uelut alta haſtilia ſetæ.
Feruida cum rauco latos ſtridore per armos
Spuma fluit, dentes æquantur dentibus Indis:
Fulmen ab hore uenit: frondes afflatibus ardent:
Is modo creſcentes ſegetes proculcat in herba,
Nunc matura metit fleturi uota Coloni:
Et Cererem in ſpicis intercipit: area fruſtra,
Et fruſtra expectant promiſſa horrea meſſes.
Sternuntur grauidi longo cum palmite fœtus:
Baccaq; cum ramis ſemper frondentis oliuæ.
Sæuit & in pecudes: non has paſtorue, caniſue,
Non armenta truces poſſunt defendere tauri.
Diffugiunt populi: nec ſeſe in mœnibus urbis
Eſſe putant tutos: donec Meleagros, & una

Raph. ¶ Lecta manus: electa iuuenū multitudo. ¶ Caluere: cōmiti fuere. ¶ Tyndaridæ gemini: Castor & pollux gemelli Tyndari filii: ac lædæ putati cum essent iouis: quorum alter pugil fuit prędarus: Castor autem domitor equorum ab Homero, aliisq; poetis fuisse memoratur. ¶ Cæstibus: armis quibus pugiles utuntur. ¶ Primæq; ratis molitor iason argo nauem, cuius extruēdæ auctor fuit Iason, primam longarū nauiū fuisse Ouidius sentit: alii uero Danaum earum inuentorem fuisse putant: ut ante quoq; diximus. ¶ Molitor: fabricator. ¶ Et cum Pirithoo: Thesei, Pirithoi q; amicitiam notior est: q ut hoc loco sit exponenda illud notandum esse uidetur: Pirithoum apud græcos trisyllabū esse nomē ac secundam syllabam produci, quæ a latinis corripitur quadrisyllabū ēē putantibus. ¶ Et duo Thestiadę: hestii filii Toxeus & Plexippus. ¶ Et proles Ephyrea Lynceus: ephyrea quidem legitur, ut ab Ephyre urbe, quæ nunc Corinthus dr: declinetur: sz mihi recte aphareia ab eo, qui hoc opus e latina in græcam linguam uertit legi uidetur: ut intelligamus Lynceum acutissimi uisus hominez: apharei filium fuisse. Huic autem lectioni Apollonius Rhodi ut astipulatur in primo argonauticon: cum Lynceā & idam Aphareidas uocat quem tam acuti uisus fuisse ait, ut etiam quę sub terra essent, intueretur. ¶ Et cretus Amyn. Ph. Phœnix amyntoris filius qui implēte matre posteaq̄ cum pellice illius rez habuisset, imprecationes patris effugiens ad peleum peruenit, a quo ( ut narrat Homerus ) hospitio benignissime suscept⁹ achillis educandi, instituēdiq; curam suscepit: illi & dicendorum & agendorū pceptor esset. Alter etiam fuit Phœnix agenoris pater, a quo Phœnicia fuit denominata. Aues quoq; esse phœnicē nemo est, q ignoret. ¶ Actoridęq; parens: Menetii est periphrasis. nam Mœnetius patrocl: qui actorides ab actore auo dr. fuit p̄r ut aperte in. xi. Ilia. scri. Home. ¶ Et Hyā. Io. Bœotio. Hyātes enī populi sunt Bœotiæ: ut diximus. ¶ Naritiusq; Lelex: Narix urbs est locridis. q̄ & Naridi & naricie dr: unde naricius possessiuum declinat: ab hoc uero Lelege populi leleges fuere

Tyndaridæ · Silua · pirithoo · Thestiadę · lynceus · aphare · phœnix · Mœnetius · Hyātes · Narix

Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis.
Tyndaridæ gemini præstantes cæstibus alter,
Alter equo: primæq; ratis molitor Iason.
Et cum Pirithoo felix concordia Theseus.
Et duo Thestiadæ, & proles Apharcia Lynceus,
Leucippusq; ferox: iaculoq; insignis Acastus,
Et uelox Idas, & iam non fœmina Cæneus,
Hippothousq;, Driasq;, & cretus Amynthore Phœ(nix,
Actoridæq; parēs, & missus ab Elide Pelas:
Nec Telamon aberat: magniq; creator Achillis
Cumq; Pheretiade, & Hyantæo Iolao
Impiger Eurytion: cursuq; inuictus Echion,
Naritiusq; Lelex, Panopeus, Hyleusq; feroxq;
Hippasus, & primis etiam nunc Nestor in annis,
Et quos Hippocoon antiquis misit Amyclis
Penelopesq; socer, cum parrhasio Ancæo,
Ampycidesq; sagax, & adhuc a coniuge tutus
Oeclides, nemorisq; decus Tegæa Lycei
Venit Atalante Schœnei pulcherrima uirgo:
Rasilis huic summam mordebat fibula uestem:
Crinis erat simplex nodum collectus in unum:
Ex humero pendens resonabat eburnea læuo
Telorum custos: arcum quod læua tenebat.
Talis erat cultu: faciens quam dicere uere
Virgineam in puero: puerilem in uirgine posses.
Hanc pariter uidit, pariter Calydonius heros
Optauit renuente Deo: flammasq; latentes
Hausit: & o felix si quem dignabitur (inquit)
Ista uirum: nec plura sinit tempusq;, pudorq;
Dicere: maius opus magni certaminis urget.
Silua freq̄ns trabibus: quam nullū ceciderat ætas
Incipit a plano: deuexaq; prospicit arua.
Quo postq̄ uenere uiri: pars retia tendunt:
Vincula pars adimunt canibus: pars pssa sequunt
Signa pedum: cupiuntq; suum reperire periclum:
Concaua uallis erat: quo se demittere riui
Assuerant pluuialis aquæ: tenet ima lacunæ.

cognominati. ¶ Antiquis amyclis: Amyclę urbs est laconiæ: ab amycla Lacedæmonis filio ædificata, atq; cognominata. Fuerunt etiam Amyclæ in Italia Lacedæmoniorum colonia inter Caietam & Terracinam: quę tacendo perierunt: unde Virgil. eas tacitas appellauit: Tacitis regnauit Amyclis. Amiclei etiam est in Creta urbs & portus. ¶ Penelopes socer laertes Vlyssis pater. ¶ Cū par. an. arcadico. est. n. Parrhasia arcadiæ urbs ut iam diximus. ¶ Et adhuc a cōiuge tut⁹ Oeclides: amphiaraus æclii filius: qui cum uaticinādi peritissimus cognouisset a thebano bello se non rediturum ita latebras petiit, ut omnia tamen eripyle uxori, quam fidissimā putabat, indicaret. Illa uero abargia adrasti filia monili accepto: quod Vulcanus Hermione; priuignę dono dederat: maritum adrasto prodidit: qui thebanum agrum ingressus una cum curru, a tellure fuit absorptus. ¶ Tegæa arcadica. Nam tegea urbs est arcadiæ: quod nomen trisyllabum quidē est: sed quod inde declinatur possessiuum, ita quatuor syllabarū efficitur, ut penultima sit longa. Est etiā tegea in Creta a talthybio ædificata: unde tegeatæ dicuntur. ¶ Venit atalantis Cænei: sic quidē legit sed atalante & Schœnei mihi recte a Græcis legi uidetur. Nam Atalanta Schœnei filia fuit formosissima, ex qua Meleager parthenopeum suscepit. altera fuit atalāta iasii filii abātis argiuorū regis filia: De qua Prop. Mimalion nullos fugiēdo tulle labores sæuitiā duræ cōtudit iasidos. ¶ Rasilis. f. rasuz cingulū: a parte. n. totū intelligitur. ¶ Telorum custos pharetrę periphrasis. ¶ Calydonius heros: meleager. ¶ Renuēte Deo: nolēte ut ea potiretur. ¶ Flāmasq; latentes Hausit: occultum amorē concepit. ¶ Si quem dignabitur ista uirum: hoc est si quem ista se uxore dignum existimabit. Hac autem exclamatiōe meleager significat se atalantæ pulchritudinē maximopere admirari, ac illius amore perire. ¶ Vrget: instat: ipellit. ¶ Silua fre. tra. densa arboribus. Est aūt topographia: & siluæ descriptio: quam partim planam, ptim montosam esse ait. Alma lacunæ: infimas uallis partes. Lacuna, n, est aquæ collectio: quæ a lama uocatur.

amyde · amyde um · parrhasia · Oeclides · Tegea · atalāta · lacuna

¶ Lenta



Raph. ¶ Lenta salix: flexibilis. ¶ Vluæ leues: Vlua herba est in paludibus nascens. ¶ Et longæ parua sub arundine cannæ: arundinem appellare uidetur poeta cannarum corticez, qui & tenuis est & facile arescit. unde arundinis nomen deductum esse uidetur. ¶ Excitus: excitatus. ¶ Fertur: ruit. ¶ Vt excussis elisus nubibus ignis: periprasis est fulminis: quod ex nubium concursu eliditur. ¶ Sternitur icursu nem⁹: arbores inquit apri illius incursu in terram deiciuntur. Hinc uero colligitur, q̄ uastus aper ille, ualidusq; esset cuius impetu nemus prosternabatur. ¶ Propulsa: impulsa. ¶ Dat fragorem: strepitū facit. Fragor nanq; dicitur strepitus rerum fractarum. ¶ Protentaq; forti Tela tenent: gestum exprimit uenatorū apros excipientium. Protendere nanq; uenabula apris ruentibus solent. ¶ Protenta tela: uenabula. ¶ Dissipat: dissecat. ¶ Obliquo ictu: apri obliquos ictus inferūt. ¶ Cuspis: iaculum, a parte totū. ¶ In tergo petito: in tergo apri. ¶ Pagaseius iason: Thessalus a pagasis urbe Thessaliæ, ut diximus. ¶ Phœbe ait ampycides: Mops⁹ Ampyci fili⁹ apollinis sacerdos & uates clarissimus. ¶ Qua potuit: quatenus & in quantum potuit. ¶ Annuit precib⁹: preces exaudiuit. ¶ Ferrumq; Diana uolanti: quæ copula Hoc loco; quia significat. Idcirco nanq; sine uulnere fuit aper, q Diana ferrum iaculo abstulerat. ¶ Sine acumine: sine cuspide. ¶ Nec fulmine lenius arsit: nec minusq; fulmē inflammatus est aper. ¶ Emicat ex oculis flamma subintelligatur. ¶ Moles maximum saxum quantū e michanis bellicis emittitur. ¶ Cōcita: impulsa. ¶ Neruo adducto: fune balistæ adducto. ¶ Certo impete: impetu. Metri enī gratia impete interdum utuntur poetæ. ¶ Dextra tuentes Cornua: dextrum cornu defendentes, Aciem nanq;

Vlua · arundo · Pagase · ampycides mopsus · Qua · Moles

Lenta salix, uluæq; leues, iunciq; palustres.
Viminaq;, & longæ parua sub arundine cannæ.
Hinc Aper excitus medios uiolentus in hostes
Fertur: ut excussis elisus nubibus ignis.
Sternitur incursu nemus: & propulsa fragorem
Silua dat: exclamant iuuenes, protentaq; forti
Tela tenent dextra lato uibrantia ferro:
Ille ruit: spargitq; canes: ut quisq; furenti
Obstat: & obliquo latrantes dissipat ictu.
Cuspis Echionio primum contorta lacerto
Vana fuit: truncoq; dedit leue uulnus acerno.
Proxima si nimiis mittentis uiribus usa
Non foret: in tergo uisa est hæsura petito.
Longius it: auctor teli pagaseius Iason.
Phœbe ait Ampycides, si te coluiq;, coloq;,
Da mihi, quod petitur: certo contingere telo.
Qua potuit, precibus Deus annuit, ictus ab illo est
Sed sine uulnere aper: ferrumq; Diana uolanti
Abstulerat iaculo: lignum sine acumine uenit.
Ira feri mota est. nec fulmine lenius arsit.
Emicat ex oculis, spirat quoq; pectore flammas.
Vtq; uolat moles adducto concita neruo:
Cum petit aut muros, aut plenas milite turres:
In iuuenes, certo sic impete uulnificus Sus
Fertur: & Eupalamon, pelagonaq; dextra tuentes
Cornua prosternit, socii rapuere iacentes:
At non letiferos effugit Enæsimus ictus
Hippocoonte satus, trepidantem, & terga parantē
Vertere, succiso liquerunt poplite nerui:
Forsitan & Pylius citra Troiana perisset
Tempora: sed sumpto posita conamine ab hasta
Arboris insiluit: quæ stabat proxima, ramis:
Despexitq; loco tutus, quem fugerat hostem:
Dentibus ille ferox in querno stipite tritis
Imminet exitio, fidensq; recentibus armis
Orithyiæ magni, rostro femur hausit adunco.
At gemini nondum cælestia sydera fratres,
Ambo conspicui niue candidioribus ambo,
Vectabantur equis: ambo uibrata per auras
Hastarum tremulo quatiebant spicula motu.
Vulnera fecissent: nisi Setiger inter opacas
Nec iaculis isset: nec equo loca peruia siluas
Persequitur Telamon: studioq; incautus eundi
Pronus ab arborea cecidit radice retentus.
Dum leuat hunc Peleus: celerem Tegeæa sagittam
Imposuit neruo: sinuatoq; expulit arcu.
Fixa sub aure feri summum distrinxit arundo
Corpus. & exiguo rubefecit sanguine setas.
Nec tamen illa sui successu lætior ictus,
Quam Meleager erat primus uidisse putatur.

giti aprum direxerant, quæ in dextrum & sinistrum cornu fuerat distributa. ¶ Hippocoonte satus: Hippocoontis filius. ¶ Vertere terga parantem Vertere: fugere uolentem. ¶ Succiso poplite: reciso cruore. Est enī poples pars genu posterior, q post plicetur dictum. ¶ Forsitan & Pylius: Nestor a pylo urbe Messenicę[?] imperauit. ¶ Citra Troiana tempora: ante Troianum bellum. Tempora nanq; infœlicia, calamitosaq; fere accipiuntur. ¶ Sumpto conamine: capto impetu. ¶ Ab hasta posita: fixa. ¶ Insiluit ramis: in ramos. Datiuus p accusatiuo cum in præpositione positus: sic Virgili it clamor cælo: pro in cælū ¶ Despexitq; totus loco: deorsum aspexit inquit aprum altitudine arboris tutus & securus. Neq; enī apri arborem ascendere possunt. ¶ Recentibus armis: dentibus. ¶ Hausit: aperuit, pcussit. ¶ Rostro adunco: recuruo dente. ¶ Nondum cælestia sydera: Gemini qui unum ex zodiaci signis constituunt Castor Pollux esse dicuntur. ¶ Vulnera fecissent: uulnerassēt. ¶ Setiger: aprum. ¶ Studio eundi: cupiditate currēdi. ¶ Leuat: alleuat, tollit. ¶ Tegeæa: atalanta. ¶ Sinuato arcu: contracto. ¶ Arundo: arūdinea sagitta. ¶ Distrinxit: uulnerauit.

poples · Tēpora · Hausit

Raph. anacęus

¶Feres: habebis. ¶Erubuere ul. puduit inquit uiros fortes aprum a uirgine primũ fuiſſe percuſſum. ¶Bipennifer Ar. Ancæ⁹ arcadicus bipennẽ ferẽs. is ãt ancæus (ut ſcri. Ariſtomenes) Lycurgi & antiones filius: apd arcades colebatur. Pherecydi uero aſtipulaĩ. Oui. q ſcribit ancæũ a Calydonio apro pcuſſũ interiiſſe. Nã ariſtomenes alĩr de ancæo ſcribit. Illũ. n. agriculturę amãtẽ fuiſſe ait: cũ aũt uineã plantaret: nimiũ graui labore ſeruos pmebat: quare illorũ qdam dixit dñm ex illa uinea fructũ nũq̃ pcepturũ. Ancæ⁹ uero poſteaq̃ uua fuit matura lætus uindemiabat, ſeruũq; iuſſit uinũ ſibi fundere. poculũ igr̃ cũ ei apponeret dictũ illius in memoriã reuocauit: cui ſeruus rñdit πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου: hoc eſt multũ intereſt iter calicẽ & ſũmũ labrũ. His uero dictis quidã accurrit nũcians q̃ maximũ aprũ uineã ingreſſum illam peruerteret totam. Tũc ancæus calicẽ cũ abieciſſet ad aprũ feſtinauit: a quo pcuſſus interiit. Vnde natum eſt illud puerbiũ

Prouerbium

in eos quibus pter ſpẽ aliquid euenit: qd ſic a græco in latiuum Cato uertit: Multũ intereſt inter os & offã. ¶Concedite: locũ date. ¶Operi meo: uirtuti meę. Temerarii aũt iactabũdiq; eſt oratio. ¶Protegat: defendat. ¶Perimet: interficiet. ¶Tumidus: elatus, ſuperbus. ¶Ancipitẽ ſecurim: ex utraq; pte incidẽtẽ, utrinq; acutam. ¶Inſtiterat digitis: ſteterat in digitis. Geſtus autẽ exprimit tollentis ſecuri, ut aliquẽ percutiat. ¶In pri. ar. in primas digitorũ ptes. ¶Occupat. ante aggredit. ¶Quaq; eſt uia pxima leto: ignauia. n. pcuſſa hoi mortem ſubito afferunt. ¶Multo ſan. cum ppoſitio ſubaudiaĩ, ut cum multo ſanguine intelligaĩ. ¶Aegides: Theſeus Aegei filius: timebat aũt pirithoo ſibi amore cõiunctiſſimo Theſeus ab apro. ¶Eminus eſſe: longe ab-

Et primus ſociis uiſum oſtendiſſe cruorem:
Et meritum dixiſſe feres uirtutis honorem:
Erubuere uiri, ſeq; exhortantur: & addunt
Cum clamore animos: iaciũt ſine ordine tela.
Turba nocet iactis: & quos petit, impedit ictus.
Ecce furens contra ſua fata bipennifer Arcas
Diſcite fœmineis quid tela uirilia præſtent
O iuuenes: operiq; meo concedite (dixit)
Ipſa ſuis licet hunc Latonia protegat armis:
Inuita tamen hunc perimet mea dextra, Diana
Talia magniloquo tumidus memorauerat ore:
Ancipitemq; manu tollens utraq; ſecurim,
Inſtiterat digitis, primos ſuſpenſus in artus.
Occupat audentem: quaq; eſt uia proxima leto,
Summa ferens geminos direxit ad inguina dentes:
Concidit Ancæus: glomerataq; ſangine multo
Viſcera lapſa fluunt, madefactaq; terra cruore eſt.
Ibat in aduerſum proles Ixionis hoſtem,
Piritohus, ualida quatiens uenabula dextra.
Cui procul Aegides: o me mihi charior inquit
Pars animæ conſiſte meæ: licet eminus eſſe
Fortibus, Ancæo nocuit temeraria uirtus,
Dixit. & ærata torſit graue cuſpide cornu,
Cui bene librato: uotiq; potente futuro
Obſtitit Aeſculea frondoſus ab arbore ramus.
Miſit & Aeſonides iaculum: quod caſus ab illo
Vertit, & in mentum figit latrantibus: & inter
Ilia coniectum, tellure per ilia fixum eſt.
At manus Oenidæ uariat: miſſiſq; duabus,
Haſta prior terra, medio ſtetit altera tergo:
Nec mora: dum ſæuit, dum corpora uerſat in orbẽ
Stridentemq; nouo ſpumam cum ſanguine fundit
Vulneris auctor adeſt: hoſtemq; irritat ad iram:
Splendidaq; aduerſos uenabula condit in armos
Gaudia teſtantur ſocii clamore ſecundo,
Victricemq; petunt dextræ coniungere dextram:
Immanemq; feram multa tellure iacentem
Mirantes ſpectant: neq; adhuc contingere tutum
Eſſe putant: ſed tela tamen ſua quiſq; cruentat.
Ipſe pede impoſito, caput exitiabile preſſit:
Atq; ita, ſume mei ſpolium Nonacria iuris
Dixit: & in partem ueniat mea gloria tecum.
Protinus exuuias rigidis horrentia ſetis
Terga dat: & magnis inſignia dentibus ora.
Illi lætitiæ eſt cum munere muneris auctor:
Inuidere alii: totoq; erat agmine murmur.
E quibus ingenti tendentes brachia uoce
Pone age: nec titulos intercipe fœmina noſtros:
Theſtiadæ clamant: nec te fiducia formæ
Decipiat: ne ſit longe tibi captus amore

eſſe. ¶Temeraria uir. inconſiderata fortitudo. Graue cornu: grauem haſtam ex cornu confectam. ¶Torſit: iecit. ¶Aerata: ære & ferro munita. ¶Votiq; po. fu. hoc eſt aprum pcuſſuro. ¶Aeſculea ar. æſcul⁹ arbor eſt glãdifera Ioui dicata.

aeſculus

¶Aeſonides: iaſon Aeſonis filius. ¶Vertit: auertit: conuertit. ¶Et in mẽ. la. Canis ptẽ oris inferiore mẽtũ iproprie poeta uocat, cum nulli animaliũ preterq̃ homini mentum, & molę ſint: ut in. xi. Naturalis hiſtoriæ Plin. tradit.

Menti

Ilia Lactea

¶Inter ilia: ilia in aliis animalibus dñr: que in hominibus & ouibus lactes appellantur: ut idem Pli. ſcribit. ¶Tellure: in terra. ¶Bene librato: fortiter iacto. ¶Oenidæ: Meleagri Oenei filii. Dum ſæ. furit ¶Dum cor. dum ſe rotat ¶Auctor uul. Meleager. ¶Irritat: prouocat. ¶Petunt: appetunt, cupiunt. ¶Cruentat: cruore inficit ¶Exitiabile: peſtiferum, quod multis exitii cã fuerat. ¶Nonacria: atalanta a Nonacri urbe arcadię dicta.

Spolia

¶Spolium mei iu. qd iure ipſo mihi debeĩ. Naꝫ Meleager aprũ interfecerat. Spolia uero proprie dñr quæ hoſtibus detrahũtur.

Exuuię

¶Exuuias: exuuię quæ ab exuendo dñr, nõ ſolum hominum tegmina aut ueſtes ſunt: ſed pelles quoq; & ſerpẽtum & aliorum animalium. Virgil. ii. Geor. de ſerpente loquẽs Cum poſitis nouus exuuiis, nitidusq; iuuenta. ¶Terga dat: tergora & pellem apri. ¶Et mag. inſi. denti. ora: caput quoq; apri atalantę traditũ fuiſſe a Meleagro poeta ait. ¶Pone: depone. ¶Noſtros ti. noſtrum honorẽ, noſtram gloriam. ¶Fœmina: cum quodam contemptu atalantam fœminam uocant. ¶Theſtiadæ. Plexippus, & Toxe⁹ Theſtii filii. ¶Ne ſit lõge tibi muneris auctor: ideſt ne iterficiaris, ſicq; longe ab amatore tuo ſepareris.

¶Et huic



¶Et huic adimunt munus: Atalãtæ inquit munus eripiunt: ius aũt muneris dandi meleagro. ¶Non tulit: non paſſus eſt Atalantã munere fraudari. ¶Mauortius: bellicoſus, Marti ſimilis. ¶Frendens: fremens. ¶Nefando ferro: nefario, impio. Nam Plexippus Meleagri auunculus erat. ¶Hauſit: pcuſſit ¶Timentia: timentis, eſt enim hypallage. ¶Toxea quid faciat. Ordo eſt: haud patitur dubitare diu Meleager Toxeũ dubiũ quid faciat, uiolẽtemq; & fratrẽ ulciſci, & timentem fraterna fata. ¶Conſorti ſanguine: fraterno. ¶Editus dictus, nũciatus. ¶In pœnę amorem: in ſupplicii cupiditatem uindictæ. ¶Stipes erat: ſtipitem deſcribit poeta i quo Meleagri uita otinebatur. ¶Partus enixa Theſtias. Althæa Theſtii filia puerũ enixa & puerpera. ¶Triplices ſorores: tres Parcæ, Clotho, Lacheſis, & Atropos quas Martianus Capella Deorum ſcribas eſſe ait & ſententias Iouis ſtudio ueritatis excipe. Has latini Nonam, Decimã, & Mortam uocarũt a partus tempore. Nam a nono & decimo menſe pueri ſecũdum naturam naſcuntur: eoq; Nonæ & Decimæ aſcribuntur. Qui uero ante poſtue hoc tẽpus naſcunĩ: quaſi monſtra Mortę attribuũtur. Nam ſeptimo mẽſe raro pueri uitales naſcũtur: octauo nunq̃: nono ſæpe: decimo ſæpius. Hæ uitæ humanæ preeſſe creduntur: eãq; nendo continere: unde etiã lanificę: & puellę: & ſorores a poetis dicũtur. Martialis. Lanificas nulli treis exorat puellas Cõtigit: obſeruat quã ſtatuere diem. Parcæ autẽ dictę, uel a pcẽdo κατ' ἀντίφρασιν: q nulli parcãt uel a partu unius litæ mutatione: ut Varro ſcribit: q (ut ait Heſiodus) hę naſcẽtibus hominibus bonum: malũq; parere & preſtare cenſeatur. Has Cic. Herebi & noctis filias fuiſſe ſcribit. Tres autẽ Parcæ tria

Fratrũ althęę cędes

Stipes in quo Meleagri uita

Tres parcę

Nona decima morta

Auctor: & huic adimunt munus: ius muneris illi.
Non tulit, & tumida frendens Mauortius ira,
Diſcite raptores alieni dixit honoris:
Facta minis quantum diſtent: hauſitq; nefando
Pectora Plexippi nil tale timentia ferro.
Toxea, quid faciat: dubium: pariterq; uolentem,
Vlciſci fratrem: fraternaq; fata timentem.
Haud patitur dubitare diu: calidũq; prioris
Cæde recalfecit conſorti ſanguine telum.
Dona Deum templis nato uictore ferebat.
Cum uidet extinctos fratres Althæa referri:
Quæ plangore dato mœſtis clamoribus, urbem
Implet: & auratas mutauit ueſtibus atris.
At ſimul eſt auctor necis editus: excidit omnis
Luctus: & a lachrymis in pœnæ uerſus amorem ẽ.
Stipes erat: quem cum partus enixa iaceret.
Theſtias in flammam triplices poſuere ſorores:
Staminaq; impreſſo fatalia pollice nentes
Tempora dixerunt eadem: lignoq;, tibiq;
O modo nate damus. quo poſtq̃ carmine dicto
Exceſſere Deæ: flagrantem mater ab igne
Eripuit ramum: ſparſitq; liquentibus undis.
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis.
Seruatuſq; tuos iuuenis ſeruauerat annos
Protulit hunc genitrix: tædaſq;, & fragmina poni
Imperat. & poſitis inimicos admouet ignes.
Tum conata quater flammis imponere ramum,
Cœpta quater tenuit: pugnat materq;, ſororq;:
Et diuerſa trahunt unum duo nomina pectus:
Sæpe metu ſceleris pallebant ora futuri.
Sæpe ſuum feruens oculis dabat ira ruborem:
Et modo neſcio quid ſimilis crudele minanti
Vultus erat, modo quem miſereri credere poſſes:
Cumq; ferus lachrymas animi ſiccauerat ardor.
Inueniebantur lachrymæ: tamen utq; carina,
Quam uentus, uentoq; rapit contrarius æſtus
Vim geminã ſentit, paretq; incerta duobus:
Theſtias haud aliter dubiis affectibus errat:
Inq; uices ponit, poſitamq; reſuſcitat iram:
Incipit eſſe tamen melior germana parente,
Et conſanguineas ut ſanguine leniat umbras:
Impietate pia eſt: nam poſtq̃ peſtifer ignis
Conualuit: rogus iſte cremet mea uiſcera (dixit)
Vtq; manu dira lignum fatale tenebat,
Ante ſepulchrales infelix aſtitit aras;
Pœnarumq; Deæ triplices furialibus inquit,
Eumenides ſacris uultus aduertite ueſtros:
Vlciſcor. facioq; nefas; mors, morte pianda eſt:
In ſcelus addendum ſcelus eſt: in funera funus:
Per coaceruatos pereat domus impia luctus.

Oui. Meth.

ſunt fata numero (ut Apuleius ait) cum ratione temporis facientia: Nam atropos pteriti temporis eſt fatum: quod ne Deus quidem faceret infectũ unde & atropos dicta eſt: q uerti: mutariq; nõ poſſit. Lacheſis futuri: q ipſamet & filum producit ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν: hoc eſt a ſortiendo cognominata. Clotho præſentis: q torquendo fuſũ colligit filum a Lacheſi deductũ ἀπὸ τοῦ κλώθειν: quod ẽ torquere.

atropos

lacheſis

Clotho

Fragmina

¶Fragmina: fracta ligna: & ſciſſa. ¶Pugnat materq; ſororq;: hoc eſt affectus matris ſororiſq; in animo Althçæ inter ſe contendũt. ¶Et diuerſa trahũt: & in diuerſum trahũt. ¶Vnũ pectus: unum animum. ¶Sæpe metu ſceleris: eleganter deſcribit poeta mulieris animum affectu miſericordiæ ſimul & indignationis uexatum. ¶Ferus animi ardor. magna animi indignatio. ¶Vim geminam: duplicem uiolẽtiam & uenti & æſtus maris. ¶Errat: uagatur animo & mente. ¶Conſanguineas umbras: fratrum animas. ¶Leniat: mitiget ¶Sanguine: filii morte. ¶Impietate pia eſt: uidetur ſtulte eẽ dictum. Quonamq; modo quis pius eẽ poſſit impietate? Sed pia uidetur fuiſſe Althea fratrum cædem ulciſcendo: impia filium necãdo. ¶Lignum fatale: in quo Meleagri fata continebantur. ¶Ante ſepulchrales aras quę in ſepulchris erigebãtur. ¶Pœnarumq; Deæ triplices: furias infernales, quę tres dicuntur eſſe: Tiſiphone, Alecto, & megæra. Althæa uero teſtatur ſe per nefandum ſcelus fratrum cædem ulciſci.

Eumenides

¶Eumenides: hæ furiæ dicunĩ κατ' ἀντίφρασιν: q nulli beniuolę ſint aut mites. ¶Aduertite. cõuertite. ¶Furialibus ſacris: a furore & indignatione prouenientibus. ¶Mors morte piãda eſt: cędes fratrum morte filii purganda eſt.

N

Raph, ¶ Infelix Oeneus: cum magna indignatione hæc ab althęa dicitur. ¶ Magnoq; paratas inferias: sacrificia magno pretio. & filii ſanguine comparata. Inferiæ autem dicuntur ſacrificia: quę mortuis fiunt. ¶ Vteri mala pignora uoſtri: ægyptos & expoſitio inferiarum magno comparatarum. ¶ Hei mihi quo rapior: retrahitur officio matris a cæde filii Althæa. ¶ Quo rapior: in quod ſcelus trahor. ¶ Mortis mihi diſplicet auctor: nollem inquit althęa ego eſſe mortis filii auctor. ¶ Ergo impune feret: indignationi iterum indulget althęa. Ergo enim affectui & indignationi ſeruit. Sic Augustus de Virgilii teſtamento. Ergo ne ſupremis potuit uox improba uerbis. Tam dirum mandare nefas. ¶ Speq; patris: Oenei, qui totam ſpem ſuam in Meleagro filio collocarat. ¶ Mens ubi materna eſt: ad pietatem qua filium proſequitur reuocat cogitationem ſuam althęa in qua tamē indignatione uicta diutius non perſtat. ¶ Bis quinq; menſum: decem menſes in utero matres filios geſtare dicuntur: quamuis uulgus nouem tantummodo putet. Non autem menſes (ut fere in exemplaribus eſt deprauatum) ſed menſum pro menſium (ut monet Priſcianus) eſt legendum: ut decem menſium labores intelligamus. ¶ O utinam primis arſiſſes ignibus infans: utinam inquit tunc combuſtus fuiſſes cū eras infans una cum ſtipite: quem a parcis in ignem coniectum ego ardere paſſa non ſum. ¶ Tuo merito: tuo delicto. ¶ Facti peccati, ac ſceleris tui. Stipite rapto: ex igne erepto torre & titione. ¶ Et cupio: fratres ulciſci ſubintelligatur. ¶ Et nequeo: non poſſum in ignem conicere torrem pietate qua filiū proſequor impedita. ¶ Me miſeram: ibi eſt diſtinguendum. Eſt enim exclamatio, qua althæa ſe oſtendit

Inferiæ

Ergo

meleagri mora

An felix Oeneus nato uictore fruetur?
Theſtius orbus erit? melius lugebitis ambo,
Vos modo fraterni manes, animæq; recentes
Officium ſentite meum: magnoq; paratas
Accipite inferias, uteri mala pignora noſtri.
Hei mihi quo rapior? fratres ignoſcite matri.
Deficiunt ad cœpta manus: meruiſſe fatemur
Illum cur pereat: mortis mihi diſplicet auctor.
Ergo impune feret: uiuusq;, & uictor, & ipſo
Succeſſu tumidus, regnum Calydonis habebit?
Vos cinis exiguus, gelidæq; iacebitis umbræ?
Haud equidem patiar: pereat ſceleratus, & ille
Spemq; patris, regnumq; trahat, patriæq; ruinam.
Mens ubi materna eſt? ubi ſunt pia uota parētum?
Et quos ſuſtinui bis menſum quinq; labores?
O utinam primis arſiſſes ignibus infans,
Idq; ego paſſa forem: uixiſti munere noſtro,
Nūc merito moriere tuo: cape præmia facti:
Biſq; datam primum partu, mox ſtipite rapto,
Redde animam. uel me fraternis adde ſepulchris.
Et cupio: & nequeo: quid agā? modo uulnera fratrū
Ante oculos mihi ſunt: & tantæ cædis imago.
Nunc animum pietas, maternaq; nomina frāgūt.
Me miſerā: male uincetis: ſed uincite fratres:
Dummodo quæ dedero uobis ſolatia: uoſq;
Ipſa ſequar (dixit) dextraq; uerſa, tremēti
Funereum Torrem medios coniecit in ignes.
Aut dedit aut uiſus gemitus eſt ille dediſſe
Stipes: & inuitis correptus ab ignibus arſit.
Inſcius, atq; abſens flamma Meleagrus ab illa
Vritur: & cæcis torreri uiſcera ſentit
Ignibus: ac magnos ſuperat uirtute dolores.
Quod tamen ignauo cadat, & ſine ſanguine, leto.
Mœret: & Ancæi felicia uulnera dicit,
Grandæuumq; patrem fratreſq;, piaſq; ſorores,
Cum gemitu, ſociamq; tori uocat ore ſupremo.
Forſitan & matrem: creſcūt ignisq;, dolorq;,
Langueſcuntq; iterum: ſimul eſt extinctus uterq;:
Inq; leues abiit paulatim ſpiritus auras:
Paulatim cana prunam uelante fauilla.
Alta iacet Calydon: lugent iuueneſq;, ſeneſq;
Et uulgus, proceresq; gemunt, ſciſſæq; capillos
Plangūt ora ſimul matres Calydonides, heu heu,
Puluere caniciem genitor, uultuſq; ſeniles
Fœdat humi fuſus: ſpatioſumq; increpat æuum.
Nam de matre, manus diri ſibi conſcia facti
Exegit pœnas: acto per uiſcera ferro.
Non mihi ſi centum Deus ora ſonantia linguis
Ingeniumq; capax, totumq; Helicona dediſſet:
Triſtia perſequerer miſerarū uota ſororum,

inuitam in filii perniciem armari. ¶ Male: in malum, & calamitatem meam. ¶ Dummodo quę dedero: de cōſciſcēda ſibi quoq; morte iam cogitat althæa. ¶ Funereum: funeſtum, funeriſq; ac mortis meleagri cauſam. ¶ Et inuitis ignibus: rei inanimatę dat ſenſum poeta perinde atq; ſi ignes ipſi Meleagri miſererentur. ¶ Virtute: fortitudine. ¶ Cæcis ignibus: occultis, quorum cauſa latebat. ¶ Ignauo leto: uili morte. ¶ Mœret: dolet. ¶ Sociam tori: uxorē. ¶ Langueſcuntq;: decreſcunt atq; diminuuntur. ¶ Simul eſt extinctus uterq;: & ignis ſtipitis & Meleager. ¶ In leues auras: eorum ſequitur hoc loco opinionem poeta, qui ſentiunt animam auram eſſe & aerem. ¶ Cana fauilla: albo cinere. ¶ Velante: tegēte. ¶ Prunam: carbōes. ¶ Alta iacet Calydon: ſi alta quo modo iacet? at mœrore ex morte meleagri cōcepto cecidiſſe ac iacere uidebatur: quę paulo āte uirtute ipſius meleagri alta potenſq; erat. Sciſſę capillos: ſcindentes ac lacerantes capillos, id quod i magnis luctibus mulieres facere ſolent. Eſt autem ſynecdoche maxime poetis uſitata. ¶ Plangunt ora: percutiunt ac genas lacerant. ¶ Heu heu: nimiſis & imitatio eſt gemitus emittentium mulierum. ¶ Puluere caniciem: pater inquit Oeneus puluere caput faciemq; deturpat. Hoc eni in magnis mœroribus fiebat apud priſcos. ¶ Acto per uiſcera ferro: ſic quidē Ouidius: Diodorus uero ſcribit althæam laqueo uitam finiſſe. ¶ Totum Helicona: omnium muſarum fauorem.

¶ Liuentia



Raph. ¶ Liuentia pectora tundunt: percutiunt pectora: ac liuentia reddunt: & ſubnigra. ¶ Dumq; manet corpus: cadauer meleagri. ¶ Ipſi lecto: pheretro in quo meleagri cadauer compoſitum fuit. ¶ Poſt cinerem: poſteaquam Meleagri cadauer in cinerem fuit reſolutum. ¶ Hauſtos: acceptos manibus. ¶ Preſſant: aſtringunt Eleganter autem ea omnia effingit poeta: quæ in funeribus fratrum a ſororibus fieri cōſueuere. ¶ Affuſæq; incumbentes: inſtratæ: proſtratæ. ¶ Nomina ſaxo: ſigna. Epitaphium in ſaxo ſculptum. in quo nomen meleagri erat ¶ Oeneiæ domus: familię Oenei. ¶ Latonia: Diana latonæ filia. ¶ Nurumq; Nobilis alcmenæ: Deianiram Herculis uxorem. ¶ Alleuat: in aerem tollit. ¶ Corneaq; ora facit: hoc eſt ora in roſtra conuertit. ¶ Verſaſq;: in aues commutatas, quę meleagrides a meleagro fratre fuerunt cognominatę.

Meleagri ſorores in aues

Meleagrides

achelo²

Fabulæ tertiæ octaui libri argumentum.

Lactā. ¶ Interea Theſeus ſociati &c. Theſeus apro Calydonio interfecto cum ſe, reciperet Athenas: & torrentibus aquis interpellaretur ab acheloo amne, q imbribus intumuerat inuitatus eſt: ut ſuis tectis ſuccederet: dum fluminis unda ſubſideret. Cuius ille hoſpitio cum reſidiſſet inter epulationē procul inſulas uiſas ab hoſpite accepiſſet nymphas fuiſſe Naiades. Quæ cum Deis ſacra redderēt ille ab his pręteritus eſſet, motus offenſa in inſulas Echinadas eas conuertit.

Raph. ¶ Interea Theſeus: mira phantaſia quinq; Naiadū tranſmutationem in inſulas cum ſuperiore fabula poeta cōnectit. Interfecto namq; Calydonio Apro Theſeus cum athenas rediret, forte achelous fluuius aetoliam ab acarnania diſterminans ſic intumuerat, ut tutus tranſitus non uideretur. Inuitatus igitur Theſeus a fluminis Deo acheloo domum illius intrauit tātiſper illic futurus, dum tuto tranſire poſſet. Cum uero poſt cœnam Theſeus in mare proſpiciens uidiſſet inſulas quaſdam, acheloum rogauit, quot illę inſulę eſſent, ac quo nomine appellarentur: cui achelous reſpondit, Naiades quinq; fuiſſe illorum locorum accolas, quæ cum aliis Diis ſe ſpreto ſacrificaſſent, eas cum locis ſuis in mare a ſe indignato fuiſſe prouolutas, ac in inſulas quinq; nomine Echinadas & ſuis & fluctibus marinis fuiſſe diſcretas. ¶ Sociati laboris: cōmunicati ſibi cum multis aliis. ¶ Erechtheias Tritonidos arces: periphraſis eſt Athenarum: quæ & in palladis tutela ſunt: & ab Erechtheo rege Erechtheiæ dicuntur. ¶ Fecitq; moras achelous eunti Imbre tumens: achelous Oceani & Tethios filius fuiſſe ab Heſiodo ſcribit. Is cum peteret Deianiram Oenei Calydoniæ regis filiam, Herculem in ſe conuertit, a quo ſuperatus, in fluuio iuxta Calydoniam labenti ſe occultauit, nomenq; flumini impoſuit: quod qde a Pindo Theſſaliæ monte oritur: Aetoliamq; ab acarnania diſtinguit. Sane apud antiquos aqua (ut Macrobius: Seruiuſq; ſcribunt) generaliter achelous dicebatur. Vnde Virgilius in Georgicorum primo. Poculaq; inuentis acheloia miſcuit uuis. Sane achelous cum prius Thoas fuerit dictus: ab acheloo: qui alcmęonem ex Theſſalia ſecutus eſt: nomen accepit. Hic & terpſicore una muſarum Sirenas ſuſtuliſſe fertur. Videtur autem maximus eſſe omnium Græciæ fluuiorum achelous: unde & omnem aquam ueteres Acheloon uocarunt. ¶ Turbineo uortice: in modum turbinis ſe uoluente. Vortex enim proprie dicitur contorta in ſe aqua. Turbo autē eſt uis uenti: & inſtrumentū quo pueri ludunt, fune illud in terram incutientes. ¶ Tutior eſt requies: ſecurior ē mora. ¶ Nec leuibus toffis: aſperis: impolitis. Toffus enim lapis eſt cauernoſus. Deſcribit autem poeta ſpelūcam fluminis deo conuenientē. ¶ Molli muſco: Muſcus herba eſt tenuiſſima iuxta fontes ac in locis humidis naſcens. ¶ Summa lacunabant: ſuperiores inquit ſpelūcę partes in lacunaria diſtinguebāt cōchę alternis muricibus diſtinctę. Nā lacunare eſt lacus ac lacunaria facere. ¶ Murice: Murex aūt genus eſt cochleæ unde fit purpureus color. ¶ Hyperione: Sole. Hyperiō nāq; cęli fuit filius qui ex ſorore Solē fertur genuiſſe: uerū pro Sole fere ponit. ¶ Hac Ixionides: Pirithous ixionis filius ppetuus Theſei comes. ¶ Nudæ ueſtigia nymphæ: pedes nudos habētes nymphę, eſt enim ſynecdoche.

Echinades inſulę

achelo²

Vortex

Turbo

Toffus

Muſcus

Lacunare

Murex

Hypiō

Immemores decoris liuentia pectora tundunt:
Dumq; manet corpus: corpus refouētq;, fouētq;:
Oſcula dant: ipſi poſito dant oſcula lecto.
Poſt cinerem: cineres hauſtos ad pectora preſſant:
Affuſæq; iacent tumulo: ſignataq; ſaxo
Nomina complexæ lachrymas i nomina fundūt:
Quas poſtquam Oeneiæ tandem Latonia clade
Exſatiata domus: præter Gorgenq;, nurūq;
Nobilis Alcmenæ, natis in corpora pennis
Alleuat: & longas per brachia porrigit alas.
Corneaq; ora facit: uerſaſq; per aera mittit.
Interea Theſeus ſociati parte laboris
Functus: Erechtheias Tritonidos ibat ad arces:
Clauſit iter: fecit moras Achelous eunti
Imbre tumens: ſuccede meis ait Inclyte tectis
Cecropide. nec te committe rapacibus undis.
Ferre trabēs ſolidas: obliquaq; uoluere magno
Murmure ſaxa ſolent: uidi contermināq; ripæ
Cum gregibus ſtabula alta trahi: nec fortibus illic
Profuit armentis: nec equis uelocibus eſſe:
Multa quoq; hoc Torrēs niuibus de mōte ſolutis.
Corpora turbineo iuuenilia uortice merſit.
Tutior eſt requies, ſolito dum flumina currant
Limite, dum tenues captet ſuus alueus undas:
Annuit Aegides: utorq; Acheloe: domoq;,
Conſilioq; tuo (reſpondit) & uſus utroq; eſt.
Pumice multicauo, nec leuibus atria toffis
Structa ſubit: mollis tellus erat humida Muſco.
Summa lacunabant alterno murice conchæ.
Iamq; duas lucis partes Hyperione menſo,
Diſcubuere toris Theſeus: comiteſq; laborum:
Hac Ixionides, illa Trœzenius heros.
Parte Lelex: raris iam ſparſus tempora canis:
Quoſq; alios parili fuerat dignatus honore
Amnis Acarnanium lætiſſimus hoſpite tanto.
Protinus appoſitas, nudæ ueſtigia nymphæ
Inſtruxere epulis menſas: dapibuſq; remotis

Raph. ¶ In gemma: in gemmatis poculis. ¶ Spatium di. fal. breuitas inquit ſpatii diſcrimina atque ſeparationes inſularum confundit. ¶ Spretæ: contemptæ. ¶ Cum plurimus unquam: maximus. ¶ Diduxit: diuiſit. ¶ Mediis quot cernis echinadas undis: Echinades, quæ & Echinæ dicuntur, inſulæ ſunt ad hoſtium acheloi aetoliæ fluuii, quem limum aſſidue inuehendo illas effeciſſe ur. Dictæ ſunt autem Echinades, uel ab Echinis, quibus abundant: uel (ut ſcri. Apollodo.) ab Echino quodam uate.

Fabulæ ſextæ octaui libri argumentum.

Lactan. ¶ Vt tamen &c. Perimele hyppodamantis filia cum ab acheloo amne per uim eſſet oppreſſa: pater ea ob admiſſum præcipitauit in pelag?, ſtuprator expetiit ita, ut beneficio Neptuni mare ea ſemota ab Echinadibus efficeret inſulam.

Raph. ¶ Vt tamen ipſe uides: perimele Hippodamantis filia ab acheloo uim paſſa, e ſaxo a patre in mare fuit præcipitata. Achelous uero de amicæ ſalute admodum ſollicitus Neptunum rogauit, ne eam ſubmergi pateretur, ſed ei aut locum præberet, aut ipſam locum efficeret: precibus igitur acheloi motus Neptunus eam in inſulam haud longe ab Echinadibus diſtantem commutauit. ¶ Virgineum nomen ademi: uirginitatem eripui. ¶ Propulit: præcipit. ¶ In p. fundit in mare altum. ¶ Sacri am. omnes fluuii numine habere dicuntur, unde & ſacri nuncupantur. ¶ Feritate pa. crudelitate patris. ¶ Mouit caput æquoreus rex. neptunus annuit meis precibus. ¶ Salientia: palpitantia. id quod timore perculſis accidere ſolet. ¶ Præcordia: pectora hoc loco quod cordi contendant. Proprie uero præcordia dicuntur partes cordi præiacentes. ¶ Grauis inſula: magna. Inſula uero dicitur, quia ſit in Salo: hoc eſt in mari collocata.

Fabulæ ſeptimæ octaui libri argumentum.

Lactan. ¶ Amnis &c. Iuppiter & Mercurius in hominum figuras uerſi in regione phrygiæ cum animos incolarum experti a nullo ultro exciperetur hoſpitio: a Philemone & Baucide hoſpitaliſſime ſunt excepti: & cum maxima uoluntate rebus humilibus ad uictum & neceſſariis ſimpliciſſimos animos pauperum experti ſunt. Ergo ut numen ad uim oſtenderent ſuam ſenecutis ſenibus in excelſiorem collem, caſam eorum in templum conuerterunt: eoſque ipſos optatos antiſtites ſacrati loci conſtituerunt: ita ut cum ſenectute ſoluti eſſent: in arbores conuerterentur: ut Philemon cederet Ilicem, Baucis in Tiliam. Oppidum autem eorum quod ceteros ciues inhoſpitales habuerat aquarum multitudine obrutum ſtagnum factum eſt.

¶ Amnis ab his tacuit: hæc ad connectendas, quæ ſubiciuntur Metamorphoſis dicuntur. Narraturus. n. eſt poeta quemadmodum Iuppiter atque Mercurius in hominum figuras conuerſi. Phrygiam peragrarunt ut hominum benignitatem experirentur. Cum uero nemo ex oppidanis ipſos ſuſciperet hoſpitio: caſa philemonis ruſtici, atque pauperis ſubiere, a quo benigne accepti cum ſe Deos eſſe indicaſſent, & anſerem quem unicum habebat occidere uetuerunt, & ut ſecum collem aſcenderet cum Baucide uxore admonuerunt. Profecti igitur domo cum eſſent, ecce oppidum illud in lacum uidet conuerſum: omneſque domos ſubmerſas præter unicam ſuam caſam: quæ & ipſa in magnificentiſſimum templum eſſet mutata: hortantibus Diis: ut quicquid uellet peteret. Philemon reſpondit ſe uelle eſſe illius templi ſacerdotes: ea conditione: ut nec ipſe uxoris nec uxor uiri mortem unquam uideret: id uero facile impetrarunt. Nam una & eadem hora cum ad extremam perueniſſent ſenectutem: in arbores: alter quercum: altera tiliam transmutati fuerunt. Hæc autem adeo perſpicue a poeta deſcribitur: ut nihil expoſitionis indigere uideatur. ¶ Ab his: poſt hæc. ¶ Spretor Deorum: contemptor. ¶ Si dant adimuntque figuras: ſi poſſunt & dare & eripere formas rebus.

Echinades inſulæ. Naiades i Echinadas inſulas. Sacri amnes. Perimele i inſulam. Præcordia. Inſula. Oppidum i ſtagnum. Baucis & philemon.

In gemma poſuere merum: tum maximus heros
Æquora proſpiciens oculis ſubiecta: quis inquit
Ille locus (digitoque oſtendit) & inſula nomen
Quod gerit illa, doce: quamquam non una uidetur.
Amnis ad hæc: non eſt inquit, quod cernimus unum
Quinque iacent terræ: ſpatium diſcrimina fallit.
Quoque minus ſpretæ factum mirere Dianæ:
Naiades hæ fuerant: quæ cum bis quinque iuuencos
Mactaſſent, ruriſque Deos ad ſacra uocaſſent,
Immemores noſtri feſtas duxere choreas.
Intumui: quantuſque feror cum plurimus unquam:
Tantus eram: pariterque animis immanis, & undis
A ſiluis ſiluas, & ab aruis arua reuulſi.
Cumque loco, nymphas memores tum denique noſtri,
In freta prouolui: fluctus noſterque, mariſque
Continuam diduxit humum: pariterque reuellit
In totidem, mediis, quot cernis Echinadas, undis:
Vt tamen ipſe uides: procul: en procul una receſſit
Inſula grata mihi. Perimelen nauita dicit
Huic ego uirgineum dilectæ nomen ademi:
Quod pater Hippodamas ægre tulit: inque profundum
Propulit e ſcopulo: perituræque corpora natæ.
Excepi: nantemque ferens: o proxima terræ
Regna uagæ (dixi) ſortite Tridentifer undæ,
In quo deſinimus, quo ſacri currimus amnes:
Huc ades: atque audi placidus Neptune precantem.
Huic ego (quam porto) nocuiſſis mitis, & æquus:
Si pater Hippodamas: aut ſi minus impius eſſet:
Debuit illius miſereri: & ignoſcere nobis.
Cui quondam tellus clauſa eſt feritate paterna:
Affer opem, merſæque precor, feritate paterna
Da Neptune locum: uel ſit locus ipſa licebit:
Hunc quoque complectar: mouit caput æquoreus rex:
Concuſſitque ſuis omnes aſſenſibus undas.
Extimuit nympha: nabat tamen: ipſe natantis
Pectora tangebam trepido ſalientia motu:
Dumque ea contrecto: totum dureſcere ſenſi
Corpus: & inducta condi præcordia terra.
Dum loquor: amplexa eſt artus noua terra natantes:
Et grauis increuit mutatis inſula membris.
Amnis ab his tacuit: factum mirabile cunctos
Mouerat: irridet credentes: utque Deorum
Spretor erat, mentiſque ferox Ixione natus:
Ficta refers: nimiumque putas Acheloe potentes
Eſſe Deos (dixit) ſi dant adimuntque figuras.
Obſtupuere omnes: nec talia dicta probarunt.

¶ Animo



Raph. ¶ Animo maturus & æuo. Lelegem & prudentem & ſenem & bonum uirum fuiſſe poeta ſignificat. ¶ Immenſa eſt: ſententia pio grauique uiro maxime conueniens. ¶ Tiliæ cotermina: uicina. Tilia autem arbor eſt fructum ferens, quem a nullo animalium attingi miratur Plinius: foliorumque & corticis ſucci dulcem eſſe ait: ac inter corticem & ligni tenuiſſimam eſſe membranam, quæ philyra uocetur, qua antiquitus nectendis coronis utebantur. Vnde Horat. Diſplicent nexæ Philyra coronæ. ¶ Nam me pelopeia pitthe? miſit in arua: Pitthe? Lelegis pater fuit & æthræ theſei matris. Pelopeia autem arua non Peloponneſum (ut quidam putant) ſed phrygiam dicit. Nam Pelops Tantali Phrygiæ regis filius fuit, qui inde in peloponeſum uenit. ¶ Suo parenti. Pelopi. Nam pitthe? & Trœzen Pelopis filii fuerunt Strab. narrat. ¶ Fulicis paluſtrib?: Fulicæ aues ſunt notiſſimæ in paludib? uiuentes. ¶ Specie mortalis: humana: in figuram uerſus. ¶ Atlantiades caducifer: Mercuri? caduceum gerens. ¶ Seræ: ianuæ, a parte namque totum itelligimus. Sera. n. pars eſt ianuæ, in quam clauis immittitur. ¶ Parili ætate: pari & æquali. ¶ Tota domus: tota familia. ¶ Iidem parentque iubentque: iidem inquit domini ſunt & ſerui. ¶ Releuare membra: leuia facere, quæ propter laſſitudinem grauia uidebantur. Sedere. n. illos iuſſit philemon. ¶ Poſito ſedili: appoſita ſede. ¶ Quod ſup: anaſtrophe eſt: præpoſitio namque poſtpoſita eſt. ¶ Anima: ſpiritu & flatu. ¶ Et minuit: fregit. minuta paruaque reddidit. Eleganter autem poeta ruſtici pauperis apparatum & mores deſcribit. ¶ Truncat olus foliis: mutatim olera cum foliis iddit. ¶ Sordida: fumoſa. ¶ De tergore diu ſeruato: tergum illud ſuis uetus fuiſſe inuit poeta & rancidum. ¶ De tergore: de tergo. Frequenter autem utrumque pro altero ponitur. ¶ Domat: mollit & coquit. Significat autem duriſſimam fuiſſe illam carnem. Domari. n. dicuntur quæ repugnant. ¶ Alue? fagine?: Dolium ex fago confectum. ¶ Art? fouendos: pedes lauandos. Nam hoſpitibus etiam nunc quo die accipiuntur, pedes lauari ſolet. ¶ In medio lecto ſic quidem legitur: ſed tertio ſcriptum lecto Ouidius ſcriptum reliquit, ut itelligamus i media caſa torum & lectum fuiſſe non ex plumis, ſed ex uluis paluſtribus effectum. ¶ Salignis: ex ſalice factis. ¶ Velant: cooperiunt. ¶ Sternere: lecto inicere, & iponere. Non indignanda: non idigna reputanda. ¶ Lecto ſaligno: ex ſalice uili ac uulgari arbore confecto. ¶ Succincta anus: habitu ruſticæ mulieris effigit. ¶ Cliuum: inæqualitatem menſæ cliuum appellat. ¶ Mentha uirenti: mentha ſuauiſſimi odoris eſt herba. Extersere: emundauere. ¶ Bicolor bac. Periphraſis eſt oliuæ: quam bicolor dixit: quod & uiridis eſt & nigra. ¶ Syncerę Mineruæ: integræ uirginis mineruæ. ¶ Autumnalia: autumno matureſcentia. ¶ Intybaque & ra. Intybum quod & Cicorium uocatur. herba eſt agreſtis. Radix uero ſpes eſt herbe, quæ radicula dicitur. His autem herbis etiam nunc in acetariis ueſcimur. ¶ Et lactis maſſa coacti: periphraſis eſt caſei.

Tilia. Philyra. Pitthe?. Pelops. trœzē. Fulicæ. Sera. Domas. Alueus. Saligni. Metha. Intybũ. Radix.

Ante omneſque Lelex animo maturus, & æuo,
Sic ait. Immenſa eſt, finemque potentia cæli
Non habet: & quicquid ſuperi uoluere peractum eſt.
Quoque minus dubites: Tiliæ contermina Quercus
Collibus eſt Phrygiis, medio circundata muro,
Ipſe locum uidi: nam me Pelopeia Pittheus
Miſit in arua, ſuo quondam regnata parenti;
Haud procul hinc ſtagnum eſt: tellus habitabilis olim,
Nunc celebres mergis, fulicisque paluſtribus undæ,
Iuppiter huc ſpecie mortalis, cumque parente
Venit Atlantiades poſitis caducifer alis:
Mille domus adiere, locum, requiemque petentes:
Mille domus clauſere ſeræ, tamen una recepit
Parua quidem ſtipulis, & canna tecta paluſtri,
Sed pia Baucis anus, parilique ætate Philemon
Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus: illa
Conſenuere caſa, paupertatemque ferendo
Effecere leuem: nec iniqua mente ferendam:
Nec refert dominos illic, famuloſue requiras.
Tota domus, duo ſunt: iidem parentque, iubentque.
Ergo ubi cælicolæ paruos tetigere penates:
Summiſſoque humiles intrarunt uertice poſtes:
Membra ſenex poſito iuſſit releuare ſedili:
Quod ſuper, iniecit textum rude ſedula Baucis,
Inde foco tepidum cinerem dimouit & ignes
Suſcitat heſternos: foliiſque, & cortice ſicco
Nutrit, & ad flammas anima perducit anili,
Multifidaſque faces, ramaliaque arida, tecto
Detulit: & minuit: paruoque admouit aheno.
Quodque ſuus coniux riguo collegerat horto:
Truncat olus foliis. furca leuat ille bicorni
Sordida terga ſuis nigro pendentia tigno:
Seruatoque diu reſecat de tergore partem
Exiguam: ſectamque domat feruentibus undis:
Interea medias fallunt ſermonibus horas:
Sentirique moram prohibent: erat alueus illic
Fagineus, dura clauo ſuſpenſus ab anſa:
Is tepidis impletur aquis. artuſque fouendos
Accipit: in medio torus eſt de molibus uluis
Impoſitus lecto, ſponda, pedibuſque ſalignis,
Veſtibus hunc uelant (quas non niſi tempore feſto
Sternere conſueuerant: ſed & hæc uiliſque, uetuſque)
Veſtis erat, lecto non indignanda ſaligno.
Accubuere Dei: menſam ſuccincta, tremenſque
Ponit anus menſæ ſed erat pes tertius impar.
Teſta parem fecit: quæ poſtquam ſubdita cliuum
Suſtulit: æquatam mentha extersere uirenti.
Ponitur hic bicolor ſynceræ bacca Mineruæ.
Conditaque in liquida corna autumnalia fæce:
Intybaque, & radix: & lactis maſſa coacti:

Oui. Metha.

Raph. ¶ Non acri fauilla: ſi igne leni, non uehementi. Nam oua niſi leniter in tenere calido uerſentur facile rumpū nantur. ¶ Manere: ſtare ſupereſſe. ¶ Fata: infortunia: longo: hoc eſt longum & arduum cliuum aſcendere cō aut. ¶ Omnia fictilib⁹:

Fictilia ipponuntur, & in ppo. ſitio ſubaudiatur. Fictilia autem ſunt uaſa tet rea a fingendo dicta. ¶ Eodem argēto: quo & fictilia. facile aūt ibi ut craterē quoq; fictilez fuiſſe. ¶ Siſtitur: collocatur in mēſa. Apparatum nō menſę ruſticę elegāter effingit poeta.

Fagus ¶ Fago: fagus arbor ē glādifera: ex cu⁹ ligno uaſa cōficiūtur. ¶ Quę caua ſunt: quę in concauitate inquit ſunt flaua cera intecta. ¶ Illita: ſte ēta. ¶ Epulas calētes: cibos calidos. Q uę. n. ha ctenus deſcripta ſūt, frigida comedunt. ¶ Nec lōge ulna ſenectę: uinū nouū appoſitum fuiſſe ait nō uetus: quod diu tes bibere ſolet. ¶ Pau lū ſeducta: ſepoſita, & remota. ¶ Caryca: fic⁹

Caryca eſt ſpēs caryca, a caryca Laconię loco: ubi optime naſcuntur denomi nata: q quia optimę ſūt ſiccę: hinc uſus obtinuit ut caricę p ficubus ſiccis accipiatur. ¶ Rugoſis palmis: cū fructibus palmę rugoſis & ſiccis:

Pruna quos nūc uulgo dactylos uocant. ¶ Prunaq;: poma ſunt notiſſima: quorū uaria ſunt gene

Caſa in templū ra: ut Pli. ſcribit. ¶ Super omnia uultus: ante omnia inquit boni & hylares uultus affuerunt. ¶ Hauſtū cratera: euacuatum crateram. ¶ Cōcipiūt preces: precari incipiūt. ¶ Diis hoſpitib⁹ Ioui & Mercurio, quos hoſpitio ſuſcepat. ¶ Ille celer pēna tardos: pul

Philemō & bauis i arbores chro antitheto exornat hoc carmen. ¶ Impia ui cinia: ihoſpitales uicini. ¶ Immunib⁹: exptib⁹. ¶ Huius mali: huius calamitatis qua uicios uei ſtros ſumus affecturi.

Comitate ¶ Mō: ſolum. ¶ Comitate: anuq; dixit p comitamini. ¶ Ite ſimul: ueni te nobiſcū. ¶ Nitūtur

Ouiaq;, non acri leuiter uerſata fauilla.
Omnia fictilibus: poſt hæc cælatus, eodem
Siſtitur argento crater: fabricataq; fago
Pocula, quæ caua ſunt flauentibus illita ceris.
Parua mora eſt: epulaſq; foci miſere calentes.
Nec longæ rurſus referuntur uina ſenectæ:
Dantq; locum menſis paulum ſeducta ſecundis.
Hic nux, hic mixta eſt rugoſis Caryca palmis:
Prunaq;, & in patulis redolentia mala caniſtris:
Et de purpureis collectæ uitibus uuæ.
Candidus in medio fauus eſt: ſuper omnia uultus
Acceſſere boni: nec iners, pauperq; uoluntas.
Interea, quoties hauſtum cratera repleri,
Sponte ſua: per ſeq; uident ſuccreſcere uina:
Attoniti nouitate, pauent: manibuſq; ſupinis
Concipiunt Baucisq; preces, timiduſq; Philemō.
Et ueniam dapibus, nulliſq; paratibus orant.
Vnicus anſer erat minimæ cuſtodia uillæ:
Quem Diis hoſpitibus domini mactare parabant.
Ille celer penna, tardos ætate, fatigat:
Eluditq; diu, tandemq; eſt uiſus, ad ipſos
Cōfugiſſe Deos. ſuperi uetuere necari:
Diiq; ſumus, meritaſq; luet uicinia pœnas
Impia dixerunt: uobis immunibus huius
Eſſe mali dabitur: modo ueſtra relinquite tecta:
Ac noſtros comitate gradus. & in ardua montis
Ite ſimul: parent. & Diis præeuntibus, ambo
Membra leuant baculis: tardiq; ſenilibus annis
Nituntur lōgo ueſtigia ponere cliuo.
Tantum aberant ſummo quantum ſemel ire ſagitta
Miſſa poteſt: flexere oculos. & merſa palude
Cætera proſpiciunt: tantum ſua tecta manere:
Dumq; ea mirantur, dum deflent fata ſuorum:
Merſa uident: quærunt q; ſuæ pia culmina uillæ.
Sola loco ſtabant: dum deflent fata ſuorum:
Illa uetus dominis, & iam caſa parua duobus
Vertitur in templum: furcas ſubiere columnæ:
Stramina flaueſcunt: aurataq; tecta uidentur.
Cælatæq; fores: adopertaq; marmore tellus.
Concipiunt, Baucisq; preces, timiduſq; Philemō.
Talia cum placido Saturnius edidit ore:
Dicite iuſte ſenex, & fœmina coniuge iuſto
Digna: quid optetis: cum Bucide pauca locutus
Indicium ſuperis aperit commune Philemon.
Eſſe ſacerdotes, delubraq; ueſtra tueri
Poſcimus: & quoniam concordes egimus annos,
Auferat hora duos eadem: nec cōiugis unq̄
Buſta meæ uideam. neu ſim tumulandus ab illa.
Vota fides ſequitur: templi tutela fuere,
Donec uita data eſt, annis, æuoq; ſoluti

¶ Suorum: uicinorum. ¶ Pia culmina: ipſi pii: eſt. n. hypallage. ¶ Et iam caſa parua: & olim: caſa parua. Caſę pprie dicitur ruſticę domus: ¶ Furcas ſubiere columnæ: furcæ in columnas fuerunt cōmutatæ. In magnifici uero templi philemonis caſam conuerſam fuiſſe ſcribit. ¶ Adoptaq; marmore tellus: ſolū templi marmore ſtrati. ¶ Iudicium commune: uotum: cupiditate deſiderium. ¶ Aperit: indicat: manifeſtat. ¶ Delubraq; ueſtra tueri: ueſtra templa cuſtodire ¶ Cōcordes egimus annos: cōcorde unanimeſq; uiximus. ¶ Duos: ambos. ¶ Buſta: funera. ¶ Tumulādus: ſepeliendus. ¶ Vota fides ſequitur. Naz iupiter ut pollicit⁹ fuerat id quod petierant conceſſit. ¶ Templi tutela fuere: cuſtodes tēpli ac æditui fuerunt conſtituti. ¶ Annis æuoq; ſolu ti: ſenio confecti.

¶ Ante



Raph. ¶ Ante gradus ſacros: ante grad⁹ ianuę tēpli. ¶ Narrarent: cōmemorarēt. ¶ Caſus loci: ea quæ loco illi euenerant: Frondere: frondes emittere. Simul autem ambo in arbores fuere cōuerſi, Philemō in quercum, Baucis uero in Tiliā. ¶ Creſcēte cacumine: uertice capitis. in ſuit aūt capillos in frōdes fuiſſe ɔuerſos. ¶ Dū licuit: donec potuerūt. ¶ Frutex: fruticis & arboris cortex. ¶ Tyanei⁹ In

Tyana co. Tyania regio ē otermina phrygiæ: ūt tyanei⁹ declinari uī. ¶ De ge. cor. de duob⁹ corpibus Baucidis & philemonis factos.

Fabulæ octauæ octaui libri argumentum.

Lacta ¶ Hæc mihi nō ua. nec erat &c. Achelous iter epulas theſeo: quē rece perat hoſpitio enarrās hos q in alienā figuram uertiſſent cum rā caſus mortaliū e gi plures figuras abierit: refert & Protea Neptuni filiū ſo litū mō ī iuuenē, mō in leonē, iterdū in aprum, alias in anguē, & cętera aīalia cōuerti: qbus inſi diās poſſet eludere.

Raph. Vanus Prote⁹ ī uarias figuras ¶ Nō uāi ſenes: ueri nō falſi. Van⁹. n. iterdū fallaci ac mēdacē ſignificat: iterdū ſtultū. Iuuen. Sic placitu; uano. q nos diſtinxit Othoni. ¶ Nec era. cur. fal. uel. H oiun. ctio Eni ſubitelligatur. Eſt nāq; parēthesis cā; otines, cur ſenes illi non fuerit mētiti. ¶ Egdem pē. uidi: argumētis pro bat Lelex ea q narrauit eē uera. ¶ Serta: corō

Serta næ a ſerēdis floribus dictæ: corōæ āt & i lucis & in ārborib⁹ ſacris appēde bātur. ¶ Ponens: apponēs. Cura deū dii ſint: ii ē q curā ſuſcepe Deorū dii efficiāt: & q deos co luere: ipſi quoq; p diis colāt. ¶ Deſierat: loq le lex ſubaudiāt. ¶ Et res mirāda. ¶ Et auctor: lelex uir grauis, & fide dignus. ¶ Calydoni⁹ amnis: Achelo⁹. ¶ Semel mota eſt: mutata. ¶ In hoc renouamine: ī hac renouatiōe. ¶ Ius ē: facultas & ptās. ¶ Vt ti. cō. ter. ma. inco. Pro. Proteus Oceani & Tethyos fuit fili⁹: ut i Theogonia Heſio. ſcri. Hic habuit priam Pallenē: q relicta in carpathio inſula regnauit. Fuit aūt uates clariſſimus Iliacis tēporib⁹: q ſe i uarias mutabat figuras. De quo Vir. iiii. geor. ſic ſcri. Eſt i

Ante gradus ſacros cum ſtarent forte: locicq;
Narrarent caſus: frondere Philemona, Baucis:
Baucida conſpexit ſenior frondere Philemon.
Iamq; ſuper geminos creſcente cacumine uultus,
Mutua, dum licuit: reddebant dicta: ualeq;
O coniunx dixere ſimul: ſimul abdita texit
Ora frutex: oſtendit adhuc Tyancius illic
Incola, de gemino uicinos corpore truncos:
Hæc mihi non uani, neq; erat cur fallere uellent
Narrauere ſenes: equidem pendentia uidi
Serta ſuper ramos: ponenſq; recentia, dixi,
Cura deum Dii ſint: & qui coluere, colātur.
Deſierat: cunctoſq; & res, & mouerat auctor.
Theſea præcipue: quem facta audire uolentem
Mira Deum: nixus cubito Calydonius amnis
Talibus alloquitur. ſunt o fortiſſime: quorum
Forma ſemel mota eſt, & in hoc renouamine manſit.
Sunt quibus in plures ius eſt tranſire figuras:
Vt tibi complexi terram maris incola Proteu.
Nam modo te iuuenem: modo te uidere leonem:
Nunc uiolentus aper: nunc quem tetigiſſe timerent.
Anguis eras: modo te faciebant cornua taurum:
Sæpe lapis poteras: arbor ſæpe: quoq; uideri:
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras: interdum undis contrarius ignis.




Nec minus Autolyci coniunx Eriſichthone nata
Iuris habet. Pater huius erat: qui numina Diuum

Carpathio Neptuni gurgite uates Cæruleus Proteus magnū q piſcibus æquor: Et iūcto bipedū curru metit equog;. Hic nūc Emathię portus, patriāq; reuiſit Pallenē, hūc & nymphæ uenerātur: & ipſe Grandæuus Nereus: nouit nāq; oia uates. Quę ſint: q fuerint, quę mox uētura trahātur. & paulopoſt: Tū uariæ eludent ſpēs, atq; ora feraz. Fiet. n. ſubito ſus horrid⁹, atraq; tigris Squāmoſuſq; draco, & fulua ceruice Leęna, Aut acrē flāmæ ſonitū dabit: atq; ita uīclis Excidet, aut in aqs tenuis dilapſus abibit. & q ſequuntur. Proteus aūt idcirco in uarias figuras ſe cōmutaſſe fingit, q (ut Diod. ſcribit) rex fuit Aegypti: quem ægyptii Cætea uocāt: artiū & in ſiderum aſtrologiæ pitus. Aegyptiis aūt regib⁹ mos erat, ut leōis: aut tauri: aut draconis priore pte in capite ferrēt iſignia pricipat⁹. Q ñq uero arbore: qñq igne: qñq redolētia unguēta. Hęc aūt & ad decorē ornatūq; ſpecta bāt: & ſtuporē: & ſupſtitionē quādā aſpiciētib⁹ inicichāt. ¶ Maris cōplexi terrā. Nā terra ſinu eſt oium elemētorū quā ita ocean⁹ cōplectitur, ut aer oceanū: aerē æther: ætherem cælum.

Lacta Fabulę nonæ octaui libri argumentum.

¶ Nec min⁹ au: olyci cō iūx &c. Meſtre Eriſichthōis filia autolici uxor, cū parētē aiaduertiſſet, q i theſſalia lucū Cereris deuaſtaſſet: grauiſſimā experiri fame pœnā oibus reb⁹ ab eo cōſūptis, nouiſſime ſe quoq; p ācilla uēdidiſſet, a Neptunoq; ei⁹ uirginitate ademerat petiit ut ei ferret opē. At ille mō mor ei⁹ ɔcubitus cū ſpecioſiſſima dño tradita eſſet: ut effugeret eius fruitut ē in piſcatorem ea pceſſioris ętatis conuertit. Quo euētu in reliquas quoq; figuras ſolita eſt mutari: ut ptio ſui parētē pœnas pendēte alere poſſet: cuius exitus fuit talis: ut uarios i fame cibos noſ uiſſime uiſceribus ſuis epulari cogeret. Nō. n. ſinit Superi ſine Fata, ut Ceres cū Fame coire poſſit.

Raph. Metra Autolycus ¶ Nec min⁹ Autolyci ɔiūx: Metra Eriſichthonis filia. Autolycus uero (ut i Odyſſ. ſcri. Home.) pr fuit Anti Oui, Metha.

tiæ matris Vlyſſis decipiendi ac peierandi ſcientia & Mercurio donatus.

Eriſichthon

Eriſichthõ nata: Eriſichthõ Theſſalus fuit Deorum contemptor, q cum Cereri nemus cõſecratum, ac in eo quercum in qua nympha habitabat, ſuccidiſſet, Hamadryades illorũ montium incolæ ad Cererē cõuenerunt precantes, ut tãtam impietatem ulciſceretur. Ea uero & ſua & Hamadryadum cauſa mota numinum contemptorem Eriſichthonem nouo pœnę genere aſſidua fame cruciare decreuit. Vnam igitur e nymphis ad famem in ultimam Scythiam miſit, quæ nomine ſuo ipſam oraret: ut Eriſichthonē ita ſtimularet, ut nullis cibis ſatiari poſſet. Cum uero hoc perfeciſſet. fames. Eriſichthon poſteaquã totum patrimonium uentri impendit: unicã quoq; filiam nomine Meſtram, forma ita præſtantem, ut a Neptuno fuerit rapta, uendere coactus eſt. Ea uero ne ſeruiret, Neptunũ cui ſciebat ſe gratã eſſe rogaſſet, ut ſui miſereretur illico in piſcatorem uetulum eam ipſe tum mutauit: conceſſitq;, ut in quaſcunq; uellet formas ſe conuertere poſſet. Sed cum ſępius emptores prætio fraudaſſet, iiſq; doli omnes conſumpti eẽnt, Eriſichthõ membra propria cũ lacerare cœpiſſet, dignũ impietate ſua exitũ eſt ſortitus.

Rapha

Et nullos aris ad. honores: nullas diis uictimas imolaret. Nem⁹ Cereale: Cereri cõſecratũ. Temeraſſe: uiolaſſe. Annoſo robore: ſtipite uetuſto. Vna nem⁹: magnitudinē quercus innuit, quæ tanta erat: ut ſola nemus efficere poſſet. Memores tabellæ: memoriã eorum cõtinentes, qui ope illius nymphæ compotes uoti facti fuiſſent. Argumenta: ſigna & probationes. Trũci modum: ſtipitis magnitudinem. Circumiere: circundedere. Nec non & cætera tantum: tanto inquit maior reliqua ſilua erat ea quercus, quãto arbores herbis ſunt altiores.

Spreuerit: & nullos aris adoleret honores.
Ille etiam Cereale nemus uiolaſſe ſecuri
Dicitur: & lucos ferro temeraſſe uetuſto.
Stabat in his ingens annoſo robore Quercus
Vna nemus, uittæ mediam, memoresq; tabellæ:
Sertaq; cingebant: uoti argumenta potẽtis.
Sæpe ſub hac Dryades feſtas duxere choreas:
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine, trũci
Circum iere modum: menſuraq; roboris, ulnas
Quinq; ter implebat: nec non & cætera tantum
Silua ſub hac omnis. quantum fuit herba ſub illa.
Non tamen idcirco ferrum Dryopeius illa
Abſtinuit: famuloſq; iubes ſuccidere ſacrũ
Robur: & ut iuſſos cunctari uidit ab uno
Edidit hæc, rapta ſceleratus uerba ſecuri.
Non dilecta Deæ ſolum: ſed & ipſa licebit
Sit Dea: iam tanget frondente cacumine terram:
Dixit: & obliquos dũ telum librat in ictus:
Contremuit: gemitumq; dedit decidua Quercus:
Et pariter frondes: pariter pallescere glandes
Cœpere: ac longi pallorem ducere rami.
Cuius ut in trunco fecit manus impia uulnus:
Haud aliter fluxit diſcuſſo cortice ſanguis:
Quam ſolet: ante aras, ingens ubi uictima taurus
Concidit: abrupta cruore ceruice, profundi.
Obſtupuere omnes: aliquiſq; ex omnibus, audet
Deterrere nefas. ſæuamq; inhibere bipennẽ.
Aſpicit hunc, mentiſq; piæ cape pmia dixit
Theſſalus: inq; uirum cõuertit ab arbore ferrum,
Detrũcatq; caput: repetitaq; robora cædit.
Editus & medio ſonus eſt de robore talis.
Nympha ſub hoc ego ſum, Cereri gratiſſima, ligno:
Quæ tibi factorum pœnas inſtare tuorum
Vaticinor moriens, noſtri ſolatia leti.
Perſequitur ſcelus ille ſuum: labefactaq; tandem
Ictibus innumeris, adductaq; funibus arbor
Corruit: & multam proſtrauit pondere ſiluam:
Attonitæ Dryades damnõ, nemorumq;, ſuoq;,
Omnes germanæ Cererem cum ueſtibus atris
Mœrentes adeunt: pœnãq; Eriſichthonis orant:
Annuit his: capitiſq; ſui pulcherrima motu
Concuſſit grauidis oneratos meſſibus agros,
Molituq; genus pœnæ miſerabile. ſi non
Ille ſuis eſſet nulli miſerabilis actis:
Peſtifera lacerare fame: quæ, quatinus ipſi
Non adeunda Dea: (neq; enim Cereremq;, Famemq;.

Dryopes

Dryopeius Eriſichthon. Dryopes populi ſunt Theſſaliæ a dryope rege dicti: unde & Theſſalia Dryopis fuit appellata. Quidam tamen contendũt Triopeiũ a Triope patre eſſe legendum. Tã etſi dryopeius recte legatur i omnibus exemplaribus: & ex hac lectione nihil prorſus abſurdi ſequatur: & ſignate Dryopeius tanquã barbarus appellatur: eſt hac de cauſa paulopoſt Theſſalum quoq; ipſm uocet. Illa: ab illa. Sacrum robur: ſacrã quercum. Dedit: edidit: emiſit. Decidua: quæ decidebat. Ducere: capere: contrahere. Diſcuſſo cortice: fracto: aperto. Abrupta ceruice, abſciſſo collo. Profundi: effundi: profluere. Deterrere: terrore: diſſuadere. Sęuam bipennẽ: crudelem: utpote: quæ cædebat quercum gementem: ſiue potius ipſe ſæuus: uel ſit hypallage. Theſſalus: Eriſichthõ. Editus e medio de robore. Altera harum præpoſitionum redundat: tantumq; ueſſui: non etiam ſenſui neceſſaria uidetur. Forſitan uero. &. loco illius e præpoſitionis eſt legendum: ac pro etiam accipiẽdum. Inſtare: imminere: ac propinquas eſſe. Perſequitur: pẽ ragit. Adducta: attracta. Proſtrauit: in terram deiecit. Attonitę Dryades: pterritę arborũ nymphę. Veſtib⁹ atris: pullis ac nigris luctui conuenientibus. Annuit: nutu conſenſit atq; promiſit. Molitur: prępatat. Miſerabilis: miſericordia dignus. Lacerare: laniare: cruciare. Quatinus: quoniam.

Detere.



Raphia

Coire: conuenire. Contraria nãq; ſimul eſſe nõ poſſunt: eſt autem parentheſis cauſam cõtinens cur famẽ Ceres adire non poſſit. Oreada: nympham montanam. Oreades nãq; mõtium ſunt nymphæ ἀπὸ τοῦ ὄρους: hoc eſt a mõte cognominatæ. Eſt loc⁹ extremis: topographia & loci maxime Fami conuenientis deſcriptio: ut q perpetuis frigoribus ſit ſterilißimus. Scythię glacialis frigidiſſimæ ubi ſunt perpetuæ niues. Scythia autẽ a Scythe Iouis filio qui primus arcum & ſagittas inueniſſe ſcribit, fuit denominata. Triſte ſolũ infœcũda terra: ut triſtes arbores dicimus ĩfructuoſas. Sterilis: expoſitio eius quod dixit Triſte ſolũ. Frigus iners: pigrũ ab effectu: q pigros faciat & inertes. Pallorq;, tremorq;: hi ſunt perpetui frigoris. comites. Condat: ut abſcondat. In præcordia ſcelerata: Hypallage eſt. Nam ſcelerati & ſacrilegi Eriſichthonis præcordia iubet a fame occupanda. Vincat: ſuperaẽ poſſit. Sacrilegi: Eriſichthonis. Sacrilegus nanq; dicitur: qui ſacra uiolat: atq; furatur. Viæ ſpatium: uiæ longitudo. Moderare dracões: regas atq; guberne. Currus autem Cereris a draconibus trahi fingitur. Caucaſon appellant: Caucaſus mons eſt Scythiæ omnium altiſſimus, perpetuiſq; niuibus tectus. Quæſitamq; famem: ita tamen deſcribit poeta, ac ſi corp⁹ haberet fœminaq; eſſet famelica. Hirtus erat crinis: horridi erãt capilli. Labra incana: ualde pallida. Situ ſquallor: illuuie. Scabri: aſperi. Extabant: eminebant. Ventris erat p uentre locus: nihil uentris hẽbat. Crate ſpinę: oſſa, ſpinę, & coſtas a ſpina ipſa orientes cratẽ appellat ob ſimilitudinẽ. Articulos: nodos. Immodico tubere: magno tumore. Neq; enim eſt accedere iuxta Auſa: nympha nec, fameſcere indpe teſtitõ eſt auſa ad Famẽ accedere. Eſt autem parentheſis cauſam exprimens cur propius ad

Famis patria

Oreades

Scythia

Famis deſcriptio

Triſte

Sacrilegus

Caucaſus

Fati coire ſinunt montani numinis unam
Talibus agreſtem compellat Oreada dictis
Eſt locus extremis Scythiæ glacialis in oris
Triſte ſolum: ſterilis, ſine fruge, ſine arbore tellus,
Frigus iners, illic habitant palloq;, tremorq;:
Et ieiunia Fames: ea ſe in præcordia condat
Sacrilegi ſcelerata iube: nec copia rerum
Vincat eam: ſuberetq; meas certamine uires:
Neue uiæ ſpatium te terreat, accipe currus:
Accipe quos frenis alte moderere dracones,
Et dedit: illa dato ſubnectat per aera curru
Deuenit in Scythiam: rigidiq; cacumina montis
(Caucaſon appelant) ſerpentum colla leuauit:
Quæſitamq; Famem lapidoſo uidit in agro
Vnguibus, & raris uellentem dentibus herbas:
Hirtus erat crinis: caua lumina: pallor in ore.
Labra incana ſitu: ſcabriq; rubigine dentes.
Dura cutis: per quam ſpectari uiſcera poſſent.
Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis.
Ventris erat pro uentre locus pendere putares
Pectus: & a ſpinæ tantummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies: genuumq; tumebat
Orbis: & immodico prodibant tubere tali.
Hanc procul ut uidit (neq; enim eſt accedere iuxta
Auſa) refert mandata Deæ paulumq; morata,
Quanq̃ aberat longe, q̃q̃ modo uenerat illuc,
Viſa tamen ſenſiſſe famem: retroq; dracones
Egit in Aemoniam uerſis ſublimis habenis.
Dicta Fames Cereris (quamuis contraria ſemper
Illius eſt operi) peragit, perq; aera, uento
Ad iuſſam delata domum eſt. & protinus intrat
Sacrilegi thalamos: altoq; ſopore ſolutum
(Noctis enim tẽpus) geminis amplectitur ulnis:
Seq; uiro inſpirat: fauceſq;, & pectus, & ora
Afflat: & in uacuis peragit ieiunia uenis
Functa mandato fœcundum deſerit orbem:
Inq; domus inopes, aſſuetaq; uertitur antra.
Lenis adhuc ſomnus placidis Eriſichthona pennis
Mulcebat: petit ille dapes ſub imagine ſomni.
Oraq; uana mouet: dentemq; in dente fatigat.
Exercetq; cibo deluſum guttur inani.
Proq; epulis tenues ne quicquam deuorat auras:
Vt uero eſt expulſa quies, furit ardor edendi,
Perq; auidas fauces, immenſaq; uiſcera regnat.
Nec mora: quod põtus, quod terra, qđ educat aer:
Poſcit: & appoſitis queritur ieiunia menſis
Inq; epulis, epulas quærit: quodq; urbibus eſſe,
Quodq; ſatis poterat populo. non ſufficit uni.
Pluſq; cupit: quo plura ſuam dimittit in aluum.
Vtq; fretum recipit de tota flumina terra:

Famem nympha non acceſſerit. Refert mandata Deæ: Cereris mandata expoſit. In aemoniã Theſſaliã, quæ ſepius nomina mutauit. Nam & pelaſgicum argos. & Hellas & Dryopis. & Gręcia. & Hellenis a regib⁹ fuit cognominata. Sublimis: alta, per aerem nãq; uolabat. Quamuis cõtraria ſemper: neq; enim ubi ſũt fruges: quę ſunt opera cereris: ibi Fames poteſt eẽ. Fruges præterea a Cerere inuẽtas fames aſſidue conſumit. Ad iuſſã domum: Eriſichthonis. Alto ſopore: profundo ſomno. Noctis enim temp⁹ erat ſubaudiatur. Eſt autem parentheſis expouẽs Eriſichthon ſomno ſolut⁹ eſſet. Functaq; mandato: cum Cereris mandatũ peregiſſet. Fœcundum orbem: frugiferũ. Vertitur: reuertitur. Mulcebat. fouebat. Sub imagine ſomni: per inſomniũ. Sibi. n. fameſcere uidebatur in ſomno. Oraq; uana mouet: ſibi eni; fruſtra comedere uidebat. Inani cibo: uanis & falſis epulis. Immenſa uiſcera: inexplebilia. Ardor edendi: dira fames. Nec mora ſubito. Queritur ieiunia: conqueritur ſe ieiunũ eſſe. Satis eſſe: ſufficere. Pluſq; cupit quanto plura comedebat. tãto plura appetebat Eriſichthon. Vtq; fretũ: dupli ci ſimilitudine poeta eleganter oſtendit, q̃ inſatiabilis eſſet Eriſichthõis auiditas edendi.

Aemonia

Raphi

Nec ſatiatur:nec expletur. Cremat:cōburit. Ipſa turba.ipſa rerum copia. Petit:appetit. Quo enim plura igni ligna imponuntur.eo plura abſumūtur. Semperq; locus fit inanis edendo:uenter edendo non impletur:ſed euacuari poti⁹ uidetur. Attenuarat: tenues ac puas affecerat. Inattenuata: nō diminuta. Flamma gulæ:ardor edendi: auiditas. Demiſſo in uiſcera cenſu: cōſumpto patrimonio. Non illo digna parente:cum enim ipſe maxime impius eſſet.ea fuit tāta pietate,ut nunq̄ parenti ſe deferere ſuſtinuerit:quinimo quibuſcūq; potuit modis aluerit. Dominū generoſa recuſat:cauſa cur dominum recuſaret generoſa erat. Raptę uirginitatis:ereptę:iam enim Neptunus eam uitiarat. Hæc Neptunus habebat:expōit poeta id quod puella tacuerat:eam a Neptuno fuiſſe raptā. Qui prece non ſpreta:exaudiuis precib⁹. Modo:paulo ante. Hero: domino, cui a patre Eriſichthone fuerat uendita. Pendētia æra:hamos ex ære cōfectos:eſt eni metonimia. Cœlas: occultas. Sic mare compoſitum:optādi eſt aduerbiū ſic hoc loco. Nam ſtantem in littore uidi:parentheſis eſt continens aſſeuerationem. Neq; enim ueſtigia longius extant:ſignificat eam longius nō proceſſiſſe: cū pedum ueſtigia non appareant. Bene cedere: id bonū ſibi cedere. Senſit:cognouit: animaduertit. Recuſata rogantem his uerbis ſe interroganti reſpōdit. Oneratus: ſollicitus. Inhæſi: intentus fui. Sic has Deus æquoris artes:ambigue dictum & artem:piſcādi nanq; & fraudes:quibus utebatur intelligere poſſum⁹. Et uerſo dominus pede preſſit harenas:retroceſſit per harenam. Sua forma: uirginis propria. Suam filiā ſubaudiam⁹. Trāſ

Metra in piſcatorē

Nec ſatiatur aquis,peregrinoſq; ebibit amnes:
Vtq; rapax ignis non unq̄ alimenta recuſat:
Innumeraſq; faces cremat:& quo copia maior
Eſt data,plura petit,turbaq; uoracior ipſa eſt:
Sic epulas omnes Eriſichthonis ora prophani
Accipiunt:poſcuntq; ſimul.cibus omnis in illo
Cauſa cibi eſt:ſemperq; locus fit inanis edendo.
Iamq; fame patrias,altiq; uoragine uentris
Attenuarat opes:ſed inattenuata manebat
Tum quoq; dira fames.implacatæq; uigebat
Flamma gulæ:tandem demiſſo in uiſcera cenſu,
Filia reſtabat,non illo digna parente.
Hanc quoq; uēdit inops:dominū generoſa recuſat:
Et uicina ſuas tendens ſuper æquora palmas,
Eripe me domino,qui raptæ præmia nobis
Virginitatis habes(ait)hæc Neptunus habebat:
Qui prece nō ſpreta,quis modo uiſa ſequenti
Eſſet hero)formamq; nouat:uultumq; uirilem
Induit,& uultus piſces capientibus aptos.
Hanc dominus ſpectans:o qui pendentia paruo
Æra cibo celas moderator arūdinis inquit,
Sic mare compoſitum,ſic ſit tibi piſcis in unda
Credulus,& nullos niſi fixus ſentiat hamos
Quæ modo cum uili turbatis ueſte capillis
Littore in hoc ſteterat(nam ſtātem in littore uidi)
Dic ubi ſit.nec enim ueſtigia longius extant,
Illa Dei munus bene cedere ſenſit:& a ſe
Se quæri,gaudens,his eſt recuſata rogantem,
Quiſquis es,ignoſcas.in nullam lumina partem
Gurgite ab hoc flexi:ſtudioq; oneratus,inhæſi.
Quoq; minus dubites:ſic has Deus æquoris artes
Adiuuet,ut nemo iamdudum littore in iſto,
Me tamen excepto:nec fœmina conſtitit ulla,
Credidit:& uerſo dominus pede preſſit harenam:
Eluſuſq; abiit:illi ſua reddita forma eſt.
Aſt ubi habere ſuam transformia corpora ſenſit:
Sæpe pater dominis Triopeida tradit:at illa
Nūc Equa:nūc Ales:mō Bos:modo Ceru⁹ abibat:
Præbebatq; auido non iuſta alimenta parenti:
Vis tamen illa mali poſtq̄ conſumpſerat omnem
Materiam:dederatq; graui noua pabula morbo:
Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu
Cœpit.& infelix minuendo corpus alebat.
Quid moror externis?etiam mihi ſæpe nouandi
Corporis o iuuenes numero finita poteſtas:
Nā modo q̄ nūc ſum,uideor:mō flector in anguem
Armenti modo dux uires in cornua ſumo:
Cornua dum ſumpſit:nunc pars caret altera telo
Frontis.ut ipſe uides(gemitus ſunt uerba ſecuti.)

formia:quæ poſſint transformari in uarias figuras.hoc autem iddirco fictum eſt q̄ Metra Eriſichthonis filia pulchra adeo fuit & formoſa:ut qui illam aſpicerent:ſtatim amore ipſius caperentur. Cum autem illius temporis homines pecunia nō uterent.alii quidem ex Metræ procis boues: alii equos:alii oues:alii capras ipſi largiebant. Quod quidem cum Theſſali uiderent:ac undiq; Eriſichthoni uictū cernerent congregatum:aiebāt Metram patri fuiſſe & bouem:& equum:& ouem:& quęcūq; ea dono accepiſſet. Sicq; & fabulæ locus eſt datus:& huic puerbio:qd in leues a græcis dicit Μετρὰ. βαίτερος Μητρᾶς: hoc eſt mutabilior Metra. Non iuſta:iniuſta,ut pote per fraudes:& dolos q̄ ſita. Vis tamen illa mali:illa morbi uiolentia. Noua pabula: nouiſſimos & ultios cibos. Externis:alienis transformationibus. O iuuenes. Theſeum & Lelega alloquitur Achelo⁹. Numero finita poteſtas: in tres enim ſolū uarias figuras ſe cōuertere poterat: achelous in hominem:in anguē in taurum. Telo:cornu quo ab Hercule(ut in ſequēti uolumine narrabit), fuit priuatus. Gemitus. ſuſpiria: quibus ſignificat ſe ualde effracto cornu dolere.

Metra i uarias figuras

Prouerbium in leues

Fabulæ



Fabulæ primæ noni libri argumentum.

Lactā.

Quæ gemit⁹,truncæq; Deo &c. Deianira Oenei filia Aetolaq; uirgo ſpecioſiſſima cū a multis peteretur pater conſtituit ei coniugio daturum:qui luctandi cauſa ueniret. Manentibus itaq; numero potentum duobus acheloo flumine & hercule:quia reliqui ob metum ceſſarāt in certamen pceſſum eſt. Cum ergo achelous naturalibus modis Herculem eluderet:modo in ſi quorem:modo in ſpeciē draconis:nouiſſime i taurī figuram cōuerſus aſſiſtit. Quē Hercules ut amplexus eſt reluctantem: alterum cornu quod implicauerat brachiis rapuit et extorſit. Quo dolore ille hac deformitate aduerſati uiribus ceſſit. At nymphę Naiades fluminis filię effecerunt ut id quod erepti capiti erat omnibus copiis autūnalibus repleretur apud poſteros maximū haberet fructū & miſeratione. Itaq; cornucopiæ effectum eſt, ut diceretur omnibus temporibus.

Procus ſane mihi amtiu fuerat achelous:qui tribus me formis a patre petiit:manifeſtus.n.inceſſit taurus:alias tortus uarias p notas draco:aliq̄ mole ualida bouis p ſe ferens frontem. Addit nōnulli amalthææ cornu cōpræid eſſe:qd hercules ab acheloi frōte factū Oeneo dono dedit:ex quo qdē pleriq; talem educūt hiſtoriā. Achelou; enim ſicut flumina reliqua tauro comparat ob ſonos ipſos: & alueoq; circunflexiones quas cornua uocat. Draconi quoq; propter obliquata ipſius magnitudinē. Herculē quoq; oibus altoq; mortalib⁹ bnficiū Oeneo affinitate cōiūctū aggerib⁹ & foſſis fluuiū pperā,& dānoſe labentē coercuiſſe aiunt: eāq; regionē fertiliſſimā reddidiſſe,hocq; amaltheæ cornu eē. Hoc uero idem & Dio.i.y.Bibliothecę ſcribit. Hercules ingt in Calydoniq; gratiā fluuiū acheloū i aliū curſū diuertēs plurimos agros ex aque irrigatiōe fertiles pſtitit,cui⁹ rei & poetę qdā meminere ſcribētes cū acheloo herculem ſub tauri ſpecie certaſſe q cū in cōgreſſu tauri alterū cornu fregiſſet: Aetolis illud qd amaltheæ cornu uocāt dono dedit fructuū oium uarietate,taliūq; q̄ eiuſmōi pomoq; copia repletū. Fingunt uero poetę acheloi cornu foſſā a fluuio ductā:pomis uero ac malis pſicis & racemis mōſtrari regioīs fertilitatē: quā fluuii humor pſtet.amalthęe uero cornu durā eē oſtēdit ex re opis illi⁹ difficultas ſignificat. Neptun⁹ heros: Theſe⁹ neptuni nepos. Truncęq; fron.mutilatę.altero.n.

Hyſtoriæ ueritas

RAPHAELIS Regii in nonum Metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.




P.Ouidii Naſonis Metamorpho.Liber nonus.

Raphi

Hercu lis cum acheloo certamē

Quæ ge. &c. Herculis luctam cum acheloo i huius uoluminis initio ita deſcribit poeta ut & librū libro & fabulā fabulę eleganter cōnectat: uariaſq; Acheloi trāſfigurationes interlucandū exponat. Cō.n. Deianira Oenei Calydonię regis filiā cū multis aliis hercules,achelo⁹q; petiiſſent uirginis pater decreuit,ut is illa potiretur,qui in luctæ certamine ſuperior eſſet. Cū igit alii ceſſiſſent: hercules atq; achelo⁹ ineunt luctā,in q̄ cū alter uirtute ſuperior eſſet:achelous ad notas artes decurrit. ac cū ſe & in anguem,& in taurū fruſtra mutaſſet uict⁹ alteroq; cornu mutilatus,pudore ſe in ſuū fluuiū cōiecit. Nymphę uero cornu illud ſuſcipiētes omni fructuū genere repleuerūt:cornuq; copiæ appellauerunt. Hoc uero inde factū eſſe Strabo eſt auctor. q cū Achelous limo quem ducit limites ſemp confunderet:bella inter aetolos & acarnanes uicinos ciebat. Cumq; arbitri nulli eſſent:armis non iudicio decertabant. Victoria uero reportabāt q̄ plus uiribus ualebant. Quare cum hercules fluuiū dānoſe labentē aggeribus & foſſis intra alueum cohibuiſſet tanq̄ debellaſſet:Acheloū uictoriæ præmium reportauit Oenei filiæ Deianiræ nuptias. Eam quidē Sophocles tragicus hoc modo loquentē inducit.

Copiæ cornu

Q Væ gemitus,truncæq; Deo Neptunius heros
Cauſa rogat frontis.cum ſic Calydonius amnis
Cœpit,inornatos redimitus arundine crines,
Triſte petis munus: quis.n.ſua prælia uictus
Commemorare uelit?referam tamen ordine:nec tam
Turpe fuit uinci.q̄ contendiſſe decorum.
Magnaq; dat nobis tantus ſolatia uictor:
Nomine ſi qua ſuo tādem peruēnit ad aures
Deianira tuas.quōdam pulcherrima uirgo:
Multorumq; fuit ſpes inuidioſa Procorum.

cornu carebat. Redimit⁹ crines: cinctos hūs crines. Arūdine:corona ex arūdinib⁹ cōfecta:qbus fere fluuioq; ripę abūdāt. Tāt⁹ ui.q̄t⁹ hercules fuit. Noie ſi q̄ ſuo tan.enarrare icipit achelo⁹ certamē ſibi p deianirę nuptiis ſuſceptū. Si q̄ deianira: q̄ uacat,neq;.n. expoſcit a ſenſu tm̄q; carmē expellet:qlē illd apd Vir. Si q̄ fata ſināt. Tādem.aliqn. Tādē.n.(ut Pōpeius ſcri.)iterdū aliqn ſignificat,iterdū p ſupuacuo ponit:interdū affectū:& indignatioi ſeruit.Vt Cicero. Q uouſq̄ tādē abutere patientia nrā Catilina. Multoq; proc.dicit,q aliquā uxorē poſcīta pcādo deciuati. Nā pcare eſt poſcere:uñ & procaces meretrices ab aſſidue poſcendo uocantur. Domus eſt intrata: participium paſſiuum contra grammatices rationem formatum,

Tandē

Procare procaces

Raph.

Robore Miletum,Phœboq; parente,ſuperbum
Pertimuit:credenſq; ſuis inſurgere regnis.

Raph: ¶ Natus:filius amphiarai alcmæon,q pr̄em ulciſcēdo pius,occidēdo uero matrē ipius fuiſſe iudicat. ¶ Exul mē.demēs atq; furioſus. ¶ Domuſq;:nā domo fugiēs in acarnaniā peruenit:ut parricidium expiaret. ¶ Donec eum cō. Callirhoe acheloi filia. ¶ Fatale au.monile pnicioſum:qd̄ qui habebat:infortuniis uexabat. Id aūt alcmæon ablatu; matri iam alpheſibœę tradiderat. ¶ Phegeius enſis: Phegei filiorū:a qbus alcmæon fuit interemptus. ¶ Hauſerit:aperuerit:uulnerauerit. ¶ Tū de.tādē; poſt interfectū maritum. ¶ Acheloia ſup.callirhoe acheloi filia Alcmæonis uxor. ¶ Vltoris:almæōis: qui patrem fuerat ultus. ¶ Dona pri.nu. Hebes:q & priuigna. & nurus ioui erat.Na; iunonis filia fuit ſine patre, & herculis ioui filii uxor. ¶ Præcipiet: antecapiet. ¶ Impubibus annis puerilibus.
(margin: Phege⁹)

Fabulę nonę noni libri argumentum.

Lactā. ¶ Hec ubi &c. Miletus ex īſula Creta in aſiā pfectus ibi urbē ſui nōis cōſtituit: hac ex Mæandri filia byblis & Caunus:ex his byblis cū fratrē corpali amore potiuſquā pio:patrioq; amore diligeret.Nec ueſaniā cupiditatis cōpeſceret atq; ꝑ literas deteſtādum amorē indicauiſſet:furiali ueſania ipſe inſtitutus patriam pfugit.Que; illa dū ueſtigiis perſequitur multas per menſam gētes: nouiſſime in Cariam uenit: ibiq; aſſiduo mœrore: & fletu fatigata cū cōcidiſſet: nympharū Lelegidū miſericordia expirātes lachrymę in fontem conuerſę ſūt qui dominæ nomine eſſet inſignis.
(margin: Deos ſatis obnoxios eē.)

Raph: ¶ Hæc ubi faticano: Byblidos in fontem ſui nois metamorphoſin deſcripturus poeta:nōnulla pmittit qbus eam cōmodius cum ſuperiore connectat. ¶ Faticano:fata canenti. ¶ Eadem dona:ut iuuenes fierēt. ¶ Pallantias:Aurora Pallantis gigantis filia. ¶ Sui cōiu. Tithoni,qui ſenio tandē in cicadā fuit conuerſus. ¶ Iaſona flaua Ceres:ſic qdē fere hactenus corrupte lectū eſt:quod perq̄ m.rādum eſt cū iaſona & quadriſyllabum ſit,& primam corripiat ſyllābam:quod ſane haud imperiti quidam animaduertentes Aeſona putarunt eſſe legendum.Quo quidem modo nulla uis ratiōni carminis affertur:ſed cum nemo priſcorū ſcribat Aeſonem a Cerere fuiſſe amatū cenſuerim iaſiona:q actūs in gnq; ſyllabas excurrit:ita eſſe legēdū:ut illud epithetō flaua penitus eradatur.Huic aūt lectioni nō uetuſtiſſima ſolū exēplaria:ſed hyſtoriæ quoq; aſtipulant̄. Tradūt.n.iaſiū(q & iaſiō dr̄)iouis ex Electra filiū adeo a Cerere fuiſſe amatū:ut in eius gratiā ad nuptias hermiones ipſius iaſii ſororis maximā frumēti ac panis copia; attulerit: ac ex eo Plutum pepererit: qui cultum uitę inſtituere: pecuniaſq; coaceruare, ac in uſus cuſtodire oīum primus docuit:cum antea priua congregandæ: ſeruandęq; pecunię fuiſſet cura. Hæc in.yi.biblioteces lib.(ne qs me finxiſſe putet) a Dio.ſcribuntur. ¶ Poſcit Erichthonio: Erichthoni⁹(ut dixim⁹)ex Vulcani ſemine in terrā a Pallade ipſum ſpernēte pedibus decuſſo natus eſt . ¶ Et Anchiſæ an. Anchiſen a Venere amatu;. Aeneāq; ex ea ſuſceptū carmine Virg. notius eſt q̄ hoc loco ſit exponendū. ¶ Cui ſtudeat: faueat. ¶ Quo rui.qd ſine ulla ratione affectatis Oīa aute; fatis gubernari iuppiter cōcludit. ¶ Vos et:ordo eſt.Fata regunt ēt uos & me quoq;, ut hoc animo meliore feratis. ¶ Nec noſtrum curuarent Aeacō:hoc eſt in curuā ſenectute redderent. Tres aūt filios ſuos iuſtitia inſignes Aeacon, Rhadamāthū,& Minoē diis commemorat iuppiter:q oēs iam cōſenuerant:neq; per fata iuueneſcere poterant. ¶ Nec ſuſti.ult⁹ q̄ri:nec ullus audet conq̄ri. ¶ Terruerat magnas gen.nā Minois impium late patebat. ¶ Tunc erat inua.cum ea Iuppiter dixit. ¶ Deionideq; iuuētæ robore Miletū:Miletus Solis fuit filius ac Paſiphaes Minois uxoris frater:qui cum Minoen iam ſenio cōfectū regno priuare pararet:a ioue deterritus in aſiam ſponte aufugit:ubi & urbem condidit: quam de nomine ſuo. Miletum appellauit:& Cyanē nymphā Mæandri fluuii filiam compreſſit:ex qua Caunū & Byblida liberos ſuſcepit.Sed byblis cū adoleuiſſet ita fratris amore ardere cœpit,ut epiſtola quoq; cū ī amplexus ſuos pellicere auſa ſit.Cæterum Caunus nefandā ſororis libidinē deteſtatus ex pr̄ia aufugit:byblis uero inſecuta,cum iam & Cariā & Lyciā & Lelegas peragraſſet
(margins: Iaſius; Erichthonius; Milet⁹)

labore ac lachrymis confecta,nympharũ miſeratione in fontem ſui nominis fuit commutata. ¶ Deionidem: Deionei forſitan filium,ut uulgus putabat. Nã apollinis fuiſſe filium poeta teſtat̃:tametſi nuſq̃ legi a Deioneo ipm ducere originem:pterq̃:ꝙ Ouid.id inuere ui deiur:ac uariæ qdẽ ſunt de Mileto priſcorum opiniones. Alii nanq; Euxantii ex Micone nati filium fuiſſe aiunt: alii apollinis ex aræa Cleochi filia:qui bus aſtipulatur ariſtocritus ſcribens aræam Cleochi fuiſſe filiam:ex qua & apollinem genitum eſſe infantem:qui in Milicã herbam fuerit expoſitus. Suſceptum autem a Cleocho fuiſſe & a Milace Miletum nominatum. Forſitan autem Cleoclidem legendum eſt: non Deionidem,ut eſt in exemplaribus ſcriptum: ſed cum ad uirilem perueniſſet ætatẽ Miletus,a Minoeq; odio haberetur: feceſſiſſe primum in Samum:ubi etiã locus eſt ab illo Miletus cognominatus. Deinde cũ in Cariam tranſiſſet:urbẽ ędificaſſe.atq; a ſuo nomine Miletum appellaſſe.

Miletus mileti cõditor byblidis amores

Alii autem ſcribunt a Sarpedone Iouis filio Miletũ ædificatam,& ab ea: quæ eſt in Creta nominatam. Ipſam uero primũ Pityuſam:ſiue aſteriam:deinde anactorium:poſtea Miletũ fuiſſe uocatam.

Raph. ℭArcere patris penatib⁹: ex Creta ac iperio ſuo expellere. ¶ Aegęas metiris aquas:aegæum mare tranſis. ¶ In aſide terra: i aſia terra. Patronymicum.n. pro poſitiuo poſitum eſt. ¶ Mœnia cõſtituis: Oui. quidẽ ſentit Miletum urbem a mileto Solis filio & conditam & appellatam. Strabo autem ex Ephori ſcia ſcribit duas eſſe Miletos:ueterem & nouam: ac ueterẽ quidem a Cretenſibus Sarpedone duce ędificatã: Miletũq; cognominatã a Mileto: quæ eſt in Creta:cum prius Leleges eum locum tenerent. Nouam uero poſtea a Neleo conditã fuiſſe iuxta mare: quatuorq; eam portus habere. ¶ Filia Mæandri:

mileti duæ

mæãder

Haud tamen eſt patris arcere penatibus auſus.
Sponte fugis Milete tua:celeriq; carina
Aegæas metiris aquas:& in Aſide terra
Mœnia conſtituis,poſitoris habentia nomen:
Hic tibi,dum ſequitur patriæ curuamina ripæ
Filia Mæandri toties redeuntis eodem
Cognita Cyanee præſtanti corpore nympha
Byblida cum Cauno prolem eſt enixa gemellam:
Byblis in exemplo eſt:ut ament conceſſa puellæ.
Byblis Apollinei correpta cupidine fratris.
Non ſoror,ut fratrem.nec qua debebat,amauit.
Illa quidem primo,nullos intelligit ignes.
Nec peccare putat:ꝙ ſæpius oſcula iungat.
Quod ſua fraterno circundet brachia collo
Mendaciq; diu pietatis fallitur umbra:
Paulatim declinat amor:uiſuraq; fratrem
Culta uenit:nimiumq; cupit formoſa uideri.
Et ſi qua eſt illic formoſior: inuidet illi:
Sed nõdum manifeſta ſibi eſt:nullumq; ſub illo
Igne facit uotum:uerum tamen æſtuat intus
Iam dominum appellat iã nomina ſanguinis odit.
Byblida iam mauult:q̃ ſe uocet ille ſororem:
Spes tamen obſcœnas animo demittere nõ eſt
Auſa ſuo uigilans:placida reſoluta quiete
Sæpe uidet,quod amat:uiſa eſt quoq; iũgere fratri
Corpus:& erubuit:q̃uis ſopita iacebat:
Somnus abit,ſilet illa diu.repetitq; quietis
Ipſa ſuæ ſpeciem:dubiaq; ita mente profatur.
Me miſeram.tacitæ quid uult ſibi noctis imago?
Quam nolim rata ſit:cur hæc ego ſomnia uidi?
Ille quidem eſt oculis,q̃uis formoſus iniquis.
Et placet:& poſſit:ſi non ſit frater,amari.
Et me dignus erat:uerum nocet eſſe ſororem.
Dummodo tale nihil uigilans committere tẽtem:
Sæpe licet ſimili redeat ſub imagine ſomnus.
Teſtis abeſt ſomno:nec abeſt imitata uoluptas.
Proh Venus,& tenera uolucer cum matre Cupido
Gaudia,quanta tuli?quam me manifeſta libido
Contigit?ut iacui totis reſoluta medullis?
Vt meminiſſe iuuat?q̃uis breuis illa uoluptas:
Noxq; fuit præceps:& cœptis inuida noſtris.
O ego,ſi liceat mutato nomine iungi:
Quam bene Caune tuo poteram nurus eſſe parẽti
Quã bene Caune meo poteras gener eſſe parẽti.
Omnia Dii facerẽt:eſſent communia nobis,
Præter auos:tu me uellem generoſior eſſes:
Neſcio quam facies igitur pulcherrime matrem

Mæander fluuius eſt Phrygię adeo flexuoſus:uti ſeipſum redire uideat̃. ¶ Cognita Cyanee:duæ nymphę hoc nomine a poetis donat̃. Altera Sicula Proſerpinę ſocia:altera mæandri filia. ¶ Eſt enixa:peperit. ¶ Byblida cũ Cauno:Byblis ẽt Byble a quibuſdam uocat̃: unde Byblus Phœniciæ urbs omnium antiquiſſima:quę a ſaturno ædificata perhibet̃. ¶ Apollinei fra.formoſi,atq; apollini ſilis:ſiue ab apolline originem ducentis. ¶ Nec qua debebat:quatenus. ¶ Mẽdaci umbra:fallaci ſpecie. ¶ Paulatiʒ declinat amor inclinat in nefandam libidinem. ¶ Sed nõdum eſt manifeſta ſibi:nondum inquit ſe amore captam eſſe intelligit. ¶ Iam dominũ appellat: ut enim amicæ uocantur dominę:ſic amatores domini appellãtur. ¶ Iam no.ſan.odit:fratrẽ & ſororem. ¶ Demittere: immittere : concipere. ¶ Spes obſcœnas:coeundi cuʒ fratre. ¶ Placida reſoluta qete:dormiẽs. Placida eniʒ quies ſomnus eſt. ¶ Viſa eſt quoq; iungere fratri. Corpus:hoc eſt byblis dormiens ſibi eſt uiſa coire cum fratre:id quod amãtibus fere uſu uenire ſolet. ¶ Silet illa diu: ſtupebat enim noua illa uoluptate:quã ſenſerat. ¶ Repetit:in mentem reuocat. ¶ Speciẽ ſuę quietis: imagineʒ ſui ſomni. ¶ Me miſeram: eleganter uirginis amore captæ cogitatiões: narioſq; affectus effingit poeta. ¶ Tacitę no.i quã omnia tacent animalia. ¶ Quamuis iniquis: q̃tũuis inimicis. Magna eſt autem pulchritudo, quæ ab inimicis quoq; approbetur. ¶ Imitata:ſimulata imaginata. ¶ Proh Venus:hac exclamatione byblis ſe maximam illo iſomnio ſenſiſſe uoluptatem aperte oſtendit. ¶ Tenera:delicata. ¶ Vt:q̃. ¶ Pręceps:breuis ac uelociter fugiens. ¶ Mutato nomine: ſororis,ſubaudiatur.

ℭHei



Raph. ℭHei mihi:cruciatur Byblis,ꝙ Caunus ſibi tantũ frater, non etiam maritus ſit futurus. ¶ Mea uiſa: mea inſomnia: ¶ Dii melius: habent,faciuntq; q̃ homines,qui ſorores proprias uxores ducunt. ¶ Sic Saturnus Opim: Opis filia fuit Cęli:quę Saturno fratri nupta multos filios procreauit. ¶ Iunctaʒ ſibi ſanguine: conſanguineam & ſororem. ¶ Oceanus Tethyn. Tethys Cæli & ueſtę filia Oceano fratri nupſit:eiq; maximam nympharum multitudineʒ peperit. ¶ Sunt ſuperis ſua iura:alia iquit iura dii alia homines habẽt. ¶ Ad cæleſtia:ad cæleſtium exemplum. ¶ Ritus humanos: hominuʒ mores. ¶ Diuerſaq; fœdera: ad exemplũ diuerſorum fœderum & legum,alia nanq; ſunt fœdera hominum:alia Deorum. ¶ Vetitus ardor:prohibit⁹,ac nefandus amor, ¶ Arbitrium:uoluntatem pręſentiam. ¶ At nõ aeolidæ:Macareus aeoli fili⁹ cum Canace ſorore concubuit,ex eaq; filium ſuſcepit:qui cum a nutrice domo efferretur, ſeipſum uagitu prodidit. Quare indignatus Aeolus gladiuʒ filiæ miſit, quo pro meritis uteretur, Macareus uero aufugit. Ad eleuandum autem ſcelus byblis plurali numero utitur, cum Macare⁹ ſolus ex aeolidis cũ ſorore coiuerit. ¶ Vnde ſʒ hos noui:? Anaſtrophe eſt:ſed.n. coniunctio primum in oratione locuʒ obtinet:ſeipſam autem repręhẽdit Byblis,quod nefandi amoris exempla ſibi uenerint in mentem. ¶ Obſcœnæ flammæ : turpes amores. ¶ Q ua fas ẽ:quatenus licet atq; honeſtuʒ eſt. ¶ Indulgere:obſequi. ¶ Ergo ego:affectuʒ oſtẽdit hoc loco ergo. ¶ Non reiectura:non repulſura. Diſtrahitur autem byblis in uarias cogitationes:hic ab amore:illinc a pudore. ¶ Coget amor potero: ſi coniunctio ſubaudienda eſt: Si coget amor. Sic Iuuenalis: Greculus eſuriens in cælum iuſſeris ibit. ¶ Viderit:Caunus uiderit qd ſit acturus. Cæteruʒ nos et noſtros amores aperiamus. ¶ Hei mihi quo labor:? ſic & amore & pudore uexatur byblis,ut quid agat eligere neſciat. ¶ Ignẽ:ardorẽ,furorẽ. ¶ Meditata:excogitata. ¶ Dextra tenet ferrum:ſtylũ ferreum,quo in tabulis etiaʒ nunc ſcribitur. Geſtum autem ſcribentis in tabellis exprimit. ¶ Vacuam cæram:in qua nihil erat ſcriptum. ¶ Et dubitat: puellæ amore exæſtuantis exprimit leuitatem:atq; infirmitatem. ¶ Sumptas: tabellas. ¶ Placuit delet̃ ſororem:nam ſoror nomen eſt ſanguinis,eo ꝙ fratrẽ ſuæ turpitudinis ipſaʒ admonere putauit. ¶ Incidere:ſcribere. ¶ Correptis: celeriter raptis. ¶ Quem niſi tu dederis: in hac ſcribenda epiſtola ita perſonam puellę fratrẽ & amãtis & uerẽtis ſuſcepit poeta:ut optime ſeruet decorum. Eſt autem adeo facilis,ut a uirgine ſcripta ẽẽ, & nulla expoſitione indigere uideatur. ¶ Amans: puella amore capta. ¶ Et ſi quid cupiam quæris:uellem inquit poſſe petere ſine nomine meo id quod opto:ſi forte quæris quid cupiam. ¶ Votorum:cupiditatis. ¶ Læſi pectoris: animi amore capti. ¶ Et color:pallidus. ¶ Et uult⁹ mœſtus. ¶ Sororia:ſorori conuenientia. Hoc eniʒ ſororium ſignificat, nec unq̃ ſubſtantiuuʒ inuenitur ſororius pro ſororis marito: ut uulgus imperitoruʒ putat. ¶ Ipſa tamen q̃uis: ſe inuitam quidem, ſed coactã amori ſuccubuiſſe ait,

Opis

Tethys

Macarei & canaces amores

Sed

Byblidos Epiſtola

Ergo

Hei mihi:quæ male.ſum quos tu, ſortita parentes,
Nil niſi frater eris,quod obeſt:id habebimus unum
Quid mihi ſignificant ergo mea uiſa? quod autem
Somnia pondus habẽt?an habẽt & ſomnia põdus?
Dii melius:Dii nempe ſuas habuere ſorores.
Sic Saturnus Opim iunctam ſibi ſanguine duxit:
Oceanus Thethyn:iunonem rector Olympi.
Sunt ſuperis ſua iura:quid ad cæleſtia,ritus
Exigere humanos,diuerſaq; fœdera tento?
Aut noſtro uetitus de corde fugabitur ardor.
Aut hoc ſi nequeo:peream precor ipſa:toroq;
Mortua componat.poſitæq; det oſcula frater.
Et tamen arbitrium quærit res iſta duorum.
Finge placere mihi:ſcelus eſſe uidebitur illi.
At non Aeolidæ thalamos timuere ſororum.
Vnde ſed hos noui?cur hæc exempla paraui?
Quo feror?obſcœnæ,pcul hinc diſcedite flammæ.
Nec niſi qua fas eſt,germanæ frater ametur:
Si tamen ipſe mei captus prior eſſet amore:
Forſitan illius poſſem indulgere furori:
Ergo ego,quæ fueram non reiectura potentem,
Ipſa petam?poteris ne loqui?poteris ne fateri?
Coget amor,potero:uel ſi pudor ora tenebit.
Littera celatos arcana fatebitur ignes:
Hoc placet,hæc dubiam uincit ſententia mentem.
In latus erigitur:cubitoq; innixa ſiniſtro
Viderit.inſanos(inquit) fateamur amores
Hei mihi quo labor?quem mens mea cõcipit ignẽ?
Et meditata manu componit uerba trementi:
Dextra tenet ferrum:uacuam tenet altera cæram.
Incipit.& dubitat:ſcribit.damnatq; tabellas.
Et notat;& delet:mutat:culpat,probatq;
Inq; uicem ſumptas ponit:poſitaſq; reſumit.
Quid uelit ignorat:quicquid factura uidetur,
Diſplicet:in uultu eſt audacia mixta pudori.
Scripta ſoror fuerat uiſum eſt delere ſororem.
Verbaq; coreptis incedere talia cæris
Quam niſi tu dederis.non eſt habitura ſalutem,
Hãc tibi mittit amãs(pudet ah,pudet edere nomẽ)
Et ſi quid cupiam quæris,ſine nomine,uellem
Poſſet agi mea cauſa,meo:nec cognita Byblis
Ante forem q̃ ſpes uotorum certa fuiſſet.
Eſſe quidem læſi poterat tibi pectoris index
Et color,& macies,& uultus,& humida ſæpe
Lumina:nec cauſa ſuſpiria mota patenti.
Et crebri amplexus:& quæ,ſi forte notaſti,
Oſcula ſentiri non eſſe ſororia poſſent.
Ipſa tamen,q̃uis animi graue uulnus habebam,
Quamuis intus erat furor igneus,omnia feci:
(Sunt mihi Dii teſtes)ut tandem ſanior eſſem.

Sororiũ

Raph.

¶Pugnaui effugere:ut,effugerẽ in ſoluta dicimus oratione ¶Violenta arma: uim afferentia. Cum quadam excuſatione autẽ uiolenta dicuntur: quibus uiri quoq;,ac Dii ipſi. nedũ puella ſuccũberet. ¶Dura:patiens dolorũ. ¶Timidis uotis:hypallage eſt Ego namq; timida intelligitur. ¶Vinclo propiore: nodo artiore, ſtrictiore, hoc eſt coitu. ¶Iura ſenes norint:ab ętate ſuadet fratri byblis,ut nihil de legibus curet. ¶Legum examina:æqualitatem legum ac ſeueritatem. ¶Venus temeraria: inconſiderata. ¶Nec nos aut durus pater:a commoditate argumẽtatur byblis. ¶Aut reuerentia famæ: periphraſis eſt pudoris. ¶Dulcia fur.ſua uia ſtupra, iucundos coit⁹. ¶Secreta:ſecreto, nomen pro aduerbio eſt poſitum. ¶Coram:palam,in omniũ conſpectu aut coram patre. Coram enim ad certos. Palam ad omnes refert. ¶Quantũ eſt quod deſit:ac ſi diceret parum admodum de hoc ad exemplum amorẽ noſtrum. Nam ex quinq; limeis amoris:uiſu:alloquio tactu:oſculo:concubitu:ſolus coit⁹ reſtabat. ¶Cauſa mortis ſubintelligatur. ¶Perarantem: perſcribentem. ¶Ne quicq̃: fruſtra. Nihil enim profuerunt preces illę quin potius obfuerunt. ¶In ſummo margine:i ultima marginis parte. ¶Adheſit:affixus fuit & ſcriptus ¶Signat:ſigillat. ¶Omine: augurio. ¶Iuuenis Mæandrius: Caunus Mæandri nepos ¶Ab ore:a facie. ¶Trepidantis:timentis. ¶Dũ licet: dum potes. ¶Tua fata:tua mors. ¶Noſtrũ pudorem: hoc eſt ſi tua mors nobis dedecori non eſſet. ¶Palles audita byblĩ repulſa: apoſtrophe ẽ poetę ad byblida. ¶Glaciali frigo.timore. Quod enim ſequit pro eo quod precedit, frequenter per metonymiam ponitur & contra. ¶Icto aere:percuſſo.Nam ex percuſſione aeris uox fieri cenſetur. ¶Et merito:ſpernor ſubaudiẽdum. Significat autem byblida diu attonitã fratris repulſa tacuiſſe:ac tãdem in querelas pœnitentiæ plenas erupiſſe. ¶Indicium feci:indicaui. ¶Vulneris huius amoris, qui corda hominum uulneribus conficere uidetur. ¶Properatis tabellis feſtinanter ſcriptis: ac miſſis. ¶Ambiguis di.dubiis uerbis quę in diuerſas trahi ſentẽtias poſſint. ¶Ne nõ ſeq̃re.ut ſeq̃ret:ex duabus enim negationibus conſtituitur affirmatio. ¶Parte aliqua ueli: methaphora a nauigantib⁹ ſumpta, qui antẽ q̃ pandant uela ſolent notare,quales uenti ſint flaturi. ¶Qualis foret aura: qualis foret Cauni uoluntas. ¶Toto mari pro toto legendum eſſe tuto facile ex ſenſu ipſo apparet:quis fere in exẽplaribus toto corrupte legatur. ¶Non exploratis uentis: non intellecta Cauni uolũtate. Perſtat enim in metaphora a nauigantibus ſumpta.

Pugnauiq; diu uiolẽta Cupidinis arma
Effugere infelix:& pluſq̃ ferre puellam
Poſſe putes,ego dura tuli:ſuperata fateri
Cogor,opemq; tuam timidis expoſcere uotis
Tu ſeruare potes,tu perdere ſolus amantem.
Elige utrum facias:nõ hoc inimica precatur.
Sed quæ cum tibi ſit iunctiſſima.iũctior eſſe
Expetit:& uinclo tecum propiore ligari
Iura ſenes norint:& quid liceatq;,nefaſq;,
Faſq; ſit,inquirãt:legum examina ſeruent.
Conueniens Venus eſt annis temeraria noſtris:
Quid liceat neſcimus adhuc:& cuncta licere
Credimus:& ſequimur magnorum exẽpla Deorũ.
Nec nos ut durus pater:aut reuerentia famæ.
Aut timor impediet:tantum abſit cauſa timendi:
Dulcia fraterno ſub nomine furta tegemus.
Eſt mihi libertas tecum ſecreta loquẽdi.
Et damus amplexus:& iungimus oſcula coram.
Quantum eſt quod deſit?miſerere fatẽtis amorem
Et non faſſuræ.niſi cogeret ultimus ardor.
Neue merere,meo ſubſcribi cauſa ſepulchro.
Talia nequicquam perarantem,plena reliquit
Cæra manũ:ſummoq; in margine uerſus adhæſit:
Protinus impreſſa ſignat ſua carmina gemma.
Quam tinxit lachrymis(linguæ defecerat humor)
Deq; ſuis unum famulis pudibunda uocauit:
Et paulum blandita,fer has fidiſſime.noſtro
Dixit:& adiecit(longo poſt tempore)fratri.
Cum daret:elapſæ manibus cecidere tabellæ.
Omine turbata eſt:miſit tamen:apta miniſter
Tempora nactus adit.traditq; latentia uerba
Attonitus ſubita iuuenis Mæandrius ira:
Proiicit acceptas,lecta ſibi parte,tabellas.
Vixq; manus retinens trepidantis ab ore miniſtri
Dum licet(o uetitæ ſcelerate libidinis auctor)
Effuge,ait:qui ſi noſtrorum tua fata pudorem
Non traherent tecum.pœnas mihi morte dediſſes.
Ille fugit pauidus:domineq; ferocia Cauni
Dicta refert:palles audita Byblĩ repulſa.
Et pauet obſeſſum glaciali frigore corpus:
Mens tamen ut rediit,pariter rediere furores,
Linguaq; uix tales icto dedit aere uoces:
Et merito:quid enim temeraria uulneris huius
Indicium feci?quid?quæ cælanda fuerunt.
Tam cito commiſi properatis uerba tabellis?
Ante erat ambiguis animi ſententia dictis
Prætentanda mihi.ne non ſequerentur euntem:
Parte aliqua ueli qualis foret aura notare
Debueram totoq; mari decurrere:quæ nunc
Non exploratis impleui lintea uentis.

Coram Palam

Quinq; amoris gradus

Byblidis querelæ

¶In ſcopulos



Raph.

¶In ſcopulos in maximas anxietates. ¶Nec habent: neſcit enim uox emiſſa reuerti:ut inquit Horatius ¶Cæra:tabella cærata. ¶Non ne uel illa dies:ſe arguit Byblis:quod caſu tabellę admonita in aliũ diem non diſtulerit literas Cauno mittendas. ¶Et tamen ipſa loq: hic quoq; colligit Byblis ſe temere ad Caunum fratrem litteras dediſſe: ſatiuſq; fuiſſe ſi ipſa coram ſuos amores cõfeſſa fuiſſet. ¶Cœpere: continere potuerũt. ¶Affuſaq;: profuſa, proiecta ad pedes Cauni. Id quod fit cum aliquod ardui uolumus impetrare. ¶Sit: eẽ poſſit. ¶Non adit apte: decenter, oportune. ¶Nec legit: elegit. ¶Credo:ut puto. ¶Animumq; uacantem: aliis curis uacuũ. ¶Si facta mihi reuocarẽ liceret.hoc eſt poſſem efficere, ut facta eſſent infecta. ¶Cœpta exp.icœpta pficere. ¶Quippe nec ille po. multis rõnib⁹ colligit Byblis meli⁹ eſſe,ut in icœpto pſiſtat,q̃ ab eo deſiſtat. ¶Relinquã: deponã. ¶Leuiter:leui amore impulſa. ¶Qui plurimus:maximus: grauiſſimus. ¶Hoc Deo:cupidine. ¶Deniq; iã nequeo omnino inquit iã nefanda commiſi:neq; innocẽs poſſũ exiſtimari. ¶Temerata:uiolata. ¶Vt nihil adiiciã. q̃uis nihil iis quæ iam commiſi adiungam. ¶In uota: ad uota explenda. ¶Incertæ mẽtis:iſtabilis animi. ¶Cõmittit ſæpe repelli:committit ut ſæpe repellatur ¶Mox ubi finis abeſt: deinde inquit cum null⁹ finis ĩponitur Byblidos flagitio: Caunus patriã reliquid. ¶Inq; peregrina:Nam in Caria urbẽ ędificauit,quã de nomine ſuo Caunum appellauit,& ęſtate & autumno peſtiferam. Diſcedit autẽ ab hiſtoria poeta, quo magis ueriſimilem fabulam reddat: nam Cauni conditores a Strabone ex Creta ueniſſe ſcribuntur. ¶Miletida:Byblida mileti filiã. ¶Planxit:percuſſit. ¶Sine qua: qua erepta. ¶Profugi:porro fugati. ¶Vtq; tuo motę eo furore byblida agitatam fuiſſe ait poeta: quo bacchæ uexantur, dum tertio quoq; anno Orgia celebrãt. ¶Proles Semeleia: apoſtrophe ad bacchum. ¶Motæ: concitatæ. ¶Tuo Thyrſo:tuis ſacris per ſynegdochen. Eſt namq; Thyrſus haſta pampinis:tecta: quã in ſacris bacchi iactabat. ¶Iſmariæ: Thraciæ. ¶Triennia: Trieterica græce dicuntur eo quod tertio quoq; anno celebrarentur.

Nunc feror in ſcopulos igitur,ſubmerſaq; toto
Obruor Oceano:nec habent mea uela recurſus.
Quid?quod & omnibus certis prohibebar amori
Indulgere meo:tunc,cum mihi ferre iubẽti
Excidit:& fecit ſpes noſtras cæra caducas:
Nonne uel illa dies fuerat?uel tota uoluptas?
Sed potius mutanda dies?Deus ipſe mouebat.
Signaq; certa dabat,ſi non male ſana fuiſſem?
Et tamen ipſa loqui:nec me committere cæræ
Debueram:præſenſq; meos aperire furores:
Vidiſſet lachrymas,uultus uidiſſet amãtis:
Plura loqui poteram?q̃ quæ cœpere tabellæ:
Inuito potui circundare brachia collo:
Et ſi reiicerer:potui moritura uideri.
Amplectiq; pedes:affuſaq; poſcere uitam.
Omnia feciſſem:quorum ſi ſingula,duram
Flectere non poterant potuiſſent omnia mentem
Forſitan & miſſi ſit quædam culpa miniſtri.
Non adiit apte,nec legit idonea credo,
Tempora:nec petiit horamq;, animumq; uacantem,
Hæc nocuere mihi:neq; enim de Tigride natus
Nec rigidos ſilices,ſolidum ue,in pectore ferrum,
Aut adamanta gerit:nec lac bibit ille Leænæ:
Vincetur:repetẽdus erit:nec tædia cœpti
Vlla mei capiam:dum ſpiritus iſte manebit
Nam primum:ſi facta mihi reuocare liceret.
Non cœpiſſe fuit:cœpta expugnare,ſecũdum eſt.
Quippe nec ille poteſt,ut iam mea uota relinquam,
Non tamen auſorum ſemper memor eſſe meorum
Et quia deſirim,leuiter uoluiſſe uidebor.
Aut etiam tentaſſe alium,inſidiiſq; petiſſe,
Vel certe non hoc(qui plurimus urget,& urit
Pectora noſtra Deo)ſed uicta libidine,credar.
Deniq; iam nequeo nil commiſiſſe nefandum,
Et ſcripſi:& petii:temerata eſt noſtra uoluntas.
Vt nihil adiiciam:nõ poſſum innoxia dici
Quod ſupereſt:multum eſt in uota.in crimina parũ
Dixit:& incertæ tanta eſt diſcordia mentis:
Cum pigeat tentaſſe,libet tentare:modũq;
Exit:& infelix committit ſæpe repelli.
Mox ubi finis abeſt.patriam fugit ille,nefaſq;
Inq; peregrina ponit noua mœnia terra.
Tum uero,mœſtam tota Miletida mente
Defeciſſe ferunt: tum uero,a pectore ueſtem
Diripuit:planxitq; ſuos furibũda lacertos.
Iamq; palam eſt demens:inconceſſamq; fatetur
Spem Veneris:ſine qua patriam,inuiſoſq; penates
Deſerit:& profugi ſequitur ueſtigia fratris.
Vtq; tuo motæ proles Semeleia Thyrſo
Iſmariæ celebrãt repetita triennia Bacchæ:

Apte

Caun⁹

Thyrſus

Raph.

℄Bubaſides nurus Cariç.Na'bubaſus,ui bubaſides declinant.Cariæ regio eſt.¶ Caras.Cariç populos.

Seleges

¶ Et armiferos Lelega.Leleges ppli ſunt Cariæ belli coſiſſimi.¶ Iam Cragon:

Cragus

Cragus mõs eſt lciæ Apolli ni ſacer,q pmontoria octo habere ſcribitur. ac eiuſde, nominis urbem.¶ Et limyrē:Limyre oppidu; eſt Ly

Limyre

ciæ iuxta Cragon.¶ Xãthiq; xanthus & fluui &

xanthus

Lyciæ urbis maximæ no, men eſt.¶ Quodq; Chimęra iugum.Chimæra

Chimæra

mons eſt lyciæ:qui ut Aet na in Sicilia fumum ac flã, marum globos .mittit. Id quod poetis cauſam præ buit ut fingerent Chimæ ram eſſe monſtrum:par, tem anteriorem leonis ha bens flammas euomentẽ: medium ac uentre; capræ poſteriorem draconis:un, de etia; Homerus inquit. Sane Chimera capra in, terpretatur.¶ Quid eni; dare maius habebãt:ideſt poterat,ac ſi diceret nihil. ¶ Protinus ut ſecto:quo, modo in fontem fuerit re, ſoluta Byblis triplici ſimi, litudine poeta exponit.

Picea

¶ Piceæ de cortice:picea arbor eſt:ex cuius trunco ſi incidatur.reſina fluit.

Bitumẽ

¶ Vt ue tenax bitumẽ:bi, tumen genus eſt picis ex terra naſcens.¶ Spiran, tis lene:leniter. nomen p aduerbio.¶ Remoleſcit: iterum mollis ac liquida fit:liqueſcit.¶ Conſtitit: congelata fuit.¶ Phœbe, ia byblis:Phœbi neptis.

Byblis i fontem

Fabulæ decimæ libri no, ni argumentum.

Lactã.

℄Fama noui centum cre tæas forſitan urbes &c. Phæſtos ad oppidum in inſulam Cretæ hic lyctus generoſæ ſtirpis ac præ, ſtantis fideis cu; petiiſſet a Telethuſa coniuge:ut ſi puellam pareret,necaret. ſi autem puerum ſobolem patriç ſeruaret:ut uterq; cum pro caſu futuro la, chrymas dediſſent:mater nequiens inferre manus filiæ:iſidẽ in malis habuit auxilio cuius pollicitis illa infantem pro puero dece pto patre filii opinione nu triuit:itaq; cum ætas ma, tura nuptiis increuiſſet:ni hil ſuſpicans pater obſtri, ctus fide coniugis ianthem ex Teleſte genitam deſpõ

dit:qui inter ſe dum graui amore premerentur maxi, me iphis(hoc eni; pater nomine aui cum uocari uolue rit)& trepidante ẽt matre ne iphis diu aduerſus uiru; cũ infamia reperiret:eadem Dea fuit auxilio:na; ut to tis nuptiis iugari poſſint iphin in puerũ transfigurauit.

Raph.

℄Fama noui:centum hæc ad connectendam iphidis Metamorphoſin in marẽ a poeta referuntur. Nam Lyctus quidam de plebe Telethuſam duxit uxorẽ cui grauidę mandauit:ut ſi marem quidem pareret educaret:in fœmina; ex poneret.Sollicitę igitur ac mœſtę pp uiri mandata. Telethuſæ,iſis Dea in ſõ nis apparuit eamq; horta ta eſt:ut quicquid pareret educare nihil dubitaret. auxilio cum opus eſſet:fu turam.Quare Telethuſa cum puellam peperiſſet. marem eſſe mẽtita eſt ma rito:qui ei nomen aui im, poſuit,iphimq; appellauit atq; ut maſculu; educauit Sed cum ad tertium & de cimum ętatis annum per, ueniſſet:ei pater ianthem Teleſtę cuiuſdã uicinum filiã deſpõſauit. Cũ uero dies nuptiarũ adeſſet:tele thuſa una cum iphide tẽ, plũ Iſidis adit, illuſq; im plorato auxilio iphis i ma re; conuerſus,ianthe quã fruſtra ab ſe amari credi derat potitus eſt.

Lyctus

Byblida non aliter latos ululaſſe per agros
Bubaſides uidere nurus:quibus illa relictis,
Caras,& armiferos Lelegas,Lyciamq; peręrrat,
Iam Cragõ,& Limyren,Xãthiq; reliquerat undas:
Quod Chimæra iugum,mediis in partibus ignem
Pectus,& ora Leæ,caudam Serpentis habebat.
Deficiunt ſiluæ:cum tu laſſata ſequendo
Concidis!& dura poſitis tellure capillis
Bybli iaces,frondeſq; tuo premis ore caducas.
Sæpe illam nymphæ teneris Lelegeides ulnis
Tollere conantur;ſæpe ut medeatur amori
Præcipiunt!ſurdæq; adhibent ſolatia menti.
Muta iacet:uirideſq; ſuis tenet unguibus herbas
Byblis:& humectat lachrymarum gramina riuo.
Naiadis his uenam,quæ nunquã areſcere poſſet,
Suppoſuiſſe ferũt(quid enim dare maius habebãt!)
Protinus,ut ſecto piceæ de cortice guttæ:
Vt ue tenax grauida manat tellure Bitumen
Vtq; ſub aduentum ſpirãtis lene Fauoni
Sole remolleſcit:quæ frigore conſtitit unda
Sic lachrymis conſumpta ſuis Phœbeia Byblis;
Vertitur in fontem:qui nuuc quoq; uallibus illis
Nomen habet dominæ,nigraq; ſub illice manat.
Fama noui,centum Cretæas forſitan urbes
Impleſſet monſtri,ſi non miracula nuper
Iphidẽ mutato Crete propiora tuliſſet.
Proxima Gnoſſiaco,nam quõdam Phæſtia regno
Progenuit tellus ignotum nomine Lyctum
Ingenua de plebe uirum:nec cẽſus in illo
Nobilitate ſua maior:ſed uita,fideſq;
Inculpata fuit:grauidæ,qui coniugis aures
Vocibus his monuit:cũ iam prope partus adeſſet.
Quæ uoueã duo ſunt,minimo ut releuere dolore:
Vtq; marem parias,oneroſior altera ſors eſt.
Et uires fortuna negat:quod abhominor,ergo
Edita forte tuo fuerit ſi fœmina partu.
Inuitus mando(pietas ignoſce)necetur.
Dixerat,& lachymis uultum lauere profuſis,
Tam qui mandabat,q̃ cui mandata dabantur.
Sed tamen,uſq; ſuum uanis Telethuſa maritum
Sollicitat precibus.ne ſpẽ ſibi ponat in arcto:
Certa ſua eſt Lycto ſententia:iamq; ferendo
Vexerat illa grauem maturo pondere uentrẽ,
Cum medio noctis ſpatio ſub imagine ſomni:

in anguſto,ut bene ſperet Deos ei non defuturos.

¶ Cretęas ur.Cretenſes:uñ Mile t⁹ byblidos pater coloniã deduxerat in Aſiam. Eſt aũt Creta inſula centum urbiũ fama nobilis,a Cre ta nympha Heſperidis fi lia cognominata:ut Doſia des ſcripſit:ut Anaximan der a rege Curetum.Hęc Aeria primum:deinde cu retis,tum Macaros a tem perie cæli fuit appellata. Hæc Plin.¶ Phæſtia tel. Phæſtus urbs fuit Cretæ a Minoe ędificata,& gor tyniis deleta.¶ Gnoſſia, co re.gnoſſos una fuit ex pſtãtibus Cretę urbibus. ¶ Quæ uo.optẽ,cupiam. ¶ Vt rel.ut parias.¶ O, neroſior al.ſors eſt:fœmi nã nõ ſolũ.n.educare:ſed etiã dote; parare oportet ¶ Quod abomior:quod omẽ Dii auertãt.¶ Vſq; ſemper,cõtinue.¶ In ar.

Creta

Phęſt⁹

Gnoſſos

Abominari

Vſque

℄Inachis



Raph.

Inachus

℄Inachis:Io Inachi filia quę in uaccã cõuerſa cũ priſti uæ figurę foret reſtituta,ab aegyptiis p dea fuit culta, Iſiſq; appellata. Huius aũt ornatũ & comites deſcribit poeta.¶ Lunaria cornua:cum cornibus nanq; pĩgebaẽ Iſis,ut q eadẽ cũ luna eẽ dicaẽ.Nã primi hoies in aegy pto geniti hũc mũdi ornatũ admirãtes uniuerſorumq; naturã duos eſſe Deos,& qdem æternos ſunt arbi trati Solẽ & Lunã:& illu; qdem Oſiridẽ,hanc uero iſidẽ appellarunt,ut Dio dorus ſcribit.luna aũt pri mis diebus cum creſcit cor nua hrẽ uĩ:Bos quoq; ei ab aegyptiis ſacrificatur.

Iſidis comites

Anubis

¶ Et regale decus:diade, ma.¶ Cum qua latrator Anubis:Mercurius ab ae giptiis colit ſub canis figu ra:ſignificantibus eu; fuiſ ſe cuſtodem Oſiridis & iſi dis:anubiſq; appellatur.

Bubaſtis

¶ Sanctaq; Bubaſtis:co, mes iſidis uideẽ fuiſſe Bu baſtis.Eademq; cũ Diana eſſe ab herodoto perhibe tur.Sed p ipa quoq; iſide accipi ſolet:a Bubaſto ur, be cognominata.Hoc ue, ro ex hiis q̃ in colũna eius ſacris litteris ſcripta tradũ tur pcipi põt.Ego iſis ſum aegypti regia a Mercurio erudita:q̃ ego legibus ſta, tui,nullus ſoluet. Ego ſu; Oſiridis.ego ſum prima frugum inuentrix.ego ſu; Ori regis mater. ego ſum in aſtro canis reſulgẽs. mi hi Bubaſta urbs cõdita eſt gaud:gaude aegypte me nutriſti.Hęc Diod.¶ Va riiſq; col.Apis:bos uarias habens maculas in aegy, pto colebatur in perpetuã memoria; Oſiridis frugũ frumentiq; repertoris:q̃q̃ boues ruſi imolati permit terẽtur:q colore Typho, niſq Oſiridẽ necaint ſites uiderenẽ.

Apis

Harpocrates

¶ Quiq; p̃mit uocem:Harpocrateſignifi cat:qui cũ digito ad os ap poſito pingebaẽ.¶ Siſtra, q; erãt.Tympana.¶ Nũ, quamq; ſatis queſitus oſi ris:Deus eſt aegyptorum Iſidis maritus,qua; ſingu lis q̃bus annis aegyptii & amiſſum maximo cũ mœ, rore querunt:& inuentu; maxima cum lętitia proſe quũtur:ut Diodorus:alii, que auctores ſcribũt.¶ Plenaq; ſomniferis:in pompa ſacrorũ Iſidis geſtabaẽ ẽt ſerpens,q dormire uidebatur

Oſiris

¶ Excuſſam:excitatã.¶ Dea ſu; auxilię.ad id alludit qd'(ut ſcr.Diodorus)aegyptii aſſerũt Iſidẽ plurimorũ inuentricem fuiſſe ad morbos medicamẽtorũ:& medi cinæ arti admodũ cõtuliſſe:quã imortalitate quoq; po titã gaudere hoĩum cultu:ing; eorũ ualetudine p̃cipue uerſari:quin etiam in ſomnis palã eis opitulari:quos cẽ, ſuerit dignos.Signa aute; horum eſſe non gręcas fa bellas:ſed opera certa. Totum enim ferme orbẽ hanc Deam colere pro, pter manifeſtas morborũ curationes:ſiquidẽ in ſom nis illam non recte ualen, tibus auxilia præbere:& qui eius monitis obtempe rent,præter opinione; cu rari etiam,quorum medi ci ſalutem deſperabant. ¶ Creſſa:Cretenſis Te lethuſa.¶ Seq; ipſum põ dus in auras Expulit:hoc eſt poſtq̃ peperit:pondus q; uteri in lucem extulit. ¶ Fideq; res habuit:res credita fuit.¶ Quod cõ, mune foret:puero & puel la:nam iphi- ta; fœmina q̃ mas appellari põt.¶ In decepta mẽdacia:nõ pce, pta:nõ cognita,nõ intelle cta,impcepta aute;:inde prehẽſa ue rectius forſitã legeretur:hoc eſt non de, prehẽſa,nõ animaduerſa: ¶ Dyctæo Teleſte:cretẽ ſi.a Dicte nanq; monte Cretæ Dictęus declinaẽ. ¶ Tetigit:commouit. ¶ Rude pectus:rudẽ ani mũ & amãdi imperitum. ¶ Sed erat fiducia diſpar nã iphis diffidebat ſe uiri officio fungi poſſe.Iãthe uero pulchre fidebat ſe munera mulieris optime obiturã.¶ Pactę tæde pa ctarum nuptiarũ.¶ Quẽ q; uirum eſſet.ianthe inqt cum putat eſſe uir,& ma rẽ:quẽ credit ſuũ maritum eſſe futurum.¶ Et auget Hoc ipſum flãmas:qd' uir gie amata ſe frui poſſe de ſperabat.¶ Ardetq; i uir gine uirgo:Virgo inqt uir ginis amore inflammatur: qd' maxime mirandũ eſt. Hinc uero aperte colligit: hoc nomẽ uirgo apud pri ſcos fœminini dumtaxat generis fuiſſe.¶ Quis me manet exitus:quę; inquit exitum meus amor ſortietur cum ianthe amata frui non poſſim.

Dicte

Virgo

Inachis ante torum pompa comitata ſacrorum
Aut ſtetit!aut uiſa eſt:inerant Lunaria fronti
Cornua,cum ſpicis nitido flauentibus auro:
Et regale decus cumqua latrator Anubis:
Sanctaq; Bubaſtis:uariiſq; coloribus Apis:
Quiq; premit uocem:digitoq; ſilentia ſuadet:
Siſtraq; erant:nunquamq; ſatis quæſitus Oſiris:
Plenaq; ſomniferis ſerpens peregrina uenenis!
Tum uelut excuſſam ſomno,& manifeſta uidẽtem
Sic affata Dea eſt:pars o Telethuſa mearum
Pone graues curas:mandaraq; falle mariti.
Nec dubita,cum te partu Lucina leuarit:
Tollere quicquid erit,Dea ſum auxiliaris!opemq;
Exorata fero.nec te coluiſſe,quereris
Ingratum numen:monuit!thalamoq; receſſit.
Leta toro ſurgit!duraſq; ad ſydera ſupplex
Creſſa manus tollens!rata ſint ſua uiſa precatur.
Vt dolor increuit ſeq; ipſum pondus in auras
Expulit:& nata eſt ignota fœmina patri.
Iuſſit ali mater puerum mentita:fidemq;
Res habuit(neq; erat facti niſi conſcia nutrix,)
Vota pater ſoluit.nomenq; imponit auitum.
Iphis auus fuerat:gauiſa eſt nomine mater
Quod commune foret:nec quendam falleret illo.
Impercepta pia mendacia fraude latebant.
Cultus erat pueri,facies,quam ſiue puellæ,
Siue dares puero,fieret formoſus uterq;
Tertius interea decimo ſucceſſerat annus.
Cum pater Iphis.tibi flauam deſpondet Ianthem,
Inter Phæſtiadas quæ laudatiſſima formæ
Dote fuit uirgo,Dictæo nata Teleſte.
Par ætas,par!forma fuit:primaſq; magiſtris
Accepere artes elementa ætatis ab iiſdem,
Hinc amor amborũ tetigit rude pectus:& æquum
Vulnus utriq; dedit ſed erat fiducia diſpar.
Coniugium,pactæq; expectant tempora tædæ.
Quemq; uirum putat eſſe,ſuum fore credit Ianthe
Iphis amat:quo poſſe frui deſperat:& auget
Hoc ipſum flammas:ardetq; in uirgine uirgo.
Vixq; tenet lachrymas,qs me manet exitus inquit!
Cognita q̃ nulli q̃ prodignoſa:nouæq;
Cura tenet Veneris!ſi Dii mihi parcere uellent:
Perdere debuerant,ſi non & perdere uellent:

Raph. ¶ Naturale malum naturalem amorem nõ ut uirginis ſed uiri amore caperet. ¶ Vellem nulla forem: hoc eſt uellem non eſſe. ¶ Ne nõ ferat:ut ferat. Crete uero, cum ſit caſus nominandi citra diphthongum ſcribatur. ¶ Taurum dilexit filia Solis:Paſiphae,cuius fabula ſæpius iã mihi eſt enarrata. ¶ Solertia:ingenii perſpicacitas & acumẽ ¶ Confluat: conueniat. ¶ Quin animum firmas? cur non conſtantia uteris? ſeipſam autem alloquitur Iphis. ¶ Excutis: abiicis repellis. ¶ Niſi te quoque decipis ipſam:non ſolum alios:qui ipſam maſculũ eſſe credebant. ¶ Et pete quod fas eſt:& appete inquit quod aſſequi poſſis. ¶ Hæc tibi res adimit: neceſſitas & ſexus qualitas tibi hanc eripit.quam uxorem ducere cupis. ¶ Nec tamen eſt potẽtia tibi nec tamen illa potes potiri.

Nubere ¶ Nulla eſt:nõ eſt. ¶ Lux que iugalis adeſt: nuptiarũ dies. ¶ Vbi nubimus ambæ:nubere fœminarũ eſt proprium. ¶ Nec mihi continget: quia illa potiri non potero. ¶ Ad hæc ſacra:nuptiarum,nam in nuptiis & iuno pronuba,& Hymenæus inuocabatur. ¶ Preſſit ab his uoce:poſt hæc inquit ſiluit. ¶ Nec lenius:nec min⁹. ¶ Aeſtuat amore ardet. ¶ Altera uirgo:Ianthe, quę Iphin, cui fuerat deſponſata, marem eẽ credebat. ¶ Vtque celer uenias apoſtrophe ad hymenæum nuptiarum deũ ¶ Omnia,uiſaque auguria & ſomnia. ¶ Cauſatur: excuſat ac cauſam eſſe ait ¶ Ficti:ſingẽdi.

Parætonium ¶ Iſi,Parætonium: oppida Aegypti ubi potiſſimum colitur iſis commemorat Thelethuſa. nam Parætonium Aegypti oppidum eſt:& portus ingens quadraginta fere ſtadiorum: ut Strabo ſcribit.

Mareotis ¶ Mareoticaque arua: Mareotis lacus eſt Aegypti iuxta Alexãdriã qui antea arapotes nominabatur.

Pharos ¶ Pharoque:Pharos inſula eſt alexandriæ

Naturale malum ſaltem,& de more dediſſent.
Nec uaccam uaccæ,nec equas amor urit equarum,
Vrit oues aries,ſequitur ſua fœmina ceruum
Sic & aues coeunt:interque animalia cuncta
Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla eſt.
Vellem nulla forem,ne non tamen omnia Crete
Monſtra ferat:taurum dilexit filia Solis,
Fœmina nempe marem, meus eſt furioſior illo:
Si uerum profitemur,amor.tamen illa ſecuta eſt
Spem Veneris.tamen illa dolis,& imagine uaccæ
Paſſa bouem eſt,& erat qui deciperetur,adulter.
Huc licet ex toto ſolertia confluat orbe:
Ipſe licet reuolet ceratis Dædalus alis:
Quid faciet?num me puerum de uirgine doctis
Artibus efficiet?num te mutabit Ianthe?
Quin animum firmas?teque ipſa recolligis Iphi?
Conſiliique inops,& ſtultos excutis ignes?
Quid ſis nata uides:niſi te quoque decipis ipſam
Et pete quod fas eſt:& ama,quod fœmina debes.
Spes & quæ capiat,ſpes eſt quæ paſcat amorem,
Hanc tibi res adimit,non te cuſtodia charo
Arcet ab amplexu,nec cauti cura mariti:
Non patris aſperitas:nec ſe negat ipſa roganti.
Nec tamen eſt potiunda tibi:nec ut omnia fiant:
Eſſe potes felix:ut Diique,homineſque laborent:
Nunc quoque uotorum pars ulla eſt una meorum:
Diique mihi faciles quicquid ualuere,dederunt.
Quodque ego,uult genitor:ſocer & uult ipſe futurus.
At non uult natura,potentior omnibus iſtis:
Quæ mihi ſola nocet.uenit ecce optabile tempus:
Luxque iugalis adeſt:& iam mea fiet Ianthe,
Nec mihi continget.mediis ſitiemus in undis.
Pronuba quid Iuno?quid ad hæc Hymenæe uenitis
Sacra?quibus qui ducat abeſt.ubi nubimus ambæ
Preſſit ab his uocem.nec lenius altera uirgo
Aeſtuat:utque celer uenias Hymenæe precatur
Quod petit hæc:Telethuſa timẽs,mõ tẽpa differt
Nunc ficto languore moram trahit.omnia ſæpe,
Viſaque cauſatur:ſed iam conſumpſerat omnem
Materiam ficti dilataque tempora tædæ
Inſtiterant:unuſque dies reſtabat.at illa
Crinalem capiti uittam,nataeque,ſibique
Detrahit:& paſſis aram complexa capillis:
Iſi,Parætonium,Mareoticaque arua,pharonque,
Quæ colis & ſeptem digeſtum in cornua Nilum:
Fer præcor(inquit)opem:noſtroque medere timori.
Te dea,te quondam,tuaque hæc inſignia uidi,
Cunctaque cognoui,ſonitum,comiteſque,faceſque
Siſtrorum,memorique animo tua iuſſa notaui

adiacens,in qua eſt turris altitudine inſignis: quam eo de nomine:quo inſula,multis tabulatis excelſam, & albo lapide mirifice ſtructã Soſtratus Gnidius aegypti regum amicus: ob nauigantium ſalutem edificauit, ut hoc epigramma in eam ſcriptum declarat. Soſtratus Gnidius Dexiphanis filius Diis ſeruatoribus pro nauigantibus. Nam cum ora importuoſa & humilis eſſet, & cautes & breuia mare haberet:ſignum aliquod neceſſarium fuit altum,& clarum: quo nauigantes ad portus ingreſſum dirigerẽtur. Inde factum eſt ut huiuſmodi ſigna ad portus collocata Phari dicãtur. ¶ In ſeptem cornua:hoſtia. Nam nilus ſeptem hoſtiis egreditur in mare. ¶ Tuaque hæc inſignia uidi:In ara nãque Iſidis ea omnia ſimulacra erant, quæ per ſomnium uiderat Telethuſa. ¶ Sonitum,comiteſque, faceſque ordo eſt: Sonitum Siſtrorum.

Siſtrũ Siſtrum nanque inſtrumentum eſt quod concuſſum ſonitum emittit: unde & nomen ἀπὸ τοῦ σείειν hoc eſt a concutiendo accepit

¶ Quod



Raph. ¶ Quod uidet hæc lucem:quod hæc uiuit. Digito autem puellam oſtendit. ¶ Non ſecura:non ſine cura & ſollicitudine. ¶ Fauſto omine:felici augurio. ¶ Ad ignes:ad ſacrificia,quę in nuptiis Iunoni,Hymenæoque ac Veneri celebrantur. Fabulæ primæ libri decimi argumentum.

Lact. ¶ Inde p immenſum &c. Orpheus Eurydice interempta ad iferos deſcẽdit:& a Dite impetrauit ut eam reduceret ad ſuperos lege propoſita:ſi ſequentes non reſpexiſſet.quod ille pręſtare non potuit. Reuocata igit ad inferos Orphe⁹ ut ad lucem cõfugeret: ſic demẽtia ſtupuiſſe dicit: ut canem Cerberum,& Olenium,& Lethæa in lapides trãſfiguraret.Poſtea dolore ac fletu finito ne rurſus coniugale deſiderium experiretur,puerilem Venerem inſtituit.

Quod uidet hæc lucem:q non ego punior ipſa
Conſilium,monitumque tuum eſt:miſerere duarum
Auxilioque iuua:lachrymæ ſunt uerba ſecutæ.
Viſa Dea eſt mouiſſe ſuas,& mouerat,aras
Et templi tremuere fores imitataque Lunam:
Cornua fulſerunt:crepuitque ſonabile Siſtrum.
Non ſecura quidem:fauſto tamen omine læta,
Mater abit templo,ſequitur comes Iphis euntem:
Quam ſolita eſt maiore gradu.nec cãdor in ore
Permanet:& uires augentur:& acrior ipſe eſt
Vultus:& incomptis breuior menſura capillis:
Pluſque uigoris adeſt,habuit q̃ fœmina:nam quæ
Fœmina nuper erat,puer eſt date munera templis
Nec timida gaudete fide:dant munera templis,
Addunt & titulum,titulus breue carmen habebat.
Vota puer ſoluit:quæ fœmina nouerat Iphis.
Poſtera lux radiis totum patefecerat orbem,
Cum Venus,& Iuno,ſociuſque Hymenæus ad ignes
Conueniũt:potiturque ſua puer Iphis Ianthe.

¶ RAPHAELIS Regii in decimũ Metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

uxoris amorẽ ad inferos cum deſcẽdiſſet a Proſerpina ſuauitate cantus allecta impetrauit.ut defunctã uxorem ab inferis excitaret.Nã Eurydice quã inſauſto omine ſibi copularat:dũ per prata ſimul cum aliis nymphis uagaretur, a ſerpente percuſſa interiit. tantoque dolore moriens affecit maritum:ut non ſatis eſſe duxerit lugere.ſed ad inferos quoque ad eã repetendã deſcendere nihil dubitarit. Eo igit cũ peruenillet, tãtũ carminis ſuauitate effecit,ut uxorem a Plutõe ea acciperet cõditiõe,ne illã prius q̃ ad ſuperos reuerſus eſſet reſpiceret. Sed Orphe⁹ ueritus ne ſe uxor ſequeretur:cum iã fere ad ſuperos peruenilſet eam reſpexit: quę ilico ad inferos retracta Orpheũ in maximis cruciatibus reliquit. Cũ igit deſperaret ſe iterum ea potiri poſſe omnes aſpernat⁹ mulieres dicit primuſque apud Thraces puerorũ amoribus indulſiſſe. Id uero ægre ferentes Thraciæ mulieres ſacra Bacchi celebrãtes illum cithara canentem feraſque mulcentẽ diſcerpſerũt : cuius caput una cum cithara in Hebrũ proiectum cum Leſbõ uſque perueniſſet idque ſerpens laniare uellet : in ſaxum ab Apolline dr̃ fuiſſe trãſformat⁹. ¶ Ad oras Ciconũ Cicones populi ſunt Thraciæ iuxta Hebrũ fluuiũ habitantes a Cicone Apollinis & Rhodopes filio dicti. ¶ Et Orpheia uoce adiectiũ eſt orpheia.unde ẽt penultimam ꝓducit q̃a grecis pĩ ſcribit. ¶ Nequicq̃: fruſtra. neque enim felices illę nuptię fuerunt. ¶ Sed nec ſolẽtia uerba:qualia hęc eſſet:fauſtę feliceſque hæ ſint nuptiæ. ¶ Fax quoque quam tenuit quinque faces(ut in Problematis ſcribit Plutarch⁹)ãte nouam nuptam pręferriſſe ſolebant.

Cicões

Raph. [I]Nde per immẽſum. Totũ hũc librũ undecimique ptẽ Orphei geſtis, carminibuſque ita dicauit poeta,ut ab inſtituto nõ diſcedat uariaſque trãſfiguratiões exponat.Nã Orpheus apollinis:& Calliopes:uel (ut alii ſcribunt) Oeagri fluuii:& Polymniæ muſę filius ſcientia ac cãtus ſuauitate mortales omnes dicitur ſuperaſſe: citharamque ad ſimilitudinem teſtudinis a Mercurio confectã donoque Apollini datã a patre accepiſſe cuius modulatione non homines ſolũ, ſed feras: ſiluaſque ac ſaxa mota fuiſſe. Is enĩ(ut ſcribit Diodo.) doctrinæ deditus: cum theologiæ operam impẽdiſſet in Aegyptũ tranſiit. plurimarũque ibi rerum percepta ſcientia Græcorum doctiſſim⁹ tum in Deorum cerimoniis,tum in theologia tũ in poëmatis, cantuque eſt habitus. Nauigauit inſuper cũ argonautis obque

Orphei Nuptię Orphei




¶ Publii Ouidii Naſonis Metamorphoſeos Liber decimus.

[I]Nde per immenſum croceo uelatus amictu
Aethera digreditur ciconumque Hymenæ⁹ ad oras
Tendit: & Orpheia nequicq̃ uoce uocatur.
Afuit ille quidẽ: ſed nec ſolemnia uerba:
Nec lætos uultus:nec felix attulit omen.
Fax quoque quam tenuit lachrymoſo ſtridula fumo

Vſq; ſemper. Rodopeius uates: Orpheus poeta Thracius: cuius Hymni in pleroſq; Deorum et nũc extant. Rhodope aũt mõs eſt Thraciæ altiſſimus. Tænaria porta: Tænarus Laconiæ promõtoriũ eſt: in quo ſpecus eſſe dr: per quem ad inferos deſcẽdit. Perq; leues populos: corporib⁹ carentes. Proſephonen Proſerpinã. Vmbrarũ dominũ: Plutonẽ. O poſiti: hac oratione Orphe⁹ perſuadere conat Plutoni atq; proſepinæ, ut ſibi euridicem uxorem reſtituãt: ac per aliquot adhuc annos uiuere apud ſuperos permittant. Mundi po. ſub terra periphraſis eſt inferorum. Opaca Tartara obſcura, tenebroſa. Eſt enim Tartarus inferorũ locus profundiſſimus. Meduſæi mõſtri: Cerberi canis inferorũ tricipitis: qui ut Meduſa pro capillis, ita p pilis colubros ac ſerpentes habet. Merito aũt ſe excuſat Orphe⁹, ne ut Hercules credatur ad extrahendum Cerberũ illuc deſcendiſſe. Auguror: coniecto & ſignis colligi. Auguror autem & auguro in eadẽ ſignificatione dicimus. Veteris rapinæ: nam Pluto Proſerpinæ amore captus eã rapuit. Per chaos hoc ingens: per has immẽſas tenebras. Retexite: reſoluite, ut ad uitam poſſit redire. Omnia debentur uobis: omnia inqt ad uos uenire neceſſe eſt. Longiſſima regna: ut pote quæ nunq̃ ſint finẽ habitura. Peregerit: compleuerit. Iuris ueſtri: ptãtis, & ditionis ueſtræ. Pro munere poſcimus uſum: ut Euridice uti, fruiq; poſſim. Quod ſi fata negãt ueniam: ſed inquit fata mihi hoc beneficiũ, p uxore petitum negauerint: decreui nolle ad ſuperos redire. Veniã: beneficiũ. Interdũ uenia p pace ponitur. Virg. Cuncti nã lectis ab urbibus ibãt Orantes ueniã. Cæterum. qui peccarunt ueniã petere pprie dicuntur, cũ ut ſibi parcat orant. Certum eſt mihi: decretũ eſt mihi. Talia dicentem: quanta fuerit uis Orpheiorũ ſonis facile hic colligit: q inferos oẽs lachrymas emittere coegit. Neruoſq;: cytharæ chordas pulſantem. Nec Tantalus undam Captauit refugam: Tãtalus Paphlagoniæ rex fuit regionis fertilitate ditiſſimus, q menſa Deorũ dignat⁹ Iouis arcana pdidit mortalibus. Quare ad inferos detruſus: & inter aquas ori allabentes ſitit, nec pendentibus pomis famem expellere põt. Cum. n. ea captare uult a uento (ut ſcribit Hom.) diſſipãt. Captauit: capere curauit. Stupuitq; ixionis orbis. Ixiõ Phlegiæ: uel (ut quidã ſcribũt) Antionis & Melãthus filius, cum iunonem de ſtupro interpellaſſet: ſiue (ut Homerus ait) Latonã ad inferos dãnatus rota aſſidue circũagit. Stupuit: imobilis pmanſit, ut Orphei carmina audiret. Orbis: rota. Nec carpſere iecur uolucres: Titii ſubaudiatur. Nam Titius, Iouis filius & Halaræ, & terræ alumnus dicitur: qm a mre ſub ſpecu metu Iunonis fuit educatus, cum Latonã uiolare tentaſſet in nouem iugera diſtent⁹, iecor ſuo uultures aſſidue paſcere narratur. Vrniſq; ua. Be. Beli neptes. Hę uero Danai filiæ fuere quinquaginta: quæ totidem patrueles: eoſdemq; maritos Aegypti filios iuſſu Danai prĩs ſuum quæq; præter unã Hypmeſtrã, quæ Lynceo pepercit: ptia nocte interemere: unã ad inferos detruſæ cribris aquaſ haurire finguntur. Hac aũt fabula Lucretius amore captos ſignari putet: qui ſpe leuiſſima diu laborent. Vacarunt: ceſſarunt ab urnis geſtãdis. Inq; tuo ſe. Si. ſa. Siſyphus aeoli filius cũ iſthmũ infeſtaret ad inferos truſus ſaxũ in montis cacumẽ ſubuoluere cogitur: qđ ſemp in uallem deuoluitur: quo ambitioſi ſignificant: qui q̃uis ſepe tulerant repulſam: ab ambiendis tñ magiſtratibus non deſiſtũt. Eumenidũ: Furiarum. Nec re. co. Proſerpina. Nec q regit ima: periphraſis eſt Plutonis. Vmbras inter: anaſtrophe eſt.

Raph. — Rhodope — Tenar⁹ — Orphe⁹ ad iferos Orphei oratio — Tartar⁹ — auguror Auguro — Venis — Tãtal⁹ — Ixion — Titius — bellides — Siſyphus

Vſq; fuit: nulloſq; inuenit motibus ignes.
Exitus auſpicio grauior: nam nupta per herbas
Dum noua Naiadum turba comitata uagatur,
Occidit, in talum ſerpentis dente recepta.
Quam ſatis ad ſuperas poſtq; Rhodopeius auras
Defleuit uates: ne non tentaret & umbras:
Ad ſtyga Tænaria eſt auſus deſcendere porta:
Perq; leues populos. ſimulachraq; functa ſepulchro
Perſephonem adiit: in amœnaq; regna tenentem
Vmbrarum dominũ: pulſiſq; ad carmina neruis,
Sic ait: ô poſiti ſub terra numina mũdi.
In quem decidimus quidquid mortale creamur:
Si licet. & falſi poſitis ambagibus oris
Vera loqui ſinitis: non huc ut opaca uiderem
Tartara, deſcendi: nec uti uilloſa colubris
Terna Meduſæi uincerem guttura monſtri.
Cauſa uiæ eſt coniunx: in quam calcata uenenum
Vipera diffudit: creſcenteſq; abſtulit annos;
Poſſe pati uolui: nec me tentaſſe negabo.
Vicit amor: ſupera Deus hic bene notus in ora eſt.
An ſit & hic, dubito. ſed & hic tamen auguror eſſe:
Famaq; ſi ueteris non eſt mentita rapinæ.
Vos quoq; iũxit amor. pego, hæc loca plena timoris
Per Chaos hoc ingens, uaſtiq; ſilentia regni:
Eurydices oro properata retexite fata.
Omnia debentur uobis: paulumq; morati
Serius aut citius ſedem properamus ad unam.
Tendimus huc omnes: hæc eſt dom⁹ ultima: uoſq;
Humani generis longiſſima regna tenetis.
Hæc quoq; cum iuſtos matura peregerit annos:
Iuris erit ueſtri: pro munere poſcimus uſum.
Quod ſi fata negant ueniã pro coniuge: certum eſt
Nolle redire mihi. leto gaudere duorum.
Talia dicentem. neruoſq; ad uerba mouentem
Exangues flebant animæ: nec Tantalus undam
Captauit refugam. ſtupuitq; Ixionis orbis.
Nec carpſere iecur uolucres: urniſq; uacarunt
Belides. inq; tuo ſediſti Siſyphe ſaxo.
Tunc primum lachrymis uictarũ carmine fama eſt
Eumenidum maduiſſe genas: nec regia coniunx
Suſtinet, oranti: nec qui regit ima, negare,
Eurydicemq; uocant: umbras erat illa recentes
Inter, & inceſſit paſſu de uulnere tardo.
Hanc ſimul, & legẽ Rhodopeius accipit Orpheus,
Ne flectat retro ſua lumina. donec auernas
Exierit ualles: aut irrita dona futura.

Carpitur



Carpitur accliuis: p tramitem arduum Orpheus ab iferis ad ſuperos aſcendit. Nec procul: nec lõge. Margine extremitate. Sũmæ telluris ſupernæ terræ. Hic ne deficeret metuẽs: tunc inquit timens Orphe⁹ ne Eurydice ſe dereſeret, ad eã oculos cõuertit. Quam tria quis timidus: qs nã hic fuerit, nuſq̃ me legiſſe memini. Quiſquis autẽ fuit, cum Cerberum ab hercule ad ſupos attractũ uidiſſet, tãto affect⁹ eſt tremore, ut in ſaxũ fuerit conuerſus. Medio: collo ſubaudiat. Nã e tribus Cerberi collis mediũ cathenis fuerat ligatũ. Quiq; i ſe traxit crimẽ: Olenus quidã Lethæam duxit uxorẽ eximia pulchritudine adeo ſuperbã, ut ſe deabus preferret. Cæterũ Deæ iratæ cũ de Lethea ſuppliciũ ſumere uellẽt, Olenus in ſe culpã uxoris trãſferre auſus una cum illa in lapidẽ fuit conuerſus. Humida Ide: fontibus abundãs. Nã Ida phrygia multis fontibus irrigat. Orãtẽ: Orpheũ precantem. Portitor: Charõ qui portui iferorum preeſt. Arguerat: increpuerat: ſed arcuerat fortaſſe rectius legeretur, ut intelligam⁹, uetuerat. In ripa: ſtygis paludis. Cereris ſine mu. ſine ullo cibo. Pulſumq; aqlonibus Hęmũ: montes ſunt thraciæ Rhodope & hæmus boreæ obnoxii. Annũ piſcibus æquoreis incluſum: hoc eſt piſcibus terminatũ. Nam piſces zodiaci ultimũ obtinẽt locũ, annũq; terminant. Significat igit tres ãnos trãſiuiſſe poſt eurydices mortẽ: q bus Orpheus nullã tetigerat mulierem. Auctor trãſferre: conſtructio eſt græca: Transferendi. n. latine diceretur. Fabulæ ſecũdæ decimi libri argumentum.

Raph. — Olen⁹ & Lethea in lapides

Carpitur accliuis per muta ſilentia Trames
Arduus, obſcurus, caligine denſus opaca.
Nec procul abfuerant telluris margine ſummæ.
Hinc ne deficeret metuens, auiduſq; uidẽdi
Flexit amans oculos: & protinus illa relapſa eſt:
Brachiaq; intendens, prendiq;, & prendere captãs,
Nil niſi cedentes infelix arripit auras.
Iamq; iterum moriens: non eſt de coniuge quicq̃
Queſta ſuo: quid enim niſi ſe quereretur amatã?
Supremumq; uale (quod iam uix auribus ille
Acciperet, dixit) reuolutaq; rurſus eodẽ eſt.
Non aliter ſtupuit gemina nece cõiugis Orpheus,
Quam tria qui timidus medio portante cathenas
Colla canis uidit: quem non pauor ante reliquit:
Quam natura prior: ſaxo per corpus oborto.
Quiq; in ſe traxit crimen: uoluitq; uideri
Olenus eſſe nocens: tuq; o confiſa figura
Infelix Lethæa tua: iunctiſſima quondam
Corpora, nunc lapides, quos humida ſuſtinet Ide.
Orantem: fruſtraq; iterum tranſire uolentẽ
Portitor arguerat ſeptem tamen ille diebus
Squallidus in ripa Cereris ſine munere ſedit:
Cura, dolorq; animi, lachrymæq;, alimenta fuere.
Eſſe Deos Herebi crudeles queſtus, in altam
Se recipit Rhodopẽ: pulſũq; Aquilonibus Hæmum.
Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum
Finierat Titan: omnemq; refugerat Orpheus
Fœmineam Venerẽ: ſeu q malæ ceſſerat illi.
Siue fidem dederat: multas tamen ardor habebat
Iungere ſe Vati: multæ doluere repulſæ.
Ille etiam Thrãcum populis fuit auctor amorem
In teneros transferre mares: citraq; iuuentam
Aetatis breue uer, & primos capere flores.



Colliſ erat: collemq; ſuper planiſſima campi
Area: quam uiridem faciebant graminis herbæ:
Vmbra loco deerat: qua poſtq; parte reſedit
Diis genitus Vates: & fila ſonantia mouit.
Vmbra loco uenit. non Chaonis abfuit arbor.

Oui. Metha.

Collis erat &c. Ad cãtus Orphei deſiderãtis cõſuetudinẽ cõiugis cũ plurima aĩalia capta uocis dulcedine conueniſſent, & in his ẽt arbores elicitæ: inter quas ſtupẽs cãtibus Pinus Cybeles montis: q in phrygia eſt, in quã atys matris deũ antiſtes mutatus eſt. Alii ferũt fuiſſe eũ filium. Alii paſtorẽ. Collis erat: locum deſcribit ubi canẽs Orpheus a bacchis fuit diſcerptus. Diis genitus uates: Orpheus apollinis & Calliopes muſæ fili⁹. Loco: in locũ Virg. ſe clamor cęlo. Chaonis ar. quercum dicit. Nam quercus arbor eſt glãdifera, q in Chaonia Epiri regione a Chaone dicta copioſe puenit, unde in primo geor. Virg. Si ueſtro munere tellus Chaoniã pingui glãdẽ mutauit ariſta. Chaon aũt frater fuiſſe Heleni ſcribitur: quem cum Helenus ipſe per imprudẽtiam occidiſſet, regionẽ cui imperabat chaoniã ab illius noĩa uocauit, cum antea moloſſia appellaretur. Vnde Virg. Morte Neoptolemi regnorũ reddita ceſſit ps Heleno, q chaonios cognomine cãpos, Chaoniãq; omnẽ Troiano a Chaone dixit. Plinius aũt chaoniam a Chaonibus populis denominatam eſſe ſcribit.

Raph. — Querc⁹ chaonia — Chaon

Raph. ¶Nō nemus Heliadū: ppt i qs ſorores Phaetōtis ouerſas fuiſſe in ſecūdo uolumine poeta narrauit. ¶Heliadū: ſolis filiaꝝ. Helios.n. Sol dr. ¶Aeſculus: arbor ē hęc glādifera ioui dicata. ¶Et innuba laurus: go. Daphne.n. quā in laurū ouerſam legimus nunq̄ nubere uoluit. ¶Et nodis abies: ſine nodis. ¶Et platan⁹ genio ac uoluptati dicata. Foliis.n. aeſtate Solē auertit hyeme uero admittit: ut Pli. ſcr. ¶Acer ꝙ iacet arbor ē uariis diſtincta coloribus: unde acerne męſę poſt citreas in ptio apud priſcos fuiſſe ſcribūt. ¶Amnicolae ſali. iuxta fluuios naſcētes. Salix āt arbor ē notior, q̄ ut hoc loco ſit deſcribēda. ¶Et aquatica Lotos: arbor eſt Lotos locis humidis gaudēs: unde & aqtica uocatur a poeta: & fert ſuauiſſimū fructū in africa pſertim: unde Lotophagi populi fuerūt denoiati. Eſt et Lotos herba: quā iter primas Deorū uoluptati naſci Homerus ait. ¶Tenueſq; myricae: humiles, nō multū creſcētes. Vnde & Vir. i Bucolicis humiles myricas appellat. ¶Et bicolor myrtus: arbor eſt myrtus Veneri dicata. ¶Baccis: immaturas ſiccos baccas uocat poeta. ¶Pāpineę uites: pāpinis & foliis oneratę. ¶Orniq; & piceę: arbores ſunt mōtanę ornus & picea. Sane horn⁹ cū aſpiratiōe huius anni i telligit. ¶Arbutus: arboris eſt ſpēs arbutus haud ualide creſcens. ¶Pomo ru. pomis rubicūdis. ¶Et lentę pal. flexibiles. ¶Victoris pmia: idcirco palmę uictoris pmia dicuntur: q uictores palma coronatur. Palmę.n. nunq̄ oneri cedunt: ut qui uincūt hoſtibus cedere non udent. ¶Et ſuccincta comas: ſuccinctas & altas

Aeſcul⁹ · Enodis · Platan⁹ · Atys in pinum · acer · acernae menſae · Lotos · Lotophagi · Myrice · Myrtus · Ornus · Hornus · arbutus · Palma

Non nemus Heliadum non frondibus Aeſculus altis:
Nec tiliae molles: nec Fagus, & innuba Laurus,
Et coryli fragiles: & Fraxinus utilis haſtis:
Enodiſq; abies: curuataq; glandibus Ilex:
Et Platanus genialis: Acerq; coloribus impar,
Amnicolaeq; ſimul Salices, & aquatica Lotos.
Perpetuoq; uirens Buxus: tenueſq; Myricae:
Et bicolor Myrtus, & baccis caerula Ficus.
Vos quoq; flexibiles Hederae uenistis: & una
Pampineae Vites: & amictae uitibus Vlmi,
Orniq; & Piceae: Pomoq; onerata rubenti
Arbutus: & lentae uictoris praemia Palmae,
Et ſuccincta comas: hirſutaq; uertice Pinus
Grata Deum matri: ſiquidem Cybeleius Atys
Exuit hac hominem: truncoq; induruit illo.




Affuit huic turbae metas imitata Cupreſſus:
Nunc arbor: puer ante Deo dilectus ab illo:
Qui citharam neruis: & neruis temperat arcum.
Namq; ſacer Nymphis Carthaea tenentibus arua
Ingens Ceruus erat: lateq; patentibus, altas
Ipſe ſuo capiti praebebat cornibus umbras,
Cornua fulgebant auro: demiſſaq; in harmos
Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Bulla ſuper frontem paruis argentea loris
Vincta mouebatur: parilisq; aetate nitebant
Auribus & geminis, circum caua tempora, baccae:
Iſq; metu uacuus: naturaliq; pauore
Depoſito celebrare domos: mulcendaq; colla
Quamlibet ignotis manibus praebere ſolebat.
Sed tamen ante alios Ceae pulcherrime gentis
Gratus erat Cypariſſe tibi: tu pabula ceruum
Ad noua: tu liquidi ducebas fontis ad undas:
Tu modo texebas uarios per cornua flores.
Nunc eques in tergo reſidens huc laetus & illuc
Mollia purpureis frenabas ora capiſtris.
Aeſtus erat: mediuſq; dies: Soliſq; napore
Concaua littorei feruebant brachia Cancri.
Feſſus in herboſa poſuit ſua corpora terra

habēs comas: & frōdes. Nā pinus in uertice ſolū frōdes emittit. ¶Grata Deū matri: Cybele. ¶Siqdē cybelei⁹ atys: atys eximię pulchritudine puer Deorū mři: ut i Faſtis ſcribit poeta: ſibi caſto deuinxit amore, ut caſtus uiueret: ſuaq; tēpla tueret. Atille mandatoꝝ imemor cū ſagaritide nympha coiuit: qre in furias act⁹ ſe ipſe primū exacuit: deide cū ſe iterū cere uellet: in pinū arborem fuit commutatus. Fabulae tertię decimi libri argumētum. ¶Affuit huic turbę metas imitata &c. Cypariſſus amicle filius ex inſula Cęa: hunc apollo dilexit: & pp ceruū patiētē manus: quē p iprudētiā ſagitta trāſfixū interemerat: manus afferentē ſibi periculo eripuit: & protinus in arborem genitiui nois uertit. ¶Affuit huic turbae: Cypariſſ⁹ puer fuit formoſiſſim⁹: apollini gratus: q ceruū quē in delicis hebat: cū iprudēs occidiſſet: tāto eſt affect⁹ dolore, ut cū mori oino uellet: in arborē cupreſſum ab apolline fuerit commutatus. ¶Metas imitata: metarū ſimilis: quae ut cupreſſi in acutū tēdūt. ¶Ab illo deo: ab apolline. Nā apollo cū cithara & arcu pingebat. ¶Carthaea arua: ſic qdē ſcribit ſed Carthea cū th. aſpirato legēdū uidetur. Nam Carthea una ē ex quatuor urbibus Cęę inſulae: in qua natus eſt Cypariſſus. Principale aūt p deriuatiuo poſitū ē. ¶Gemmata monilia: torques gemmis ornati. ¶Baccę: margaritę: uniōes. ¶Cęae gētis: Cęa inſula ē aegei: unde Cę⁹ deriuat. ¶Quālibet ignotis: quātūlibet in cognitis. ¶Soliſq; uapore: ſignificat Solē in Cācro fuiſſe: quo tēpore maximi excitantur aeſtus.

¶Frigus

Lactā. · Raph. · Cypariſſus in cupſſū · carthea · Caea



Raph. ¶Frig⁹ ducebat: trahebat: capiebat. ¶Pro materiaq; pro q̄litate rei perdite doleret. ¶Egeſto ſanguine: ex hauſto: emiſſo. ¶Sūptoq; rigo. accepta duritie. ¶Sydereū caelū: ſyderibus ornatū. ¶Lugebiſq; alios: hoc ex romana ouetudine dictū eſt. Nā (ut Ser. ſcribit) cupreſſi rami ante fores domus in qua eſſet cadauer, ponebantur, ne quis per imprudētiam ingrediēs pollueretur: unde illam inferis fuiſſe ōſecratam dicūt hoc eſt lachrymis & luctibus, uel ꝙ cęſa nunq̄ reuiuiſcit. ¶Dolētibus: more te propinquorum. Fabulae quartę libri decimi argumentum.

Lactā. ¶Tale nemus &c. Ganymedes Trois filius prima forma cum cęteris liberis phrygiae pręferretur: & aſſiduis uenationibus intereſſet, ne infamiā uirtutis aetatis ſubiret: Iuppiter uerſus in aquilam ex illo monte cum rapuit in caelū miniſtrumq; fecit.

Raph. chordae ¶Impulſas: pcuſſas. chordę aūt q̄ fides latine dicūtur, muſicoꝝ tantummodo ſunt inſtrumentorum. ¶Diuerſa: diuerſe. nomē p aduerbio poſitū eſt. ¶Varios modos: uarios ſonos, ex qbus conſtat harmonia. ¶A ioue muſa parens. Calliopen muſam ſibi matrem inuocat Orpheus. Ex principio autē hymni orphei in ioue hęc ſumpta eſſe uidēt. ¶Cedunt iouis omnia regno: omnia inquit iouis potentię ſubiiciuntur. Eſt autē parentheſis cām continēs cur ab ioue ſit icohādum. ¶Plectro grauiore: ſono grauiore: quali bella cantari ſolent. Eſt autē plectrū inſtrumentum muſicum: q latine pecten appellatur: quo chordae percutiuntur ἀπὸ τοῦ πλήττειν: hoc eſt a percutiendo declinatum. ¶Gigantes: Gigātomachiam hoc eſt gigantū pugnam.

Phlegrei cāpi ¶Phlegraeis cāpis: ubi fulminibus gigantes fuere confecti. Phlegrei uero campi & in Thracia & in Campania, & in Theſſalia eſſe ſcribūtur. ¶Leuiore lyra: humiliori ſono amoribus conuenienti. ¶In conceſſis ignibus: nefandis amoribus. Ea autē orpheus canit in mulierū odium, atq; contemptū. ¶Phrygii Ganymedis: Troiani. Nā Ganymedes Trois Dardanię regis fuit filius, qui admirāda pulchritudine iouē in ſui amorē pellexit: a quo in aquilā mutato raptus, ac

Ceruus: & arborea frigus ducebat ab umbra.
Hunc puer imprudens iaculo Cypariſſus acuto
Fixit: & ut ſaeuo morientem uulnere uidit:
Velle mori ſtatuit: quae non ſolatia phoebus
Dixit, & ut leuiter, pro materiaq; doleret
Admonuit: gemit ille tamen, munuſq; ſupremum
Hoc petit a ſuperis: ut tempore lugeat omni.
Iamq; per immenſos egeſto ſanguine fletus:
In uiridem uerti coeperunt membra colorem,
Et modo qui niuea pendebant fronte capilli,
Horrida caeſaries fieri: ſumptoq; rigore
Sydereum gracili ſpectare cacumine caelum.
Ingemuit: triſtiſq; Deus lugebere nobis,
Lugebiſq; alios: aderiſq; dolentibus inquit.
Tale nemus Vates attraxerat: inq; ferarum
Concilio medius turba: uolucrumq; ſedebat.
Vt ſatis impulſas tentauit pollice chordas:
Et ſenſit uarios: quis diuerſa ſonarent,
Concordare modos: hoc uocem carmine mouit:
Ab Ioue muſa parens (cedunt Iouis omnia regno)
Carmina noſtra moue: (Iouis eſt mihi ſaepe poteſtas
Dicta) prius cecini plectro grauiore Gigantes,
Sparſaq; Phlegraeis uictricia fulmina campis
Nunc opus eſt, leuiore lyra: pueroſq; canamus
Dilectos Superis, inconceſſiſq; puellas
Ignibus attonitas meruiſſe libidine poenam.
Rex ſuperum phrygii quondā Ganymedis amore
Arſit: & inuentum eſt aliquid, quod Iuppiter eſſe
Quam quod erat, mallet: nullo tamen alite uerti
Dignatur: niſi quae portat ſua fulmina terrae.
Nec mora percuſſo mendacibus aere pennis
Arripit Iliaden: qui nunc quoq; pocula miſcet:
Inuitaq; Ioui nectar Iunone miniſtrat.
Te quoq; amyclide poſuiſſet in aethere phoebus:
Triſtia ſi ſpatium ponēdi fata dediſſent.
Qua licet aeternus tamen es: quotieſq; repellit
Ver hyemem: Piſciq; aries ſuccedit aquoſo:
Tu toties oreris, uiridiq; in ceſpite flores.

ſibi mēſę miniſter adhibitus phibet. Quod quidē idcirco fingit: q iuppiter aut p legionē Ganymedem rapuit: cuius inſigne erat aquila: aut nauis in qua fuit impoſitus pictā habuit aquilā, ut Lactā. exponit. Euſebius uero in Chronicis ait Ganymedē a Tantalo fuiſſe raptū: indeq; ortū bellū inter Troē & Tantalum. Locus aūt in quo raptus fuit ἁρπάγιον uocat ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν: hoc eſt a rapiēdo, ut Strabo teſtat. Aquarii quidē Ganymedē eē dixer⁹: ut ſcribit Higin⁹: ut uelut aquā fundēs oſtēdit: & a gręcis Hydrochoos appellatur. ¶Niſi quę portat ſua fulmina terrae: periphraſis ē aquilę, quę fulmina ioui ſubminiſtrare dr. Hoc āt idcirco fingitur, ꝙ ſola ex auibus aquila fulmine nō tāgit. ¶Illa dē: Illi nepotem. ¶Inuita Iunōe: cōtra uoluntatē iunonis, q ęgre ferebat Ganymedē pp pulchritudinem tātopere ab ioue amari. Fabulę quītę decimi libri argumētum.

Lactā. ¶Te quoq; &c. Hyacinthus amyclides dilectus ab apolline: cum per iocū in certamen diſci ueniſſet altius iactum pondus non prius deſpicere potuit, q̄ capiti ſenſit inięctū. Quo eliſo poſt obitū eius cruor eius nomine in florem in ſcriptum ceſſit.

Raph. ¶Tu quoq; Amyclide: Hyacinthus puer fuit formoſiſſimus ab apolline ſimul & zephyro uētorū adamatus. Qui cum in apollinis amorē magis iclinaret, ob zelotypiā in ſe zephyrū armauit. Cū igitur ſe diſco cū apolline exerceret, zephyrus uehemēter flans recepit, diſcūq; ab apolline in aerem coniectū ita repercuſſit in hyacinthum, ut ipſum iterfecerit. Apollo autem ne tam formoſi pueri memoria iteriret: ipſum in ſui nominis florem commutauit, in quem etiā aiax in. xiii. ſcribitur fuiſſe cōmutatus. ¶Amyclide: Amyclę fili. Amyclas enim Hyacinthi pater fuit urbis amyclarum conditor. Nā amyclae urbs eſt Laconię Hyacinthi patria pueri adeo formoſi: ut apollo illius amore captus e cęlo deſcendere in terram ſuſtinuerit, quo diutius pulchritudine ipſius frui poſſet. Amyclas autē interdum amyclę ſecūdum primam flectitur declinationem: interdum amyclantis ſecundum tertiam.

Ganymedis raptus · Aquila fulmine nō tāgi · Hyacinthus in florem

Qui Metha.

Raph. ¶Meus genitor: Apollo. Nam apollinis & Calliopes muſæ filium ſe eſſe Orpheus ipſe teſtatur. ¶In medio orbe. Delphi urbs

Delphi

eſt phocidis apollinis oraculo clariſſima, quæ a geographis in medio terrarū orbe eſſe perhibet. ¶Eurotan: fluuius eſt. Laconiæ Eurotas. ¶Immunitam Sparten: ſine muris: uirtute enim nō muris Lacedæmonii urbem ſuam tutabantur. ¶Immemor ipſe ſui: ſuæ diuinitatis. ¶Aſſuetudine: conſuetudine. ¶Iamq; fere medius Titan: meridiem fuiſſe ſignificat. ¶Actæ: præteritæ noctis. ¶Vtrinq;: & a pterita & ueniente nocte. ¶Lati diſci: nam diſcus & latus eſt, & rotundus lapis, quem in aerem priſci cum quadam arte iacientes ſe exercebant. Dictus eſt autem diſcus ἀπὸ τοῦ δικεῖν: hoc eſt a iacendo per additionem .s. literæ. ¶Recidit in ſolidam longo poſt tempore: emphaſis ē, qua intelligamus diſcum longe in aerem fuiſſe iactū. Cito namq; in terram cecidiſſet, niſi in altū iactus fuiſſet. ¶Et exhibuit: oſtēdit. ¶Artem: nā ita emittebatur: ut in gyrū ſe uoluens caderet in terram.

Diſcus

¶Tænarides: Tænarius Hyacinthus Laco a Tænaro Laconiæ promontorio. ¶Subiecit: ſurſum iecit ¶Aeq;: tantū. ¶Erat immedicabile uulnus: cauſa cur nil artes pdeſſent. ¶Vt ſi quis uiolas: q̄ facile defecerit Hyacinthus pulchris ſimilitudinibus: poeta oſtēdit. ¶Defecta: derelicta. ¶Laberis Oebalide: apoſtrophe ad hyacithum affectus, & doloris, & querelarum plena. ¶Laberis: moreris. ¶Oebalide: patronymicum pro poſſeſſiuo poſitū eſt. nam Oebalia urbs eſt laconiæ ab Oebalo conditore appellata. ¶Quod quoniam fatali lege tenemur: uetamur in uetuſtis legitur exemplaribus. Et recte quidem. Sic namq; aperte intelligitur, quod fa

Oebalia Hyacit⁹ in florē

Te meus ante omnes genitor dilexit: & orbe
In medio poſiti caruerunt preſide Delphi:
Dum Deus Eurotan: immunitamq; frequentat
Sparthen: nec citharæ: nec ſunt in honore ſagittæ.
Immemor ipſe ſui non retia ferre recuſat.
Non tenuiſſe canes. non per iuga montis iniqui
Ire comes: longaq; alit aſſuetudine flammas.
Iamq; fere medius Titan uenientis: & actæ
Noctis erat: ſpatioq; pari diſtabat utrinq;:
Corpora ueſte leuant: & ſucco pinguis oliuæ
Splendeſcunt: latiq; ineunt certamina diſci.
Quem prius aerias libratum phœbus in auras
Miſit: & oppoſitas diſiecit pondere nubes.
Recidit in ſolidam longo poſt tempore terrā
Pondus: & exhibuit iunctam cum uiribus artem.
Protinus imprudens, actuſq; cupidine luſus
Tollere Tænarides orbem properabat, at illum
Dura repercuſſo ſubiecit in aere tellus
In uultus Hyacinthe tuos. expalluit æque
Quam puer ipſe Deus: collapſoſq; excipit artus:
Et modo te refouet: modo triſtia uulnera ſiccat.
Nunc animam admotis fugientem ſuſtinet herbis.
Nil proſunt artes (erat immedicabile uulnus.)
Vt ſi quis uiolas, riguoq; papauera in horto:
Liliaq; infringat fuluis hærentia uirgis,
Marcida demittant ſubito caput illa grauatum:
Nec ſe ſuſtineant: ſpectentq; cacumine terrā:
Sic uultus moriens iacet: & defecta uigore
Ipſa ſibi eſt oneri ceruix: humeroq; recumbit.
Laberis Oebalide prima fraudate iuuenta:
Phœbus ait: uideoq; tuum mea crimina uulnus.
Tu dolores, facinuſq; meum: mea dextera, leto
Inſcribenda tuo eſt: ego ſum tibi funeris auctor.
Quæ mea culpa tamen? niſi ſiluſiſſe, uocari
Culpa poteſt: niſi culpa poteſt, & amaſſe uocari?
Atq; utinam pro te uitam, tecumq; liceret
Reddere: quod quoniam fatali lege uetamur:
Semper eris mecum: memoriq; hærebis in ore.
Te lyra pulſa manu: te carmina noſtra ſonabunt:
Floſq; nouus ſcripto gemitus imitabere noſtros.
Tempus & illud erit: quo ſe fortiſſimus heros
Addat in hunc florem: folioq; legatur eodem.
Talia dum uero memorantur Apollinis ore.
Ecce cruor, qui fuſus humi ſignauerat herbas,
Deſinit eſſe cruor: Tyrioq; nitentior oſtro
Flos oritur: formamq; capit, quam lilia: ſi nō
Purpureus color his. argenteus eſſet in illis.
Nō ſatis hoc phœbo eſt (is enī fuit auctor honoris
Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit: & hay
Flos habet inſcriptum: funeſtaq; littera ducta eſt.

cetē prohibemur. Dii enim cum natura ſint immortales, nulla ratione uitā deponere poſſunt. ¶Scripto: literis. Nam in Hyacintho flores αι ſyllaba gemitum ſignificans bis inſcripta uidetur. ¶Tametſi quidam aliter ſentientes, putāteſq; hya ſyllabas in Hyacintho flore eſſe īſcriptas manifeſte decipiātur. ¶Fortiſſimus heros: aiax Telamonius (ut in tertiodecimo poeta narrat) in Hyacinthum fuit conuerſus. ¶Folioq; legatur eodem: nam in Hyacinthi foliis (ut dixi) prima ſyllaba huius nominis αιαξ inſcripta uidetur. ¶Et hya: ſic quidem fere legitur: ſicq; legendum eſſe quidā præcipiunt: ſed aperte falluntur: cum hya literæ nullum gemitū præ ſe ferāt: αι αι uero quæ uox eſt aperte gemitus ſignificatiua, legēdum eſſe facile contenderim: quamuis omnia quæ quidem mihi uidere contigit exemplaria refragentur. ¶Funeſtaq; litera: luctuoſæ literæ, quibus in funeribus utitur. ¶Ducta eſt: ſcripta eſt. Nam literæ, dum ſcribuntur duci proprie dicuntur. Hinc autē apte etiam colligitur αι αι legendum eſſe: αι nāq; eſt uox: qua etiam nunc in funeribus & fletibus uti ſolemus.

Ducere

¶Hyacinthia:



Raph. ¶Hyacinthia: feſta in honorē Hyacinthi pueri inſtituta.

Fabulæ ſextæ decimi libri argumentum.

Lactā. ¶At ſi forte roges fœcūdam &c. Amathus oppidū i inſula Cypro: cuius incolæ ob tritā cōſuetudinē humani generis ſoliti ara iouis: q̄ pxima erat Deæ aduenas īmolarē: quorū crudelitate Ven⁹ offenſa: ne reliquere ſedes ſuas cogeretur in boues uertit: quæ a magnitudine cornuū Ceraſtæ apud Salaminios ſūt nominati.

Raph. ¶At ſi forte roges: p comparationem oſtendit Orpheus pueros formoſos & Diis placuiſſe. & maximo ornamento ſuis fuiſſe ciuitatibus: puellas uero contra & Diis per quam diſplicuiſſe: & maximo ſuas urbes dedecore affeciſſe. Nam Propœtides quædam Venerem Deā eſſe negare auſæ non minore ſunt odio ciuibus ſuis q̄ ceraſtæ quidā: qui in ara hoſpites imm. labāt: quos ut Venus in iuuēcos conuertit: ita Propœtidas & ſua corpora primas proſtituere coegit: & in ſaxa cōmutauit. ¶Fœcundam amathunta: Amathus urbs eſt Cypri ære abundans: unde & Cyprus ipſa amathuſia olim fuit uocata. eſt ēt urbs laconiæ. Declinatur aūt amathus: amathuntis: ut opus opuntis. ¶Annuat. nutu affirmet tam illas uelle genuiſſe: q̄ eos Ceraſtas: qui hoſpites imolādo maximo ſibi dedecori fuerunt. Vnde etiam nomen traxere Ceraſtæ: κέρας unde ceraſtæ declināturːcornu dicitur: nam in fronte duo cornua habebant: unde & Cyprus ipſa Ceraſtis a quibuſdā fuit appellata. ¶Iouis hoſpitis: ξένιος a Græcis appellatur: q̄ hoſpitiis pſit. unde Virg. Iuppiter hoſpitib⁹ nā te dare iura loquūtur. ¶Lugubris ſcele. luctuoſi ſceleris: quo hoſpites decepti necabant. ¶Amathuſiacas bidētes: Cyprias oues. Nā Cyprus (ut dixi) Amathuſia ēt fuit appellata. ¶Ophiuſia arua: Cypria. alludit aūt poeta ad priſcū illius inſulæ nomen: Ceraſtis nāq; ēt cognominata fuit a genere quodā ſerpētis: uel q̄ multa cornua: hoc eſt montiū uertices habeat. Ophiuſia uero ſerpentina poſſumus interpretari. ¶Gens impia: Ceraſtarum. ¶Fugæq;: exilii. ¶Toruos: truces terribiles aſpectu.

amath⁹ ceraſtæ ī tauros

Propœtides in ſaxa

Iuppit hoſpitalis

amathuſia

Nec genuiſſe pudet Spartem Hyacinthō, honorq;
Durat in hoc æui, celebrandaq; more priorū
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.
At ſi forte roges fœcundam Amathunta metallis,
An genuiſſe uelit propœtidas: annuat æque
Atq; illos. gemino quondam quibus aſpera cornu
Frons erat: unde etiam nomen traxere Ceraſtæ.
Ante fores horum ſtabat Iouis hoſpitis ara
Lugubris ſceleris: quam ſi quis ſanguine tinctam
Aduena uidiſſet: mactatos crederet illic
Lactentes uitulos, amathuſiacaſq; bidentes.
Hoſpes erat cæſus. ſacris offenſa nefandis:
Ipſa, ſuas urbes, Ophiuſiaq; arua parabat
Deſerere Alma Ven⁹: ſed qd loca grata? quid urbes
Peccauere meæ? quod dixit crimen in illis?
Exilio pœnam potius gens impia pendat:
Vel nece: uel ſi quid medium eſt mortiſq;, fugæq;.
Idq; quid eſſe poteſt: niſi uerſæ pœna figuræ?
Dum dubitat, quo mutet eos: ad cornua, uultum
Flexit: & admonita eſt, hæc illis poſſe relinqui:
Grandiaq; in toruos transformat mēbra iuuēcos
Sunt tamen obſcœnæ Venerē Propœtides auſæ
Eſſe negare Deam: pro qua ſua numinis ira
Corpora cum forma primæ uulgaſſe feruntur.
Vtq; pudor ceſſit: ſanguiſq; induruit oris:
In rigidum paruo ſilicem diſcrimine uerſæ.
Quas quia pygmalion æuum per crimina agentes
Viderat: offenſus uitiis: quæ plurima menti
Fœmineæ natura dedit: ſine coniuge cælebs
Viuebat: thalamiq; diu cōſorte carebat
Interea niueum mira feliciter arte
Sculpſit ebur: formāq; dedit: qua fœmina naſci
Nulla poteſt: operiſq; ſui concepit amorem:
Virginis eſt ueræ facies: quam uiuere credas,
Et ſi non obſtet reuerentia: uelle moueri.

Fabulæ ſeptimæ decimi libri argumentum.

Lactā. ¶Sunt tamen &c Propœtides filiæ amathunte aſpernatæ Venerem primæ in triuio uulgauere corpora ob eiuſdem Deæ iram: quia pudore indurerant nouiſſime in lapidem ſunt transfiguratæ.

Raph. ¶Sunt tā obſcœnæ. q̄uis inquit Ceraſtas in iuuencos conuerterit Venus: Propœtids tā auſæ ſunt eam negare deā eē. ¶Obſcœnæ: turpes. ¶Vulgaſſe: pſtituiſſe. ¶Ceſſit: receſſit. ¶Pro quo: pp quā rem ¶Numinis ira: Veneris īdignatione. ¶Sāguiſq; induruit oris: ita durus eſt factus: ut nihil erubeſceret. ¶Paruo diſcrimine: pua differētia. Lapideæ nāq; ſtatuæ uidebant Propœtidib⁹ ſimiles ¶Verſæ: fuerāt ſubaudiat

¶Fabulæ octauæ decimi libri argumentum.

Lactā. ¶Quas quia pygmalion æuū p crimina agētes &c. Pygmalion offenſus impudētia uulgari Propœtidū ſtatuit cælebs permanere. Qui cum ſignū uirginale ex ebore feciſſet: captus ſpecie eius in uecordem incidit amorem: & cum tota mente quæſiuit a Deo ut eius ſigno: cuius amore exarſiſſet: animam infunderet. Et egreſſus templo cū domū perueniret: comperit uoto ſe eſſe donatum coniugii. Itaq; lætatus arte ſua Paphum filium genuit: qui inſula Cypro oppidum ſui nōis conſuluit.

Raph. ¶Quas quia Pygmalion æuum: Pygmalion quidā flagitiis Propœtidum offenſus uitam cælibem exigere decreuit: ſed ex ebore uirginis ſimulachrum: adeo fabre effinxit: ut perinde atq; ſi uiua eſſet: illius amore caperetur. Quare Venerem orauit: ut ſibi talem concederet uxorē. Venus autem pluſq̄ petebatur: effecit. Nam illi: quā in lecto Pygmalion collocauerat: animam inſpirauit: nubilemq; ætatem donauit: ex inſperato igitur Pygmalion uoti compos factus ex ea Paphum ſuſtulit, a quo & inſula: & urbs Paphos fuit appellata. ¶Sine coniuge cælebs: alterum ex altero pendet. Quis enim uxore caret cælebs uiuit qui cælibem ducit uitam, uxorē nō habet. Cælebs aūt dicit: quaſi cæleſtem uitam agens. ¶Thalami conſorte: uxore. ¶Qua fœmina naſci Nulla poteſt: pulcherrimā fuiſſe illā ſtatuā intelligimus, ut quæ ne a natura quidē poſſet ſuperari. ¶Et ſi nō obſtet reuerētia: acute, elegāterq; hoc dictū eſt. Nā uirgines bene educatæ p pudore in uirorū cōſpectu uix audēt ſe mouere. Ea igitur ſtatua non q̄ eburnea eſſet, ſed pudore quodā uirginibus inſito immobilis uidebatur.

Pygmalion

Paphus

Cælebs

Raph. ¶ Ars adeo latet:ut uiua uideretur,non ex ebore con fecta. ¶ Arte ſua miratur:ſtatuam. ſubaudiamus. ¶ Simulati corporis:an ſimilitudinē uirginis effecti. ¶ Nec adhuc ebur eſſe fatetur:quis tāgat ſtatuam,eburneāq; eē ſentiat, ſibi tamē eburneam eſſe perſuadere non pōt:adeo uiua uidebat. ¶ Inſidere:inhęrere:infingi ac ſubſidere,ſic ut mēbra digitis cederēt. ¶ Et metuit preſſos ueniat ne liuor in art⁹:& timet inq̄t ne mēbra manu preſſa liuorē & nigra quędā ſigna cōcipiāt. Liuor aūt ē illud ſignū ſubnigrū qđ i corpore pcuſſo uideri ſolet cui q̄n inuidorū color ſimilis eſt, liuor p inuidia ſæpenumero ponitur. ¶ Heliadū lachrymas: ſuccina, q̄ e populis in quas ſorores Phaethōtis conuerſas fuiſſe narrauit poeta defluere dicūtur. ¶ Baccę:uniōes. ¶ Concha Sidonide: purpura Tyria. ¶ Tota Cypro.per totā Cyprū. Veneri nanq; dicata eſt Cyprus inſula ciliciæ: Syriæq; obiecta: quōdam nouem regnorum ſedes:uariis quidē nominibus appellata. Nā & atamantida & ceraſtim & aſpeliā & amathuſam & Macaran & Cryptō & Coliniā Plinius ſcribit fuiſſe appellatā. Cyprus aūt dicta eſt a Cypro Cinyræ filia,uel a Cypero flore, uel(ut Aſtynom⁹ ſcri.) q̄a pri⁹ Gryptos appellata fuit,eo q̄ ſæpenumero a mari fuit occultata:deide.t.litera abiecta Cypros uocata ¶ Blādis cornibus: nō infeſtis,ſed mitib⁹. Cornua aūt uictimarū inaurari ſolebāt. ¶ Munere ſacrificio. ¶ Ad aras:apud altaria. ¶ Ven⁹ aurea:pulchra. ¶ Et amici numinis omē Flāma ter accēſa eſt.ordo ē:& flāma ter accēſa ē omē amici:& ppicii numis. ¶ Apicē: ſcītillā. ¶ Subſedit:cedit. ¶ Vt Hymetia cęra:Hymettus atticę mons eſt optimi mellis fertiliſſimus. ¶ Corpus erat:pprie dixit.nā corpus uiuum proprie uocatur:caro autē mortua,ut quæ a cadendo ſit dicta. ¶ Saliunt:mouentur. ¶ Paphius heros:Cypri⁹ Pygmaliō. ¶ Verba pleniſſima:copioſiſſima:ornatiſſima. ¶ Ora non falſa:uerā faciē. ¶ De quo tenet inſula nomen:nam Cyprus dicta eſt etiam Paphos a Papho pygmalionis filio.

Liuor

Succina

Cyprus

Eburnea ſtatua i uirginem

Hymet⁹

paphos q̄ cypr⁹

Ars adeo latet,arte ſua miratur:& haurit
Pectore pygmalion ſimulati corporis ignes,
Sæpe manus operi tentantes ádmouet:an ſit
Corpus:an illud ebur:nec adhuc ebur eſſe fatetur.
Oſcula dat:rediq; putat:loquiturq;, tenetq;,
Et credit tactis digitos inſidere membris.
Et metuit:preſſos ueniat ne liuor in artus.
Et modo blanditias adhibet,modo grata puellis
Munera fert illi conchas:teretesq; lapillos:
Et paruas uolucres:& flores mille colorum:
Lilia:perpictaſq; pilas,& ab arbore lapſas
Heliadum lachrymas:ornat quoq; ueſtibus artus,
Dat digitis gemmas.dat longa monilia collo.
Aure leues baccæ.redimicula pectore pendent.
Cūcta decent,nec nuda minus formoſa uidetur.
Collocat hanc ſtratis concha Sidonide tinctis:
Appellatq; tori ſociam,acclinataq; colla
Mollibus in plumis tanq̄ ſenſura,reponit:
Feſta dies Veneris tota celeberrima Cypro
Venerat:& blandis indutæ cornibus,aurum
Conciderant ictæ niuea ceruice iuuencæ:
Thuraq; fumabant:cum munere functus ad aras
Conſtitit:& timide,ſi Dii dare cuncta poteſtis:
Sit coniunx opto:non auſus eburnea uirgo
Dicere pygmalion:ſimilis mea dixit eburnæ.
Senſit,ut ipſa ſuis aderat Venus aurea feſtis:
Vota quid illa uelint:& amici numinis omen
Flamma ter accenſa eſt:apicemq; per aera duxit.
Vt rediit:ſimulachra ſuæ petit ille puellæ:
Incumbenſq; toro dedit oſcula.uiſa tepere eſt.
Admouet os iterum.manibus quoq; pectora tentat:
Tentatum molleſcit ebur poſitoq; rigore
Subſedit digitis:ceditq;:ut Hymetia Sole
Cæra remolleſcit:tractataq; pollice multas
Flectitur in facies:ipſoq; fit utilis uſu.
Dum ſtupet:& dubie gaudet:fallīq; ueretur,
Rurſus amans:rurſuſq; manu,ſua uota retractat.
Corpus erat.ſaliunt tentatæ pollice uenæ.
Tum uero Paphius pleniſſima concipit heros
Verba:quibus Veneri grates agit:oraq; tandem
Ore ſuo non falſa premit.dataq; oſcula uirgo
Senſit:& erubuit:timidumq; ad lumina,lumen
Attollens,pariter cum cælo uidit amātem.
Coniugio quod fecit,adeſt Dea:iamq; coactis
Cornibus in plenum nouies Lunaribus orbem:
Illa paphum genuit:de quo tenet inſula nomen.
Editus & ille eſt:qui ſi ſine prole fuiſſet,

Fabulæ nonæ libri decimi argumentum.

¶ Editus & ille ē:q &c. Myrrha cinyrę cēchreidis filia iracūdia Veneris,q̄ mater eius pręferretur Deæ.patrē impio dilexit amore:nec uiam potiendi inueniēs cogitur ſuſpēdium experiri. Cui⁹ nutrix itra cubile gemētis excepit uocem & ſignis cognitis nefariç mortis cām diligētius ſcrutat,cām poſcit. Cōſulta ergo puella et pollicet ſe effecturā:ut parēti ſine ulla infamia iūgatur:cui⁹ illa orationē in pmiſſum tps differt. At anus die ſolēni Ceteris:quo mater ei⁹ opata a uiro ſecubabat:aliēnam noctu deduxit ad Cinyrā pdicans forma eius ipulſā ſibi ſe credidiſſe. qui data cupiditate lumē inferri iuſſit: ut ſpeciē eius notā hēret: Cognituſq; filiæ pater ſtuprator.coactus ē pudore ferro ſtricto eā inſequi.quę duplici metu territa in inſulā pfugit: ibiq; miſericordia eiuſdē deæ in arborē:q̄ ei⁹ nom īdicaret:mutata ē.

Lactā.

Raph. cinyras

¶ Edit⁹ & ille ē. Cinyras Pygmalionis filius Myrrha genuit:q̄ nefando patris amore capta nutricis opera cū eo inſcio cōcubuit: Adonēq; cōcepit. Quod cum reſciuiſſet pater ſtricto enſe filiā perſequi cœpit. Illa uero fugiens in arabiā uſq; peruenit:ubi lōgo errore feſſa Deorū miſeratione in arborē ſui nominis fuit mutata.

¶ Inter



Raph. ¶ Inter felices:nam Cypriorum rex fuit in primis potens. ¶ Aut mea ſiue. aut inquit ſi mea carmina uos delectabunt,nolite credere ea fuiſſe facta,q̄ hoc loco ſcribenſ de Myrrha Cinyræ filia. ¶ Si tn̄ admiſſum: bene dubitat Orpheus an tn̄ ſceleris fuerit cōmiſſum.Nam cōtra naturam eſſe uidetur,ut liberi parentes flagitioſe ac uſq; ad coitū ament. ¶ Gētibus Iſ. Thraciis ¶ Noſtro or. Thraciæ. Nā Orpheus thrax fuit ¶ Abeſt:remota eſt. ¶ Sit di. amomo:amomū herba eſt ſuauiſſimi odoris nō in arabia modo:ſed in Ponto, Armeniaq; naſcēs,ut Pli.ſcri. ¶ Cinamaq;. Cinamū herba eſt medica, qua arabia felix cōmendat. ¶ Coſtūq; ſuam:coſtus frutex eſt grati odoris i arabia naſcēs. ¶ Sudata thura:p ſudorē quodā modo emiſſa. Thurifera autem regio eſt Sabęa. ¶ Panchaica tellus:Pāchęa regio apud Sabęos,in qua thuriforęarbores naſcunſ. Vnde Virgi. Totaq; thuriferis Panchaia pinguis ariſtis. ¶ Tāti noua nō fuit arbor:ut pater cū filia coire debuerit. ¶ Vīdicat:liberat. ¶ E trib⁹ una ſoror:una ex furiis Tiſiphone, Alectone, aut Megęra. ¶ Vndiq; lecti pceres:electi principes. ¶ Ad thalami certamen:ad nuptias tuas certatim petēdas aduenit. ¶ Dum non ſit ex oībus unus:hoc eſt uno patre excepto :quē uis ex oibus elige. ¶ Si tamen hoc ſcelus eſt:Myrrha amore uicta dubitabat an ſit nefas cū patre coire. ¶ Init pecudes: cū pecudibus coit.Nam Inire cum accuſatiuo ſūptum animal ſignificāte coire ſignificat. ¶ Felices quibus iſta licēt : ex nimio ardore iſta puenit exclamatio:q̄ Myrrha & brutorum uitam cōmendat,& ciuilem deteſtat ut difficilem & duram. ¶ Inuida iura:quæ humano generi inuidere uidētur:ne iis quæ a natura pmittunſ,frui poſſit. ¶ Negant: phibent. ¶ Gētes tamen eē ferūtur:hi ſūt Troglodytæ, uariçq; Aethiopū nationes,q̄ & uxores habent cōmunes,& brutorum more uiunt. ¶ Spes interdictæ:legibus phibitę. ¶ Remittit: pmittit. ¶ Cinyrę ocūbere poſſem:cum Cinyra:gręca enim loquēdi eſt figura ¶ Nūc quia iā meus eſt: pater. ¶ Nō ē meus:nō pōt eſſe meus maritus. ¶ Eſt mihi pximi.ōſanguinitas ipa mihi obeſt. ¶ Malus ardor. turpis amor. ¶ Amātē:me ſubaudiamus . ¶ Si nihil cōceditur ultra: coitum innuit:hoc eſt ſi mihi cū eo concūbere non licet: quę eſt ultima amoris linea. ¶ Vltra aūt: ſeipſā increpat Myrrha:q̄ coire cum patre affectat: quo quidē modo & iura conſanguinitatis, & noia cōfunderētur. Nā filia id quod eſt nefandiſſimum,& matris pellex eſſet,& adultera patris. Eſſet pręterea filio ſuo & ſoror,& mater:qđ penitus cōſanguinitatis nomina confundit.

Amomum

Cinnamum

Coſtus

Pāchęa

Inire

Proximitas

Inter felices Cinyras potuiſſet haberi.
Dira canam:pcul hinc naræ,procul eſte parentes.
Aut mea ſi ueſtras mulcebunt carmina mentes:
Deſit in hac mihi parte fides:nec credite factum.
Vel ſi credetis:facti quoq; credite pœnam.
Si tamen admiſſum ſinit hoc natura uideri:
Gentibus Iſmariis,& noſtro gratulor orbi:
Gratulor huic terræ;quod abeſt regionibus illis:
Quæ tantum genuere nefas.ſit diues Amomo,
Cinnamaq;,Coſtumq; ſuam,ſudataq; ligno
Thura ferat,floreſq; alios Panchaica tellus:
Dum ferat & Myrram.tāti noua nō fuit arbor.
Ipſe negat nocuiſſe tibi ſua tela Cupido
Myrrha:faceſq; ſuas a crimine uindicat iſto.
Stipite te Stygio,tumidiſq; afflauit Echidnis
E tribus una ſoror.ſcelus eſt odiſſe parentem.
Hic amor eſt odio,maius ſcelus.undiq; lecti
Te cupiunt proceres:totoq; oriente iuuētus
Ad thalami certamen adeſt:ex omnibus unum
Elige Myrrha uirum:dum non ſit ex omnibus unus.
Illa quidem ſentit:fœdoq; repugnat amori:
Et ſecum:quo mente feror?quid molior inquit?
Dii precor,& pietas,ſacrataq; iura parentum,
Hoc prohibete nefas:ſceleriq; reſiſtite noſtro:
Si tamen hoc ſcelus eſt:ſed enim damnare negatur.
Hanc Venerem pietas,coeuntq; animalia nullo
Cætera delicto:nec habetur turpe iuuencæ
Ferre patrem tergo,fit equo ſua filia coniunx.
Quaſq; creauit:init pecudes caper:ipſaq; cuius
Semine concepta eſt:ex illo concipit ales.
Felices quibus iſta licent.humana malignas
Cura dedit leges:& quod natura remittit.
Inuida iura negant:gentes tamen eſſe feruntur.
In quibus & nato genitrix:& nata parenti
Iungitur:& pietas geminato creſcit amore.
Me miſeram:q̄ non naſci mihi contigit illic:
Fortunaq; loci lædor:quid in iſta reuoluor?
Spes interdictæ diſcedite.dignus amari
Ille:ſed ut pater eſt:ergo ſi filia magni
Non eſſem Cinyræ:Cinyræ concumbere poſſem?
Nunc quia iam meus eſt:non eſt meus.ipſaq; damno
Eſt mihi proximitas.aliena potentior eſſem.
Ire libet procul hinc patriæq; relinquere fines:
Dum ſcelus effugiam:retinet malus ardor amantem.
Vt præſens ſpectem Cinyram,tangamq; loquarq;.
Oſculaq; admoueam:ſi nil cōceditur ultra:
Vltra autem ſperare aliquid potes impia uirgo?
Et q̄ confundas,& iura,& nomina ſentis?
Tu ne eris,& matris pellex:& adultera patris?
Tu ne ſoror nati?genitrixq; uocabere fratris?

Raph.

¶ Sacro angue: execrãdis anguibus: & uiperis. ¶ Crinitas ſorores: Eumenidas furias. Se aũt ipſa; Myrrha reprehendit, q̃uis ab alio increpari uideatur. ¶ Velle puta: te ſubītelligam⁹: nõ patrẽ ut quidam. ¶ Res ipſa: rei turpitudo. ¶ Memor moris: iuris & honeſti. ¶ Similis furor eẽt i illo: ut quid iura uelint obliuiſceref. ¶ Noibus dictis: expoſitis procorũ noibus. ¶ Tepido ro. tepidis lachrymis. ¶ Hæc cre. ſigna ſubaudiamus. ¶ Datis: oſculis. ¶ Cõſulta: interrogata. ¶ Non intellectã uocẽ: figurã qua Myrrha ſe patris amore captã innuerat patri reſpondens ſe illi maritũ ſimilem habere uelle. ¶ Demiſit uult⁹: demiſit oculos in terrã. ¶ Carpit: cruciat. ¶ Igne indomito: amore quẽ domare ac uincere non poterat. ¶ Furioſa uota retractat: furioſam cupiditatem cum patre coeundi reſumit: & aĩo reuoluit. Elegãter aũt ut oĩa poeta exprimit puellę amore ardẽtis cogitationes atq; affectus. ¶ Saucia percuſſa: ſecuribus. ¶ Trabs ingens: maxima arbor. Hac aũt ſimilitudine oſtendit poeta quanta in ambiguitate foret aĩus Myrrhæ collocat⁹. ¶ Vbi plaga nouiſſima: quãdo ultimus ictus reſtat. ¶ Quo cadat: in quã partẽ cadat. anteriorem an poſteriorem: dextrã an ſiniſtrã. ¶ Vario uul. uario affectu. ¶ Vtroq;: in utrãq; partẽ. ¶ Nec modus: finis ac termin⁹. ¶ Deſtinat: deliberat. ¶ Zona: cingulo. ¶ De ſũmo poſte: de ſũmitate hoſtii. ¶ Reuincta: religata. ¶ Chare uale Cinyra: amatorie myrrha cinyrã noie ꝓprio appellat. Patris enim nomẽ odio habebat: ut qđ ſibi eſſe impedimento putabat, ne optato concubitu potiretur.

Zona

Nec metues ſacro crinitas angue ſorores?
Quas facibus ſæuis oculos, atq; ora petẽtes
Noxia corda uident? at tu dum corpore non es
Paſſa nefas: animo ne concipe: neue potentis
Concubitu uetito naturæ pollue fœdus.
Velle puta: res ipſa uetat, pius ille, memorq;
Moris: & O uellem ſimilis furor eſſet in illo.
Dixerat: at Cinyras (quem copia digna procorum
Quid faciat dubitare, facit) ſcitatur ab ipſa
Nominibus dictis: cuius uelit eſſe mariti:
Illa ſilet primo: patriſq; in uultibus hærens
Aeſtuat: & tepido ſuffundit lumina rore.
Virginei: Cinyras hæc credens eſſe timoris:
Flere uetat: ſiccatq; genas: atq; oſcula iũgit.
Myrrha datis nimium gaudet. cõſultaq; qualem
Optet habere uirum: ſimilem tibi dixit: at ille
Non intellectam uocem collaudat: & eſto
Tam pia ſemper, ait. pietatis nomine dicto:
Demiſit uultus, ſceleris ſibi conſcia uirgo:
Noctis erat medium: curaſq;, & corpora, ſomnus
Soluerat: at uirgo Cinyreia peruigil igne
Carpitur indomito: furioſaq; uota retractat.
Et modo deſperat, modo uult tentare: pudetq;,
Et cupit: & quid agat non inuenit: utq; ſecuri
Saucia trabs ingens: ubi plaga nouiſſima reſtat:
Quo cadat in dubio eſt: omniq; a parte timetur.
Sic animus uario labefactus uulnere nutat
Huc leuis, atq; illuc: momentaq; ſumit utroq;.
Nec modus, & requies, niſi mors reperitur amoris,
Mors placet: erigitur: laqueoq; innectere fauces
Deſtinat: & zona ſummo de poſte reuincta
Chare uale Cinyra: cauſamq; intellige mortis:
Dixit: & aptabat pallenti uincula collo.
Murmura uerborum fidas nutricis ad aures
Perueniſſe ferunt, limen ſeruantis alumnæ:
Surgit anus: reſeratq; fores: mortiſq; paratæ
Inſtrumenta uidens: ſpacio conclamat eodem:
Seq; ferit: ſcinditq; ſinus: ereptaq; collo
Vincula dilaniat: tum deniq; flere uacauit:
Tum dare complexus: laqueiq; requirere cauſam.
Muta ſilet uirgo: terramq; immota tuetur:
Et deprenſa dolet tardæ conamina mortis.
Inſtat anus, canoſq; ſuos, & inania nudans
Vbera: per cunas, alimentaq; prima precatur,
Vt ſibi committat: quicquid dolet: illa rogantẽ
Auerſata, gemit: certa eſt exquirere nutrix.
Nec ſolam ſpondere fidem: dic inquit: opemq;
Me ſine ferre tibi non eſt mea pigra ſenectus
Seu furor eſt: habeo quod carmine ſanet, & herbis,
Siue aliquis nocuit: magico luſtrabere ritu,

¶ Pallenti collo: hypallage eſt: Ipſa enim Myrrha palleſcens intelligitur. ¶ Seruantis: cuſtodientis. ¶ Reſerat: aperit. ¶ Sinditq; ſi. ueſtiũ ſubaudiatur. Id aũt in magnis doloribus fieri cõſueuit. ¶ Tum deniq; flere uacauit: hoc eſt poſteaq̃ uincula dilaniauit: tum tandem flendi tẽpus habuit nutrix. ¶ Muta ſilet uirgo: tanq̃ muta. ¶ Tuetur: aſpicit id qđ i dignãtes: dolẽteſq; facere ſolẽt. ¶ Et deprenſa dolet tardæ conamina mortis: hoc eſt Myrrha dolet conatus mortis a nutrice deprehẽſos fuiſſe & intellectos: ꝓprie aũt honeſta deprehendi dicitur. ¶ Vt ſibi committat ut ſibi reuelet. ¶ Auerſata: aſpernata cum quadã uultus auerſione. ¶ Nec ſolam ſpõdere fidem. nec ſolã fidem promittere: ſed ẽt opem & auxiliũ. ¶ Me ſine: me pmitte. ¶ Seu furor eſt: inſanus amor. ¶ Siue aliquis nocuit: carminibus: & incantationibus. ¶ Luſtrabere purgaberis.

Depre hẽdere

¶ Propoſitiq;



Raph.

¶ Propoſitiq; tenax: in propoſito perſeuerans anus. ¶ Vt ipſi. ſibi inſoluta diceretur oratiõe. ¶ Furibũda: furẽti ſimilis. Virginis autem amantis decorum pulchre ſeruat poeta. Solent enim quo uehementius quid appetunt uirgines amore captę, eo magis diſſimulare. ¶ Inſtãti: nutrici ſubaudiatur. ¶ Et indicium laquei: hoc eſt minatur ſe indicaturã patri q̃ ſe ſuſpendere uoluerit Myrrha. ¶ Et officiũ ſpõdet: auxilium promittit. ¶ Obortis: ſubito natis. ¶ Et o dixit felicem coniuge matrẽ: figurata oratiõe utitur Myrrha, quo honeſtius amorem ſuum in patrem nutrici confiteatur. Eſt autem emphaſis, cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur, ut apud Virgilium. Non licuit thalami expertem ſine crimine uitam Degere more feræ: Quamq̃ enim (ut ſcribit Quintilianus) de matrimonio queritur Dido: tamen huc erupit eius affectus, ut ſine thalamis uitã hominum non putet, ſed ferarum. Hac uero figura ea ſignificare ſolem⁹, quæ ſi aperte dicerentur, min⁹ dicerent, turpiaq; uiderẽtur. ¶ Hacten⁹: locuta eſt ſubintelligatur. ¶ Et gemuit: gemitum & ſuſpiriũ emiſit. ¶ Senſit enim: hoc eſt cognouit nefandũ myrrhę amorem. Eſt autẽ parentheſis cauſã ſignificãs. ¶ Stetit hirta: erecta eſt. ¶ Addidit: dixit. ¶ Excuteret: expelleret, ex animo eiiceret. ¶ Diros amores: tetros ac turpes. ¶ Scit ſe non falſa moneri. hoc eſt cognoſcit ea quę a nutrice dicũtur eſſe uera. ¶ Potiere tuo: hic eſt diſtinguẽdũ nam nutrix non eſt auſa dicere parente, impedita pudore. ¶ Numine: & iureiurando. ¶ Feſta pię cereris: Theſmophoria a græcis ſacra Cereris appellãtur, quę quidem tanta caſtitate per decem dies (ut ſcribit Diodorus) celebrabantur quãta inuenti frumenti donum poſtulabat.

Figurata oratio

Emphaſis

Theſmophoria ſacra Cereris

Ira Deum ſiue eſt: ſacris placabimus iram.
Quid reat ulterius? certe fortuna, domuſq;
Soſpes ab incurſu eſt: uiuunt genitrixq;, paterq;.
Myrrha patre audito, ſuſpiria duxit ab imo
Pectore: nec nutrix etiam nunc concipit ullum
Mente nefas: aliquemq; tamẽ præſentit amorẽ.
Propoſitiq; tenax: quodcunq; eſt orat: ut ipſi
Indicet? & gremio lachrymantẽm tollit anili.
Atq; ita complectens infirmis membra lacertis
Sẽſim⁹ (inquit) amas: & ĩ hoc mea (pone timorẽ)
Sedulitas erit apta tibi: nec ſentiet unq̃
Hoc pater: exilit gremio furibunda, torumq;
Ore premens, diſcede precor, miſeroq; pudori
Parce ait: inſtanti diſcede, aut deſine (dixit)
Quærere quid doleã: ſcelus eſt quod ſcire laboras,
Horret anus: tremulaſq; manus, anniſq;, metuq;,
Tendit, & ante pedes ſupplex procumbit alumnæ.
Et modo blanditur, modo ſi non conſcia fiat
Terret: & indicium laquei, cœptiq; minatur
Mortis, & officium commiſſo ſpõdet amori.
Extulit illa caput: lachrymiſq; impleuit obortis
Pectora nutricis, conataq; ſæpe fateri:
Sæpe tenet uocem: pudibundaq; ueſtibus ora
Texit: & o, dixit, felicem coniuge matrem.
Hactenus: & gemuit. gelidos nutricis in artus
Oſſaq; (ſenſit enim) penetrat tremor, albaq; toto
Vertice canicies rigidis ſtetit hirta capillis
Multaq; ut excuteret diros, ſi poſſet, amores
Addidit: at uirgo ſcit ſe non falſa moneri.
Certa mori tamen eſt: ſi non potiatur amore
Viue ait hæc, potiere tuo, non auſa parente
Dicere: conticuit, promiſſaq; numine firmat.
Feſta piæ Cereris celebrabant annua matres,
Illa, quibus niuea uelatæ corpora ueſte
Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum.
Perq; nouem noctes Venerem, tactuſq; uiriles
In uetitis numerant: turba Cinyreis in illa
Regis adeſt coniunx: arcanaq; ſacra frequẽtat
Ergo legittima uacuus dum coniuge lectus:
Nacta grauem uino Cinyram male ſedula nutrix
Nomine mentito, ueros exponit amores:
Et faciem laudat. quæſitis uirginis annis:
Par ait eſt Myrrhæ: quam poſtq̃ adducere iuſſa eſt:
Vtq; domum redit, gaude mea dixit alumna,
Vicimus: infelix non toto pectore ſenſit
Lætitiam uirgo. præſagaq; pectora mœrent.
Sed tamen & gaudet (tanta eſt diſcordia mentis.)
Tempus erat quo cuncta ſilẽt: interq; Triones
Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes,
Ad facinus uenit illa ſuum: fugit aurea cœlo

Sacra autem Cereris cum Proſerpinæ ſacrificiis confudiſſe uidetur poeta. Cereri nanq; ſacrificabant priſci. deceq; dies feſtos agebant: cum ſemen in terrã iactabatur. Quibus quidem diebus conuiciis inuicem uti cõſueuere: uti deę dolor ex filię raptu conceptus, riſu ac uerborũ ſcurrilitate mitigaref. Proſerpinæ uero meſſis tempore ſacra faciebãt, quo quidẽ tempore coronas ſpiceas ex frugum primitiis Deæ dicebant. ¶ Velatę corpora: uelata corpora habentes & tecta. ¶ Niuea ueſte candida quali in ſacris cereris utebantur matronæ ad ſignificãdam animi puritatem. ¶ In uetitis: inter uetita, ac legibus prohibita. ¶ Male ſedula: ad malum ſtrenua. ¶ Quæſitis annis: a Cinyra. ¶ Par ait eſt Myrrhę: ęqualis & tot annos, quot Myrrha ẽ nata. Vicimus: obtinuim⁹ id qđ tantope optas. ¶ Præſaga pectora malorũ: ſubaudiatur. ¶ Tanta eſt diſcordia mentis: ut ſimul & gauderet: & mœreret Myrrha. Eſt autem acclamatio in Myrrhæ lenitatem. ¶ Tempus erat: Intempeſtam noctem deſcribit ac mediam: quæ q cuncta ſileant: conticiniũ uocatur. ¶ Inter Triones ſtellæ ſunt ad polũ arcticum Triones qui a numero ſeptẽtriões uocãtur. Sano Triones priſca lingua boues aratorii dicuntur, quaſi teriones: hoc eſt arãdæ. uertendeq; terræ idonei. Efficiunt autem ſyd⁹ plauſtro ſimile: quod græci ἅμαξαν: latini ſeptẽtriones uocant. ¶ Bootes: ſydus eſt Bootes, qui & Arctophylax appellatur.

Nox intẽpeſta

Triões

Raph. ℭAurea Luna:pulchra & nitida. ¶ Sydera latitantia: hoceſt ſi exauditis, confitentes ſua crimina. ¶ Ambobus regnis: & uiuorum & mortuorum.

Luna tegunt nigræ latitantia ſydera nubes,
Nox caret igne ſuo. primus tegis Icare uultus:
Erigoneq; pio ſacrata parentis amore:
Ter pedis offenſi ſigno eſt reuocata:ter omen
Funereus Bubo letali carmine fecit.
It tamen:& tenebræ minuūt,noxq; atra pudorem.
Nutricisq; manum læua tenet,altera motu
Cæcum iter explorat:thalamii iam limina tangit.
Iamq; fores aperit,iam ducitur intus:at illi
Poplite ſucciduo genua intremuere:fugitq;.
Et color,& ſanguis,animuſq; reliquit euntem.
Quoq; ſuo propior ſceleri eſt magis horret:& auſi
Pœnitet:& uellet non cognita poſſe reuerti.
Cunctantem longæua manu deducit:& alto
Admotam lecto cum traderet:accipe(dixit)
Iſta tua eſt Cinyra:deuotaq; pectora iunxit.
Accipit obſcœno genitor ſua uiſcera lecto.
Virgineoſq; metus leuat:hortaturq; timentem:
Forſitan ætatis quoq; nomine,filia dixit.
Dixit,& illa,pater,ſceleri ne nomina deſint.
Plena patris thalamis excedit:& impia diro
Semina fert utero:conceptaq; crimina portat:
Poſtera nox facinus geminat,nec finis in illa eſt.
Cum tandem Cinyras auidus cognoſcere amantē
Poſt tot cōcubitus,illato lumine uidit,
Et ſcelus,& natam,uerbiſq; dolore retentis
Pendenti nitidum uagina deripit enſem.
Mirrha fugit:tenebriſq;,& cæcæ munere noctis
Intercepta neci eſt,latoſq; uagata per agros
Palmiferos Arabas,panchæaq; rura reliquit:
Perq; nouem errauit redeuntis cornua Lunæ.
Cum tandem terra requieuit feſſa Sabæa.
Vixq; uteri portabat onus,tum neſcia uoti,
Atq; inter,mortiſq; metus,& tædia uitæ:
Eſt tales complexa præces,O ſi qua patetis
Numina cōfeſſis:merui,nec triſte recuſo
Supplicium:ſed ne uiolem,uiuoſq; ſuperſtes.
Mortuaq; extinctos ambobus pellite regnis.
Mutatæq; mihi uitamq;,necemq; negate,
Numen confeſſis aliquod patet:ultima certe
Vota ſuos habuere Deos:nam crura loquentis
Terra ſuperuenit:ruptoſq; obliqua per ungues
Porrigitur radix,longi firmamina trunci:
Oſſaq; robur agunt:mediaq; manēte medulla,
Sanguis it in ſuccos,in magnos brachia ramos
In paruos digiti:duratur cortice pellis:
Iamq; grauem creſcens uterum præcinxerat arbor
Pectoraq; obruerat:collumq; operire parabat.
Non tulit illa moram:uenientiq; obuia ligno
Subſedit:merſitq; ſuos in cortice uultus.

ne tantū ſcelus aſpicerēt. ¶ Igne ſuo:propriis ſyderū Luminibus. ¶ Prim⁹ tegis Icare uultus: ne tantum ſcelus aſpiceres. Icari autem Erigoneſq; filiæ hiſtoria fuit nobis expoſita.

Erigōes in patrē pietas — Nam erigone in icarū patrem adeo pia fuit,ut cum eum a ruſticis interemptū comperiſſet, mori omnino decreuerit: ſed miſeratione Deorū ambo inter ſydera fuere collocati.

¶ Ter pedis offenſi: ter enim cum ad cubiculum patris duceretur,pedes offendit:id quod eam a tanto ſcelere reuocare uidebatur. ¶ Funereus bubo: funeſtus.

Bubo — Eſt autem auis peſſimi ominis. ¶ Cæcū iter obſcurum. Morem autem exprimit in tenebris ambulantium. ¶ Iam ducitur intus aduerbium loci pro aduerbio ad locum eſt poſitū. Intro enim duci quis dicitur. ¶ Poplite ſucciduo qui cadenti ſimilis erat. Eleganter autem exprimit geſtum timide uirginis aliqd ſceleris aggreſſuræ. ¶ Magis horret ualidius timet. ¶ Longæua nutrix:uetula. ¶ Deuota pectora: deteſtata:exe/crata. ¶ Sua uiſcera: ſuā filiam,quam ex ſuis uiſceribus genuerat. ¶ Aetatis nomine.ratione ætatis.nā cinyras ſenex erat. ¶ Ne nomina:pia & omni ueneratione digna. ſubaudiantur. ¶ Plena patris: feminē ſubaudiat: hoc ē grauida ex patre facta. ¶ Auidus cognoſcere: cupidus cognoſcendi. ¶ Deripit: extrahit. ¶ Intercepta:erepta. ¶ Palmiferos arabas apud quos multæ palmæ naſcuntur.

pāchaia — ¶ Panchæa rura:arabica. Eſt enim panchaia regio arabiæ felicis. ¶ Per nouē cornua p nouē mēſes. ¶ Terra ſabea: Sabęi ppſi ſunt arabię felicis apud quos thus mirrhaq; abunde naſcuntur. ¶ Neſcia uoti: qd cuperet ignara. ¶ Eſt tales complexa preces:apprehendit tales preces. ¶ Patetis cōfeſſis:

bus regnis: & uiuorum & mortuorum. ¶ Mutatę mihi:transformatę. Optat n.ut in aliam tranſmutet figuram ſicut neq; uiuat, neq; moriatur. ¶ Vltima nota:ultimę pces. ¶ Suos deos:propicios. ¶ Porrigitur:protenditur:prolongatur. ¶ Firmamina. firmamenta atq; fundamenta. ¶ Oſſaq; robur agūt: hoc eſt oſſa lignum efficiunt, in lignumq; craſius cōuertuntur. ¶ In paruos digiti eunt ſubaudiatur. Eſt. n. protozeugma. ¶ Durat cortice pellis:hoc eſt pellis in durum corticem cōmutatur. ¶ Grauem uterum: grauidum. Nondum eniz pepererat. ¶ Obruerat:texerat,operuerat. ¶ Nō tulit illa moram:hoc eſt non potuit expectare: ut cortex collum,caputq; operiret:ſed creſcenti cortice caput ſummittentes occurrit faciemq; occultauit.

ℭCum



Quæ q̄q̄ amiſit ueteres cum corpore ſenſus:
Flet tamen:& tepidæ manant ex arbore guttæ.
Eſt honor & lachrymis: ſtillataq; cortice myrrha
Nomen herile tenet: nulloq; tacebitur æuo.




At male conceptus ſub robore creuerat infans.
Quærebatq; uiam: qua ſe genitrice relicta
Exereret;media grauidus tumet arbore uenter.
Tendit on⁹ matrē:neq; habēt ſua uerba dolores,
Nec Lucina poteſt parentis uoce uocari,
Nitenti tam: n eſt ſimilis: curuataq; crebros
Dat gemitus arbor:lachrymiſq; cadentib⁹ humet.
Conſtitit ad ramos mitis Lucina dolentes.
Admouitq; manus:& uerba puerpera dixit
Arbor agit rimas.& ſciſſo cortice uiuum
Reddit onus:uagitq; puer:quem mobilibus herbis
Naiades impoſitum lachrymis unxere parentis.
Laudaret faciem liuor quoq;:qualia namq;
Corpora nudorum tabula pinguntur amorum:
Talis erat.ſed ne faciat diſcrimina cultus:
Aut huic adde leues aut illis deme pharetras,
Labitur occulta.falliq; uolatilis ætas:
Et nihil eſt annis uelocius ille ſorore
Natus,auoq; ſuo.qui conditus arbore nuper:
Nuper erat genitus:modo formoſiſſimus infans,
Iam iuuenis,iam uir,iam ſe formoſior ipſo eſt,
Iam placet & Veneri,matriſq; ulciſcitur ignes.
Nanq; pharetratus dum dat puer oſcula matri:
Inſcius,extanti diſtrinxit arundine pectus.
Læſa manu natum Dea reppulit.altius actum
Vulnus erat ſpecie:primoq; fefellerat ipſam
Capta uiri forma,non iam Cythereia curat
Littora:non alto repetit Paphon æquore cinctam:
Piſcoſamq; Gnidon:& grauidāq; Amathunta metallis
Abſtinet & cælo:cælo præfertur Adonis.
Hunc tenet,huic comes eſt,aſſuetaq; ſemper in umbra
Indulgere ſibi.formamq; augere colendo:
Per iuga,per ſiluas,dumos,& ſaxa,uagatur
Nuda genu,ueſtem ritu ſuccincta Dianæ

Raph. ℭCum corpore:cū cāne. ¶ Venienti ligno ſuccreſcēti. ¶ Subſedit:ſubmiſit ſe. ¶ Flet tñ:hoc ad naturam arboris Myrrhæ referē: ſponte nāq; ſudat: ut ſcribit Plinius etiā anteq̄ incidatur:guttæ autem illæ:quæ ex arbore cadunt: Stactæ uocantur:quę in omni myrrhę genere obtinēt principatū. Multa uero ſunt Myrrhę genera: de quibus copioſe Plinius ſcribit. ¶ Eſt honor & lachrymis:pretium.

myrrha ī arborē

Stactæ

Fabulæ decimæ decimi libri argumentum.

Lact. ℭAt male ɔceptus &c. Ex Myrrhæ & Cinyre inceſto concubitu ob irā Veneris cōceptus eſt infans:uerſa enim Myrrha in arborē ſui nominis naſcitur. Adonem cognominamus: quem nō minus Venus dilexit: q̄ illa patrem Cinyram dilexerat beneficio Cupidinis.

Raph. Adonis — ℭAt male conceptus, Adonis ex īceſto patris: ac filiæ coitus natus. in tantam creuit pulchritudinem:ut ei⁹ amore Venus caperetur: quo cum ut diuti⁹ eſſe poſſet.una cū illo uenationibus indulgebat:precipueq; fugacium animaliū:feras autem natura armatas uitabat: adonemq; ut ſibi ab illis caueret, admonebat. Ille uero gloriæ ſuauitate motus aprum excipeř auſus:ab eo fuit interemptus. Quod cū Venus reſciuiſſet:in purpureum florem illum cōmutauit. ¶ At male: ſcelerate. ¶ Exereret: egeret. ¶ Tendit: extendit ac diſtentam reddit. ¶ Humet: madeſcit.

Verba puerpera — ¶ Verba puerpera: hoc eſt puerperio profutura ¶ Arbor agit rimas ſcindit atq; aperit. ¶ Onus uiuum: puerum uiuum. ¶ Lachrymi: parentis: periphraſis eſt Myrrhæ quę ab arbore ſtillat:guttatimq; cadit: ut lachrymare uideatur. ¶ Liuor quoq;: inuidia. Eximia

autē maxime eſt facies quę:ab inuidis quoq; laudatur. ¶ Amorum: Cupidinum: qui nudi cum pharetris pinguntur. ¶ Matris ignes: amores furoreſq; Myrrhæ matris. ¶ Nāq; pharetrat⁹: Cupido pharetra ornatus. ¶ Inſcius: inuitus. ¶ Extanti arundine: extra pendenti ſagitta. ¶ Diſtrinxit:raſit:uulnerauit. ¶ Altius ſpem:alti⁹ q̄ uideatur. ¶ Cythereia littora: Cythera inſula eſt cum oppido antea Porphyruſa appellata a pulchritudine marmorum:quæ ibi effodiebantur:ut ſcribit Ariſtoteles:una ex Cycladib⁹ Veneri dicata. q in mari nata ad eam primum concha perueniſſe ferť. Dicta eſt autem Cythera a Cythereo phœnicis filio. ¶ Paphon: Cyprū Sed Cypri quoq; eſt urbs paphos Veneris templo nobilis. ¶ Piſcoſamq; gnidon: Gnidos urbs eſt Dorica:ubi Veneris & templum & ſimulachrum uiſebatur a Praxitele ſculptum tāta arte, ut quidam illius amore captus ſuſtinuerit intra ſacellum per noctem includi: ac Deæ ſimulachrū ita amplecti ut ſpermate quoq; inquinaret. ¶ Grauidamq; Amathuntha: Amathus urbs fuit Cypri æriſodinis abundans: propter quod poeta illam metallis grauidā uocat. ¶ Cęlo præfertur adonis: Lepida emphaſis: ex qua colligit q̄ formoſus fuerit adōis. ¶ Nuda genu ſic in uetuſto legitur exēplari:non uſq; genu: ut fere eſt in nouis deprauatum: eſt enim poetica ſynegdoche. ¶ Succincta ueſtem: ſuccinctā & ſubtractam uſq; ad genua ueſtem habens.

Cythera

Gnidos

amath⁹

Hortaturq; canes: tutaq; animalia prædæ:
Aut pronos Lepores: aut celſum i cornua Ceruū:
Aut agitat Damas: at fortibus abſtinet Apris
Raptoreſq; Lupos, armatoſq; unguibus Vrſos
Vitat: & armenti ſaturatos cæde Leones.
Te quoq;, ut hos timeas: ſi quid pdeſſe monēdo
Poſſet: Adoni monet. fortiſq; fugacibus eſto
Inquit, in audaces non eſt audacia tuta.
Parce meo iuuenis temerarius eſſe periclo.
Ne ue feras: quibus arma dedit natura: laceſſe.
Stet tibi ne magno tua gloria: non mouet ætas:
Nec facies: nec quæ Venerem mouere: Leones:
Setigeroſq; Sues: oculoſq;, animoſq; ferarum:
Fulmen habent acres in aduncis dentibus Apri.
Impetus eſt fului, & uaſta Leonibus ira:
Inuiſumq; mihi genus eſt, quæ cauſa roganti,
Dicam ait: & ueteris monſtrum mirabile culpæ.
Sed labor inſolitus iam me laſſauit: & ecce
Opportuna ſua bladitur populus umbra:
Datq; torum ceſpes. libet hac requieſcere tecum.
Et requieuit humo: preſſitq; & gramen, & ipſum
Inq; ſinu iuuenis poſita ceruice recliuis
Sic ait: ac mediis interſerit oſcula uerbis.




Forſitan audieras aliquam certamine curſus
Veloces ſuperaſſe uiros: non fabula rumor
Ille fuit ſuperabat enim: nec dicere poſſis
Laude pedum, formæ ne bono præſtantior eſſet
Scitanti Deus huic de coniuge: coniuge dixit:
Nil opus eſt Atalanta tibi. fuge coniugis uſum
Nec tamen effugies: teq; ipſa uiua carebis.
Territa ſorte Dei, per opacas iunuba ſiluas
Viuit: & inſtantem turbam uiolenta procorum
Conditione fugat: nec ſum potienda. niſi inquit
Victa prius curſu: pedibus contendite mecum.
Præmia ueloci coniunx, thalamiq; dabuntur.
Mors precium tardis: ea lex certaminis eſto.
Illa quidem immitis: ſed tanta potentia formæ.
Venit ad hanc legem temeraria turba procorum.

Raph. ¶Aut pronos lepores: in caput inclinatos: crura namq; anteriora habent breuiora. ¶ Fugacibus: aduerſus fugaces feras. ¶ Parce eſſe: noli eſſe. ¶ Nec quē uenerē mouet: hoc ē ætas: & forma: pulchritudo (quib⁹ ego moueo ta ſu,) nihil feras mouet. ¶ Animos ferarū: iram & rabiē ferarum. ¶ Fulmen habē: ſic enim olim proteruit apri dētibus: ut fulmen illis in eſſe uideatur. ¶ Opportuna: commoda. ¶ Et ipſum: adonem. illū enim ſedere cogit. ¶ Poſita ceruice: repoſito capite. ¶ Reclinis: reclinata. ¶ Interſerit: interponit.

Fabula: undecimæ libri decimi argumentum.

Lactā. ¶Forſitā audieras aliq certamine curſus & c. atalanta Schœnei filia: cuž de cōiugio ſciſcitata eēt: & monita ut nulli iungeret (qa oīum uirginū perniciſſima erat) petētibus pcis legē poſuit eius coniugē futurā: qui ſe curſu pedum anteceſſiſſet. Quā cum Hippomenes Macharei filius ex pgenie Neptuni intēſo amore diligeret: nec mortem certaminis expaueſceret Venerē in malis habuit auxilio. Naž ex damaſcno agro et tria mala aurea donauit: qui eſt in inſula Cypri: ut in curſu pceret uirgini: futurū. n. ut cupiditate eius tardaret: dū peteret. Cuius monitis hippomenes cōſecutus uictoriā: poſtea ingratus aduerſus Deaž cognitus eſt. Itaq; ipulſu eius, id Deæ matris Deū lucum trāſgrediuit: quē Echion terræ filius ſacrauerat: nō tenuerūt cupidinem. quin aduerſus religione; in ſacrato concubuere ſolo: quā ob cauſam a Dea in leones ſunt cōuerſi. Vnde deuž matri ex illo leones ſunt ſubiecti.

Raph. Atalāta ¶Forſitā audieras: atalāta Schœnei regis filia cum oraculum de marito cōſuluiſſet: reſpōſum accepit ipſi nō opus eſſe marito. Cū uero & perniciſſima: & formoſiſſima eſſet a multis uxor peteretur. Ipſa uero ne ſe⁹ pſus aſpernari uideretur: edixit ſe nulli alii nupturam. q̄ a quo curſu foret ſuperata. ¶ Quod ſi quež ipſa ſuperaret: illū ītinterfectū. Cum autem iā multos pemiſſet. Hyppomenes macharei fili⁹ ac Neptuni nepos uirginis amore captus i certamen cuž ea deſcendit: ac Veneris ope quam inuocauerat: puellam ſuperauit. Sed cum uoti cōpos Veneri nihil gratiarum egiſſež hippomenes: dea irata ſic illum in libidinē concitauit: ut in ſacello matri Deum dicato cuž Atalāta concumberet coactus ſit. Quo flagitio mater Deum indignata & Hippomenem in leonē & atalantam in leænam conuertit: atq; currui ſuo ſubiecit. ¶ Aliquā: quādam. in ſoluta dicerem⁹ oratione. ¶ Non fabula rumor Ille fuit: ille rūor non fuit falſus. ¶ Scitanti: rogāti: ut ſciret. ¶ Deus: Apollo. ¶ Sorte: oraculo: reſpōſo. ¶ Teq; ipſa uiua carebis: hoc ē tua forma adhuc uiua priuaberis. Nā in leænam fuit trāſfigurata. ¶ Innuba: innupta: uirgo. ¶ Procorum. iuuenū ipſam uxorē petentium. ¶ Conditione fuga: duraž illis pponendo cōditionē a petēdis ſuis nuptiis deterret. ¶ Potiēda: habenda. ¶ Pedibus contēdite mecum: curſu mecum certate. ¶ Illa quidem immitis: crudelis. ¶ Sed tanta potentia formæ: acclamatio qua procorum temeritas excuſatur.

¶Ex petitur

Hippomenes



Sederat Hippomenes curſus ſpectator iniqui,
Et petitur cuiquam per tanta pericula coniunx?
Dixerat, ac nimios iuuenum damnarat amores,
Vt faciem, & poſito corpus uelāmine uidit,
Quale meum, uel quale tuum. ſi fœmina fias:
Obſtupuit: tollenſq; manus, ignoſcite dixit,
Quos modo culpaui. nondum mihi præmia nota:
Quæ peteretis, erant: laudando concipit ignem.
Et ne quis iuuenum currat uelocius optat:
Inuidiamq; timet, ſed cur certaminis huius
Intentatā mihi fortuna relinquitur; inquit.
Audentes Deus ipſe iuuat: dum talia ſecum
Exigit Hippomenes, paſſu uolat alite uirgo.
Quæ quamq̄ Scythica non ſegnius ire ſagitta
Aonio uiſa eſt iuueni: tamen ille decoris
Mirator magis eſt, & curſus facit ipſe decorem.
Aura refert ablata citis Talaria plantis:
Tergaq; iactantur crines per eburnea: quæq;
Poplitibus ſuberant picto genualia limbo:
Inq; puellari corpus candore, ruborem
Traxerat: haud aliter, q̄ cum ſuper atria uelum
Candida purpureum ſimilem dat, & inficit umbrā.
Dū notat hæc hoſpes: decurſa nouiſſima meta eſt.
Et tegitur feſta uictrix atalanta corona,
Dant gemitum uicti: pendentq; ex fœdere pœnas:
Nec tamen euentu iuuenum deterritus horum
Conſtitit in medio: uultuq; in uirgine fixo,
Quid facilem titulum ſuperando quæris inertes?
Mecum confer ait: ſeu me fortuna potentem
Fecerit: a tanto non indignabere uinci.
Nanq; mihi genitor Machareus, Acheſtius illi,
Eſt Neptunus auus, pronepos ego regis aquarum,
Nec uirtus citra genus eſt: ſeu uincar: habebis
Hippomene uicto magnum: & memorabile nomē
Talia dicentem molli Schœneia uultu
Aſpicit: & dubitat ſuperari, an uincere, malit.
Atq; ita quis Deus hunc formoſis dixit iniquus
Perdere uult: charæq; iubet diſcrimine uitæ
Coniugium petere hoc: non ſum me iudice tanti.
Nec forma tangor: poteram tamen hac quoq; tāgi
Sed q adhuc puer eſt, non me mouet ipſe, ſed ætas.
Quid? q ineſt uirtus: & mens interrita leti?
Quid? q ab æquorea numeratur origine quartus?
Quid? q amat, tantiq; putat connubia noſtra,
Vt pereat: ſi me ſors illi dura negarit?
Dū licet, hoſpes, abi: thalamoſq; relinque cruētos,
Coniugium crudele meum eſt: tibi nubere nulla
Nollet: & optari potes a ſapiente puella:
Cur tamē eſt mihi cura tui, tot iam ante peremptis
Viderit: intereat: quoniam tot cæde procorum

Raph. Et ¶Et petitur cuiquam, affectui & indignationi ſeruit illa particula &c. Indignat enim Hippomenes quod quiſquam ſe tanto periculo exponat gratia illius habendæ uxoris. ¶ Poſito uelamine: depoſita ueſte. ¶ Culpaui: accuſaui, dānaui. ¶ Concipit ignem: in amorē incidit. ¶ Et ne quis iuuenum: amore namq; Atalante captus hippomenes timebat ne quis ante ſe uictor euaderet. ¶ Inuidiamq; timet: ne inuidia ſibi ſit impedimento, quo minus atalanta potiatur, Hippōenes metuit. ¶ Paſſu alite: ueloci curſu. ¶ Exigit: cogitat. ¶ Scythica ſagitta uelociſſima. Scythæ namq; plurimum ſagittando ualent. ¶ Aonio iuueni: Hippomeni Bœotio. ¶ Decoris: pulchritudinis. ¶ Refert: retrofert. Exponit autem poeta, quomodo curſus ipſe atalantæ pulchritudinem augeret. Talaria ¶ Talaria: alata erant calciamenta. Genualia ¶ Genualia: genuū tegmina & ornamēta. ¶ Haud aliter: non aliter inquit cādidu; atalantæ corpus ruborem contraxerat, q̄ cum auleum purpureum in de albatis atriis extentum ſolet umbra rubicunda parietes inficere. ¶ Dat: tribuit parieti. ¶ Inficit: efficit, & mittit. ¶ Hoſpes: Decurſus Hippomenes. ¶ Decurſa nouiſſima meta eſt: ad ultimam metam decurſum eſt. Eſt autem participiuž contra grammatices rationem formatum decurſa. ¶ Penduntq;: perſoluunt dāt. ¶ Ex fœdere: ex lege ¶ Facilē titulū gloriā facili parti. ¶ Mecū confert: mecū te cōpone. ¶ Potētē uoti compotem. ¶ A tanto: a tam generoſo. ¶ Nanq; mihi genitor: maiores ſuos, recenſet Hippōenes ut ſua generoſitate atalantæ animum ad ſe amandum pelliciat. a Neptuno nanq; originem ducit. ¶ Nec uirtus citra genus eſt. hoc eſt a uirtute maiorum nō degenero. ¶ Seu uincar: dilemato colligit Hippomenes atalanta ſecum certare debere. ¶ Schœneia: Atalanta Schœnei regis filia. ¶ Molli uultu: mitiac māſueto. ¶ Quis Deus formoſis iniquus: hoc eſt quis De⁹ pulchris & formoſis inimicus hunc perdere cupit: iubetq; per charæ uitæ periculum meas quærere nuptias. ¶ Diſcrimine: periculo. ¶ Non ſum me iudice tanti: ut tam formoſus iuuenis debeat perire. ¶ Nec forma tangor: nec pulchritudine moueor. ¶ Sed q puer adhuc eſt ſubaudiatur tangor ¶ Et mens interrita leti, quę nullo mortis timore terretur. ¶ Ab æquorea origine: Neptuno æquoris Deo. ¶ Dum licet hoſpes abi: dū potes recede o peregrine. Eſt autež apoſtrophe ad hippomenem: quē etſi amice admonere uidetur atalanta, ne ſecum certando certet: ſecum tamē ipſa hæc loquitur. ¶ Tibi nubere nulla Nollet: hoc eſt omnis uirgo tibi nubere cupiet. ¶ Viderit: Hippomenes ſubaudiaī. Hęc enim ſecum cogitans loquitur atalanta Hippomenis pulchritudine tacta.

Raph. ¶ Agiturq; in tædia uitæ:quia illũ uiuere tædet.¶ Occidet hic igitur:nunc atalanta colligit Hippomenem indignum eſſe qui pereat.

¶ Non erit inuidiæ:hoc eſt inuidia uictoriam noſtrã perferre nõ poterit.¶ Ah q̃ uirgineus:uirgini conueniens.Miſeretur autẽ hippomenis atalanta & ętate & pulchritudine illius mota.¶ Fata importuna:difficilia:quæ exorari non poſſunt.¶ Cum quo ſociare cubilia uellem:cui nubere uellem.illi nanq; ſociare cubilia dicuntur:qui una dormiunt.¶ Rudis:imperita amoris.¶ Primo Cupidine:amore.¶ Tacta:percuſſa.¶ Proles neptunia:pronepos.¶ Quos dedit:quos mihi iniecit.¶ Ignes:amores.¶ Aura non inuida:uentus benign⁹ & Hippomeni fauẽs ¶ Nec opis mora lõga dabatur:nec lõga auxilii mora mihi concedebatur:cu3 ipſum ilico oporteret inire curſum.¶ Eſt ager:topographia:hoc eſt loci deſcriptio.Deſcribit enim agrũ nomine Damaſenum,unde Ven⁹ tria aurea poma (quæ Hippomeni tradidit)ſe ſumpſiſſe ait.¶ Indigenæ:inde geniti homines.¶ Damaſenu3 nomine dicunt:quem ſubaudiamus:ut intelligamus:quem proprio nomine damaſenum uocant:nam eſt etiam ager damaſcenus a Damaſco urbe Syriæ declinatus.¶ Accede adiungi.¶ Iuſſere:uoluere decreuere.¶ Nitet:ſplẽdet.¶ Fulua comas:fuluas & aureas frondes habens.Aurea nanq; mala ferebat.¶ Hinc:illinc ex agro Damaſeno.¶ Decerpta.accepta.Proprie autẽ decerpti & poma & frondes & roſæ dicuntur.¶ Quis uſus:quę utilitas.¶ Dederant:fecerant.¶ Carcere:ablatiue p carceribus.Carcer nanq; eſt locus ubi ſeruantur noxii a coercendo dictus.Carceres autem ſunt funes illi qui prætenduntur equis curſuris,ut una oẽs emittãtur.¶ Protin⁹ uterq; emicat:exilit.Habitum autem exprimit poeta uelociter currentium ¶ Libat:leuiter tangit.¶ Poſſe putes illos:hyperbole poetica:que ſumma Hippomenis.atalantęq; uelocitas declaratur.Sic Virgilius de Camilla Illa uel intactæ ſegetis pi ſumma uolaret Gramina nec teneras curſu læſiſſet ariſtas.Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti Ferret iter celeres:nec tingeret ęquore plantas.¶ Stantes ariſtas:erectas.ariſtę autem ab arendo ſunt dictæ:q; primę in ſpi:a areſcãt.¶ Incumbere tempus:incumbendi.Eſt enim græca figura.¶ Machareius heros:hippomenes Macharei filius ¶ O quoties:hinc quoq; colligit Venus atalantam Hippomenis amore fuiſſe captã.¶ Aridus anhelitus:ſiccus ac difficilis.id quod ſignificat Hippomenem laſſum fuiſſe.¶ Metaq; erat longe:ad quam currentes peruenire debebant.¶ Fœtib⁹ arboreis:periphraſis eſt pomorum ¶ Aurumq;:aureum pomum.¶ Plauſu:eoru3 qui Hippomeni fauebant.¶ Ceſſata tempora:quibus ipſa a curſu inſtituto ceſſauerat.Eſt autem participium contra grammatices rationem audacter a poeta declinatum.¶ Corrigit:ſarcit:repat.¶ Curſu uelocitate curſus.¶ Remorata:retenta:tardata.¶ Ades.auxilio ſis.¶ Dea muneris auctor:Venus:quæ mihi hoc dediſti munus:

ager Damaſcenus — decerpti — Carcer — Carceres — ariſtæ — Ceſſatus

Admonitus non eſt:agiturq; in tædia uitæ.
Occidet hic igitur:uoluit quia uiuere mecum?
Indignamq; necem pretium patietur amoris.
Non erit inuidiæ uictoria noſtra ferenda.
Sed non culpa mea eſt,utinam deſiſtere uelles.
At quoniam es demens:utinam uelocior eſſes.
Ah q̃ uirgineus puerili uultus in ore eſt.
Ah miſer Hippomene,nollem tibi uiſa fuiſſem.
Viuere dignus eras:q; ſi felicior eſſem:
Nec mihi coniugium fata importuna negarent,
Vnus eras,cum quo ſociare cubilia uellem.
Dixerat:utq; rudis,primoq; Cupidine tacta
Quod facit ignorens,amat,& non ſentit amorem
Iam ſolitos poſcunt curſus,populuſq;,paterq;,
Cum me ſollicita proles neptunia uoce
Inuocat Hippomenes.Cythereãm cõprecor,auſis
Aſſit,ait noſtris,& quos dedit adiuuet ignes
Detulit aura preces ad me non inuida blandas:
Motaq; ſum(fateor)nec opis mora longa dabatur.
Eſt ager:indigenæ Damaſenum nomine dicunt,
Telluris Cypriæ pars optima:quam mihi priſci
Sacrauere ſenes:templiſq; accedere dotem
Hanc iuſſere meis:medio nitet arbor in aruo
Fulua comas fuluo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria forte,mea ueniens,decerpta ferebam
Aurea poma,manu,nulliq; uidenda niſi ipſi:
Hippomenen adii,docuiq; quis uſus in illis.
Signa tubæ dederant:cum carcere pronus uterq;
Emicat.& ſummam celeri pede libat harenam.
Poſſe putes illos ſicco freta radere paſſu:
Et ſegetis canæ ſtantes percurrere ariſtas.
Adiiciunt animos iuueni clamorq;,fauorq;,
Verbaq; dicentum.nunc,nunc incumbere tẽpus.
Hippomene propera.nunc uiribus utere totis.
Pelle moram,uinces,dubium Machareius heros
Gaudeat,an uirgo magis his Schœneia dictis.
O quoties cum iam poſſet trãſire:morata eſt.
Spectatoſq; diu uultus inuita reliquit.
Aridus a laſſo ueniebat anhelitus ore:
Metaq; erat lõge:tum deniq; de tribus unum
Fœtibus arboreis proles Neptunia miſit.
Obſtupuit uirgo:nitidiq; cupidine pomi
Declinat curſus:aurumq; uolubile tollit.
Præterit Hippomenes:reſonant ſpectacula Plauſu.
Illa moram celeri,ceſſataq; tempora curſu
Corrigit:atq; iterum iuuenem poſt terga reliquit.
At rurſus pomi iactu remorata ſecundi
Conſequitur,tranſitq; uirum.pars ultima curſus
Reſtabat:nunc inquit ades Dea muneris auctor:
Inq; latus campi:quo tardius illa rediret:

¶ Iecit



Raph. ¶ Iecit iuueniliter:fortiter in iuuenem decebat per quod innuit eu3 longe pomũ iecisſe.impeditq; curſum ſubaudiamus.¶ Duxit ſua premia uictor:Hippomenes inquit uictor duxit Atlantam uxorem.¶ Cui thuris honore3 ferret:cui ſacrificaret thure.¶ Immemor:ingratus.¶ Contemptuq; dolens:eſſe contemptam ęgre ferens.¶ Spernenda:contemnenda.¶ In ambos:contra ambos:Hippomenem & atlantam.¶ Clarus Echion:unus fuit ex Cadmi ſociis Echion.¶ Concita:commota:ſtimulata.¶ A numine noſtro:a noſtra potentia.¶ Receſſus:locus ſeceſſui aptus.¶ Natiuo:naturali.¶ Hunc:init ingreditur:intrat.¶ Temerat:uiolat ¶ Probro:ſcelere:flagitio ¶ Sacra:ſimulachra Deorum.¶ Retorſerũt oculos auerterunt oculos ne tantu3 ſcelus uiderẽt.¶ Turrita mater:turribus ornata.nam Cybele eadem eſt tellure putatur eſſe.¶ Sõtes:nocẽtes.Hippomenẽ atq; atalantam.¶ Mergeret ſtygia unda:hoc eſt ad inferos demitteret.¶ Modo leuia:paulo ante mollia ac ſine ullis pilis.¶ Fuluæ iubę:hinc leonum præcipua colligitur generoſitas ut Plinius ait.Si colla:harmoſq; ueſtiant iubæ.¶ In pectora totum.Pondus abit:leones enim pectus reliquo corpore craſſius habet.¶ Cauda:caudam leonu3 animi eſſe indicem:ut aures equorum Plinius ſcribit.Na3 immota placidum mota iratum ſignificat.¶ Vertuntur:trahuntur.¶ Iram uultus habet facies leonum præſefert iram.Trucem nanq; habet aſpectum.¶ Cybeleia frena:nam matris Deum currum a leonibus trahi fingunt poetæ.Cybele autẽ dicta eſt a Cybelo monte Phrygiæ,ipſi Deum matri ſacro.

Echion — Turritus — atalãta i leænã Hippomenes in leonẽ — cybele

Iecit ab obliquo nitidum iuueniliter aurum.
An peteret uirgo uiſa eſt dubitare:coegi
Tollere:& adieci ſublato pondera malo.
Impediiq; oneris pariter grauitate,moraq;.
Ne ue meus ſermo curſu ſit tardior ipſo:
Præterita eſt uirgo,duxit ſua premia uictor.
Digna ne cui grates ageret?cui thuris honorem
Ferret Adoni fuit?nec grates immemor egit,
Nec mihi thura dedit.ſubitam conuertor in iram:
Contemptuq; dolens:ne ſim ſpernenda futuris:
Exemplo caueo:meq; ipſam exhortor in ambos.
Templa Deum matri:quæ quõdam clarus Echion
Fecerat ex uoto nemoroſis abdita ſiluis
Tranſibant:& iter longum requieſcere ſuaſit:
Illic concubitus in tempeſtiua cupido.
Occupat Hippomenem,& a numine cõcita noſtro
Luminis exigui fuerat prope templa receſſus
Speluncæ ſimilis:natiuo pumice tectus,
Religione ſacer priſca,quo multa ſacerdos
Lignea cõtulerat ueterum ſimulachra Deorum.
Hunc init:& uetito temerat ſacraria probro:
Sacraq; retorſerunt oculos:turritaq; Mater
An Stygia ſontes dubitauit,mergeret unda,
Pœna leuis uiſa eſt:ergo modo leuia,fuluæ
Colla,iubæ uelant,digiti curuantur in ungues,
Ex humeris,armi fiũt in pectora totum
Pondus abit,ſummæ cauda uerruntur harenæ:
Iram uultus habet,pro uerbis murmura reddunt.
Pro thalamis,celebrant ſiluas:aliiſq; timendi
Dente premunt domito Cybeleia frena Leonis
Hos tu chare mihi,cũq; his genus omne ferarum:
Quod non terga,fugæ:ſed pugnæ pectora prebet,
Effuge,ne uirtus tua ſit damnoſa duobus.
Illa quidem monuit,iunctiſq; per aera Cygnis
Carpit iter:ſed ſtat monitis contraria uirtus:
Forte Suem latebris ueſtigia certa ſecuti
Excire canes:ſiluiſq; exire parantem
Fixerat obliquo iuuenis Cinyreius ictu.
Protinus excuſſit pando uenabula roſtro
Sanguine tincta ſuo:trepidumq;,& tuta petentem
Trux Aper inſequitur:totoſq; ſub inguine dentes
Abdidit:& fulua moribundum ſtrauit harena,
Vecta leui curru,medias Cytherea per auras
Cypron Olorinis nondum peruenerat alis.
Agnouit longe gemitum morientis:& albas
Flexit aues illuc:utq; æthere uidit ab alto:
Exanimen,inq; ſuo iactantem ſanguine corpus:
Deſiluit:pariterq; ſinum,pariterq; capillos
Rupit:& indignis percuſſit pectora palmis.
Queſtaq; cum fatis:& non tamen omnia ueſtri

Fabulæ duodecimæ libri decimi argumentum.

¶ Hos tu chare mihi &c. Adonis ſupradictus monitus a Venere quam iũ feræ haberent.Igitur is in uenatione ab Apro interimitur:cuius cruor eiuſde3 Deæ numine in florẽ purpurei coloris cõuerſus eſt.

Raph. ¶ Quod non terga fugæ:quod nõ fugit.¶ Sed pugnæ pectora prabet:ſed repugnat:ac reſiſtit.¶ Dãnoſa duobus:& mihi & tibi.¶ Iunctis cygnis:currũ nanq; Veneris ab oloribus trahi fingitur.¶ Sed ſtat monitis contraria uirtus:ſed fortitudo inquit Adonidis Veneris admonitionibus eſt aduerſa.¶ Suem aprum:Sues autem & agri Veneri ſunt inuiſi propter adonidis cædem.Vnde prouerbium apud græcos in eos:qui rem ingratam alicui faciũt ἀφροδίτῃ τὸν ὗν ἔθυκεν:hoc eſt Veneri Suem ſacrificauit.¶ Excire:excitarũt.¶ Iuuenis Cinyrei⁹:adonis Cinyræ filius.¶ Pando roſtro:recuruo.¶ Et tuta petentem:loca ſubintelligam⁹.¶ Trux ap.terribilis.¶ Abdidit.abſcondidit.¶ Moribundũ:morientem.¶ Rupit:dilaniauit:lacerauit.¶ Et idignis percuſſit:indigne.Nomen nanq; pro aduerbio poſitum eſt.¶ Et non tamen:ordo eſt:& tamen omnia non erunt ueſtri iuris.Illa autem culpa & affectu feruit.

Lactã — Prouerbium

Raph. ¶Luctus monumenta: signa memoria. Est autem apostrophe ad Adoni. ¶Annua simulamina: simulachra. Nam singulis quibusq; annis Adonia, idest sacra i odo nis honorem celebrabantur, in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur. Adonia

Fabulae. xiii. libri decimi argumentum.

Lactã. ¶At cruor &c. Minthe nympha in herbã mutata Menthã odio Proserpinę Cereris filię, q cum Dictaeo patre coniuge suo concubuisset.

Raph. ¶An tibi quodã: Mynthe nympha fuit, quam Plutonis pellicem fabule tradũt extitisse. Eã cũ Proserpina dolo circũuenisset, in hortensem Mẽtham fuisse trãsfiguratã quã pleriq; hedyosmon uocant. Est & mons prope Pylũ cognomine Mynthes iuxta quẽ Plutonis quoq; est templũ. mynthe ¶Nobis erit inuidię: in nos inuidiã cõcitabit. ¶Perlucida bulla: translucida, q Bulla ex aqua nasci solet, statimq; euanescere. Bulla autẽ spiritu & aqua excitat rotunda figura, quę quoniam cito dissoluitur: uerissimum illud sumptum est prouerbiũ, quo humanę uitę breuitas, fragilitasq; designatur. Prouerbium Homo bulla. Inde fit bullare: qd est bullas facere. Vnde Plinius bullantem urinam uocat. Bulla etiam est ornamẽtum pectoris ingenuorũ: quidem aureum, Libertinorum uero Scorteũ, ut copiose Macrobius scribit. ¶Plena hora: perfecta. ¶Cõcolor: eiusdẽ cum sanguine coloris. Est.n. purpure?. In Anemonẽ aũt adonim fuisse cõuersum inuenire uf, cui? flos, ut inqt Pli., nũq; se aperit nisi uẽto spirãte: unde & nom accepit: ἀνεμος.n. uẽtus dr. ¶Punica: quę & mala granata dicũtur. Mala punica ¶Qui prestat oia uenti secundũ physicã ratione hoc dictu; est. Nã uenti reg; omniũ generatiõis causa esse perhibetur.

Iuris erunt (dixit) luctus monimenta manebunt
Semper Adoni mei, repetitaq; mortis imago
Annua plangoris peraget simulamina nostri.
At cruor in florem mutabitur: an tibi quondam
Foemineos artus in olentes uertere menthas
Persephone licuit: nobis Cinyreius heros
Inuidiae mutatus erit? sic fata cruorem
Nectare odorato sparsit: qui tactus ab illo
Intumuit, sic ut fuluo perlucida caelo
Surgere bulla solet. nec plena longior hora
Facta mora est: cum flos de sanguine concolor ortus,
Qualem, quae lento caelant sub cortice granum
Punica ferre solent: breuis est tamen usus in illo.
Namq; male haerentem, & nimia leuitate caducum
Excutiunt iidem: qui praestant omnia, uenti.

Fabulę primę undecimi libri argumentum.

Lactã. ¶Carmine dũ tali &c. Orphe? Oeagri fluminis & Calliopes musę filius cum habuisset coniuge; noie Eurydicen: & eam amisisset: & cũ sine ea ab inferis rediisset, lege accepta a Plutone ad superos ne talẽ dolore; in altera experiref: puerilem amorẽ primus instituit. Quã ob causam Threicię mulieres instinctę in abditis locis solicitudine agentẽ propter desyderium coniugis interfecerunt: separatumq; caput ei? a reliquo corpore cũ lyra in amnem Hebrũ precipitauerũt: per quẽ in mare delatũ: & hic in insulã Lesbũ. Cũ aũt hic haesisset in littore: serpẽs morsu sanguinẽ laberat. prius q ulti eius appeteret: ab Apolline Iouis & Latonę filio duratus in lapidem est.

Raph. Impetus Baccharum in Orpheum. ¶Armine dũ tali siluas aniosq; Orphe? Thracias mulieres aspernatus (ut diximus) in se ea earu; odiũ traxit. Quare cum Bacchi sacra celebrarent, ipsum in ferarum coetu canentem aspexerunt: ac ipetu facto dilacerarunt caputq; ac lyrã i Hebrũ fluuium coniecerũt: quę ad insulam Lesbon usq; delata cũ essent: serpens Orphei caput dilaniaturus ab Apolline in saxũ fuit cõuersus. Primũ itaq; Orphei cędem poeta describit: deĩde serpẽtis in saxum trãsmutationem. ¶Treici? uates: Orpheus Thraci?. ¶Ducit: delectat. Ducere Ducere nanq; interdũ significat delectare: ut Nonius scribit. Cicero de finibus bonoru; & malorũ: Fabularum; auditione ducũt. ¶Animosq; ferarũ: sensus. neq; enim ferae animos habere dicũtur: nisi poeta ad ueritatẽ potius alludat: ut intelligamus ferorũ hominũ animos ab Orpheo fuisse excultos: id qd Horatius aperte his uersib? scribit. Siluestres homines sacer: interpresq; Deorum Cędibus & uictu foedo deterruit Orpheus: Dictus ob hoc lenire tigres: rabidosque leones. ¶Ecce nur? Ecce Ciconu; repetitus baccharum

¶RAPHAELIS Regii in undeccimum Metamorphoseos Ouidii Librum enarrationes.




¶P. Ouidii Nasonis Metamor. Liber undecimus.

Armine dum tali siluas, animosq; ferarum
Threicius Vates, & saxa sequentia ducit:
Ecce nurus Ciconum tectae, lymphata ferinis
Pectora uelleribus, tumuli de uertice, cernunt
Orphea percussis sociantem carmina neruis,
E quibus una, leues iactato crine per auras,



Cicões tũ impetus illa particula ecce significatur. Cicones aũt populi sunt Thracię ad Hebrum habitantes. ¶Tumuli de uerti. de mõtis sũmitate. ¶Lymphata pectora: furẽtia. ¶Ferinis uelleribus: ferarum pellibus.

Raph. ¶En ait, en hic est: odu plicatio indignationi cõuenĩens: tametsi hoc ad uerbium .en. fere indignatiõi seruiat. ¶Apollinei uatis: Orphei apollinis filii. ¶Vocalia ora optimã uoce emittẽtia. ¶Presuta: pfixa, tecta. Thyrsi Nã hastę Bacchar; quę thyrsi dicũt. pãpinis: hederaq; cooperiebantur. ¶Notam: signum. ¶Ac ueluti supplex: tã q uenia petiturus. ¶Ante pedes: Orphei ¶Concẽtu: harmonia. Est autẽ pulchra poetae phãtasia: qua significat: quantauis sit musici cantus. ¶Bella: Baccharu; furores bella uocat poeta. ¶Insana Eryn. ab effectu q furia hoies i sanos furiososq; reddit ¶Mollita: mitigata sic ut Orpheo nunq nocere potuissent. ¶Berecynthia tibia: qua in sacris cybeles q Berecynthia dicitur primum usi fuere. Berecynth? Berecynthus aũt Phrygię mons est & ciuitas matri deũ dicata. ¶Obstrepuere sono ci. contra cytharę sonum strepuerunt. ¶Attonitas: stupefactas suauitate cãtus Orphei. Orphei cędes ¶Menades: Bacchae ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι: hoc ẽ a furendo dictae. ¶Titulum: gloriam. ¶Orphei theatri: spectaculi ab Orpheo congregati. Est aũt adiectiuum Orphei. Alii triumphi legunt: intelliguntq; agmẽ illud ferarum a bacchis raptum in titulum & gloria triumphi de orpheo acti. ¶Et coeunt: congregantur, conueniunt. ¶Noctis auem: noctua. ¶Structo utriq; theatro: spectaculo. Est autẽ amphitheatri periphrasis. ¶Matutina harena: hoc est matutino tempore in harena. Quod.n. est temporis, attribuit loco. Vna autẽ omnes Bacchas in Orpheum impetu; fecisse his similitudinibus ostẽdit poeta. ¶Petunt: aggrediũtur, inuadunt. ¶Hęc in munera: ad hos usus. ¶Torquent: iaciunt. ¶Subigebant. arabãt. ¶Lacertosi: magna & ualida brachia habentes. ¶Fructum: frumẽtum. ¶Agmine: baccharum furẽtium. ¶Arma instrumẽta. ¶Diuulsere: dilacerauere. ¶Ferae: crudeles. ¶Ad ua. fa. ad Orphei mortem. ¶Irrita: uana uerba, q bacchas nihil commouebant. ¶Proh Iuppiter: exclamatio poetae doloris ac cõmiseratiõis plena. ¶Exhalata: emissa. ¶In uentos: eorum sequitur opinionẽ qui animam uentũ esse putãt. ¶Te moestae: apostrophe ad Orpheum que rimonię ac cõmiserationis plena. ¶Obscura carbasa: pullas ac nigras uestes. ¶Flumen populare: fluuium patriũ. Hebrus .n. Thraciae fluuĩ? ẽ. ¶Methymnęae Lesbi: Methymna Methymna urbs est Lesbi optimo uino isignis: dicta a methymne Macaris filia ac Lepydni uxore: unde Methymnaeus deriuatur. Lesbos autem insula est clarissima, quã nũc Metylenen a nomine urbis uocant. Lesbos ¶Ferus anguis: crudelis, qui illius uatis caput uiolare sustineret, cuius cãtu serpentes quoq; saepius delectati essent.

En ait, en hic est nostri contemptor, & hastam
Vatis Apollinei uocalia misit in ora,
Quae foliis praesuta, notam sine uulnere fecit.
Alterius telum lapis est: qui missus in ipso
Aere, concentu uictus, uocisq;, lyraeq; est.
Ac ueluti supplex pro tam furialibus ausis
Ante pedes iacuit: sed enim temeraria crescunt
Bella, modusq; abiit, insanaq; regnat Erinnys.
Cunctaq; tela forent cantu mollita. sed ingens
Clamor: & inflato Berecynthia tibia cornu:
Tympanaq;, & plausus, & Bacchei ululatus
Obstrepuere sono citharae: tum deniq; saxa
Non exauditi rubuerunt sanguine Vatis:
Ac primum attonitas etiam nunc uoce canentis
Innumeras uolucres, anguesq;, agmenq; ferarũ,
Maenades Orphei titulum rapuere theatri:
Inde cruentatis uertuntur in Orphea dextris:
Et coeunt: ut aues: si quando luce uagantem
Noctis auem cernunt: structoq; utrinq; theatro
Vt matutina Ceruus periturus harena
Praedaq; canũ est: Vatẽq; petũt: & fronde uirẽtes
Coniiciunt Thyrsos, non haec in munera factos.
Hae glebas: illae direptos arbore ramos:
Pars torquent silices, neu desint tela furori:
Forte Boues presso subigebant uomere terram:
Nec procul hinc multo fructum sudore parãtes,
Dura lacertosi fodiebat arua Coloni:
Agmine qui uiso fugiunt: operisq; relinquunt:
Arma sui uacuosq; iacent dispersa per agros:
Sarculaq;, Rastriq; graues, longiq; Ligones:
Quae postq rapuere ferae: cornuq; minaces
Diuulsere boues. ad Vatis fata recurrunt:
Tendẽtemq; manus: atq; illo tempore primum
Irrita dicentem: nec quicquam uoce mouentem
Sacrilegae perimũt: perq; os (proh Iuppiter) illud
Auditum saxis: intellectumq; ferarum
Sensibus, in uentos anima exhalata recessit.
Te moestae uolucres Orpheu te turba ferarum:
Te rigidi Silices, tua carmina saepe secutae
Fleuerunt siluae: positis te frondibus arbos
Tõsa comas, luxit: lachrymis quoq; flumina dicunt
Increuisse suis: obscuraq; carbasa pullo
Naiades, & Dryades: passosq; habuere capillos.
Membra iacent diuersa locis. caput Hebre, lyraq;
Excipis & (mirum) medio dum labitur amne,
Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua
Murmurat exanimis, respondent flebile ripae.
Iamq; mare inuectae flumen populare relinquũt.
Et Methymnaeae potiuntur litore Lesbi
Hic ferus expositio peregrinis anguis harenis

Raph. ¶Inhiat diuelle. appetit ore apto dilacerare. ¶Hymniferos uultus: q hymnos in Deorũ fere ſingulos compoſuerãt. ¶Vmbra ſub.ter. umbra Orphei iferos petiit. Eorũ aũt opinionẽ ſecutus uidetur poeta: qui hominẽ ex tribus conſtare aiunt. corpore: anima: & umbra: quorũ corpus terræ: anima cęlo: umbra inferis reddit.

queq; cõtigiſſet, aurũ fierent: quod ei inutile fuit. Cui Deus peteti ut reſtitueret, ſibi fecit: Iuſſit. n. ut ad fluuiũ Pactolũ pueniret: ibiq; ſe ſupponeret: & ſic rediret in priſtinum ſtatum. Vnde aqua aurei coloris eſſet.

Raph. ¶Nec ſatis hoc baccho eſt: Midas rex Phrygię cũ Silenũ a ruſticis captũ, ſibiq; traditũ baccho reddidiſſet:

¶Hic: illic apud inferos. ¶Spatiant: deambulant.

Fabulæ ſecundæ. xi. libri argumentum.

Lactan. Anguis i ſaxum ¶Non impune &c. Cæcę matronæ quæ cædi interfuerant Orphei: a Libero ulciſcente æmulum ſcientiæ ſuæ in ſpecies uarias abierunt.

Raph. ¶Non impune tñ: Thraciæ mulieres quę Orphei cędi interfuerunt: omnes a baccho cædem Orphei ægre ferente in uarias arbores fuere oberſę. ¶Vate ſuorũ ſacrorum: nam Orpheus in Bacchum pulcherrimos ſcripſerat hymnos. Alludere autẽ ad id poeta uidetur, quod ſcribit Diodorus. Cerimonias a Dionyſio repertas cum ad orgia quędam Orpheus addidiſſet, orpheſia a poſteris fuiſſe appellata. Thracię mulieres i arbores ¶Matres Aedonid. mulieres thracias: Aedones namque populi ſunt Thracæ. Aedões ¶Plangit: percutitur a ſe ipſa. ¶Actrepidans: quanto nanq; magis trepidant: tanto magis uinculo aſtringunt aues. ¶Externata: cõſternata, perterrefacta. ¶Lenta: flexibilis. ¶Coercet: continet. ¶Exultanteq;: exultare uolentem. ¶Dũq; ubi ſunt digiti: ordo eſt: Dũ quærit, ubi ſunt digiti. ¶Succedere: ſuccreſcere. ¶Mœrẽti dextra: hypallage eſt: ipſa nãq; mœrens intelligitur. ¶Et non fallere putando: non decipere ſi putes. R e. n. uera rami erant.

Fabulæ tertiæ. xi. libri argumentum.

Lactan. ¶Nec ſatis &c. Liber pater Thracia digreſſus cũ Tmolũ montem Ciliciæ comitatus Bacchis peteret Silenus ei aufugit: quem Phryges captũ ad Midã regem adduxerunt: agnitus ab eo exceptus eſt, & Libero aduenienti reddidit: & ob beneficium optãdi Deus ueniã ei dedit ſi quid uellet a ſe peteret, Ille ut

Obſtitit: & ſparſos ſtillanti rore capillos
Lambit: & hymniferos inhiat diuellere uultus.
Tandem Phœbus adeſt: morſuſq; inferre parantẽ
Arcet: & in lapidem rictus ſerpentis apertos
Congelat: & patulos (ut erant) indurat hiatus
Vmbra ſubit terras: & quæ loca uiderat ante:
Cuncta recognoſcit: quærenſq; per arua piorum
Inuenit Eurydicen: cupidiſq; amplectitur ulnis.
Hic modo coniunctis ſpaciantur paſſibus ambo.
Nunc præcedentem ſequitur, nunc præuius anteit:
Euridicenq; ſuam iam tuto reſpicit Orpheus:
Non impune tamen ſcelus hoc, ſinit eſſe Lyæus.
Amiſſoq; dolens ſacrorum Vate ſuorum,
Protinus in ſiluis matres Aedonidas omnes,
Quæ uidere nefas: torta radice ligauit.
Quippe pedum digitos in quãtũ eſt quæq; ſecuta:
Traxit: & in ſolidam detruſit acumine terram.
Vtq; ſuum laqueis quos callidus abdidit auceps.
Crus ubi commiſit uolucris: ſenſitq; teneri:
Plangitur: ac trepidans aſtringit uincula motu.
Sic quæcunq; ſolo defixa cohæſerat harum:
Externata, fugam fruſtra tentabat, at illam
Lenta tenet radix: exultantemq; coercet.
Dũq; ubi ſunt digiti, dũ pes ubi quærit, & ungues,
Aſpicit in teretes lignum ſuccedere ſuras.
Et conata femur mœrenti plangere dextra:
Robora percuſſit: pectus quoq; robora fiunt.
Robora ſunt humeri: lõgos quoq;, brachia uera
Eſſe putes ramos: & non fallere putando.
Nec ſatis hoc Baccho eſt: ipſos quoq; deſerit agros
Cumq; choro meliore, ſui uineta Tymoli:
Pactolonq; petit. quis non aureus illo
Tempore: nec charis erat inuidioſus harenis.
Hunc aſſueta cohors Satyri, Bhaccæq; frequẽtant
At Silenus adeſt. titubantem, anniſq;, meroq;,
Ruricolæ cœpere Phryges: uinctumq; coronis
Ad regem duxere Midam, cui Thracius Orpheus
Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.
Qui ſimul agnouit ſocium, comitemq; ſacrorum:
Hoſpitis aduentu feſtum genialiter egit:
Per bis quinq; dies, & iunctas ordine noctes,
Et iam ſtellarum ſublime coegerat agmen
Lucifer undecimus: Lydos cum lætus in agros

Midas iuſſus eſt a Deo: ut quicquid uellet peteret. Ille petiit ut quicquid corpore ſuo tangeret, aurũ fieret. Id illi conceſſit Bacchus: quamuis inutile ipſi futurũ uidebat. Cum uero panis quoq; ac uinum in aurum uerterentur: fameq; perire cœpiſſet: tandẽ cognouit ſtolidus ſe rem dãnoſam petiiſſe: Bacchum itaq; rogauit, ut peccato ueniã daret: & munus datum irritum faceret. bacchus igitur illi mandauit ut ad fontem Pactoli pergeret, ſeq; totum in eo lauaret: quod cum feciſſet, uis illa aurũ efficiendi quicquid tangeret, in fluuium tranſiuit: unde etiam harenas aureas efficere memoratur. Cur aureę pactoli harenę ¶Ipſos agros: Thracię. ¶Cumq; choro meliore: q̃ fuerant Thracię illæ mulieres, quæ orpheũ trucidarũt. ¶Sui Tymoli: a ſe amati. Eſt enim Tymolus: qui & Tmolus dicitur, mons Lydiæ optimi uini fertilis. ut in ſuperioribus quoq; diximus. Neq; eſt ſpondaicus uerſus, cũ Tymolus ẽt triſſyllabum ſit nomen: non ſolum biſſyllabũ. Tymolus ¶Pactolõq;: Pactolus fluuius eſt Lydiæ aureis harenis notiſſimus. Pactol⁹ ¶Charis harenis: pretioſis. ¶Frequentant: celebrãt. ¶Titubantem: uacillantem. ¶Vinctum: ligatum. ¶Ad regem Midam: Midas Gordia bubulci filius Phrygię rex fuit ditiſſimus: co q; fictus eſt omnia quæcunq; tangeret in aurum tranſmutare: de quo Herodotus in primo multa ſcribit. ¶Orgia: bacchi ſacrificia. Eumolpus ¶Cũ Cecropio Eumolpo: Eumolpus uates fuit Athenienſis bacchi ſacerdos. ¶Genialiter: uoluptuoſe ac læte. Lucifer

¶Lucifer undecimus: Lucifer ſtella eſt: quæ adueniente die ultĩa deſinit lucere: coq; a poetis alias ſtellas; cogere



cogere: congregareq; dicitur. ¶Coegerat: cõgregauerat. Significat ãt undecimũ diẽ aduenĩſſe. ¶Sublime agmẽ ſtellarũ: ſublimiũ & altarũ ſtellarũ multitudinẽ, eſt enim hypallage. ¶Lydos in agros: in Lydiam. Secundum grãmatices autem rationem deriuatiuũ nomẽ pauciores q̃ primitiuũ ſyllabas habet.

Tacta a Mida in aurũ

Raph. ¶Iuueni alumno: baccho. ¶Altore: Sileno nutritore. ¶Male uſu. in ſuum malũ & pernicẽ: paulum enim abfuit quin fame periret Midas. ¶Annuit: nutu cõſenſit. ¶Soluit: pſoluit pſtitit. ¶Berecynthius heros: Midas Phrygi⁹, a berecyntho Phrygiæ oppido. ¶Polliciti fidẽ: pmiſſi ueritatẽ. ¶Tentat: experit. ¶Nõ alta: ſed humili. Illud enim aduerbiũ Non hoc loco ad uerbũ detraxit referri non põt: ſed uirgã ex nõ alta frõde decerptã fuiſſe oſtendit. ¶Cereris: frumenti p metonymiã. ¶Heſperidas donaſſe putes: ſcite. nã Heſperides hortos habuiſſe dicunt aurea poma ferẽtes. ¶Radiare: fulgere. ¶Danaẽ eludere poſſit: eleganter. Iuppiter. n. in guttas ↄuerſus aureas in ſinũ Danaes deſcẽdit: ſicq; illa eſt potitus. ¶Vix ſpes ipſe ſuas aĩo capit: nã maxima quæq; ſibi pollicebatur Mydas. ¶Poſuere: apoſuere. ¶Toſtæ fru. periphraſis eſt panis. ¶Cerealia do. panes. Rigere ¶Rigebãt. duri fiebãt. Quippe qui in aurum conuertebantur. ¶Cõuellere: mãdare. ¶Premebat: tangebat. ¶Auctorẽ mu. Bacchũ per metonymiam p uino. ¶Fuſile: liqdũ, ac fuſũ & liquefactũ. ¶Diuerſaq;: quia auro abundabat. ¶Miſerq;: quia auro frui non poterat. ¶Modo uouerat: uoto paulo ãte concupiuerat. ¶Torquet: cruciatur. ¶Meritus: q͂a propter

auaritiam illud a Baccho petierat. ¶Lenęe pater: bacche. ¶Specioſo damno: quod pulchrũ & bonũ uidet, cũ alioquin dãnũ ſit & malũ. ¶Mite Deũ numen: Dii ſunt mites & facile placantur. ¶Reſtituit: in priſtinũ ſtatũ reduxit. ¶Facti fide: ob fidẽ: quã pręſe tulerat Silenũ reſtituendo. ¶Data munera ſoluit: reſoluit, & irrita fecit. ¶Circũlitus: infectus. ¶Male opta. ſtulte ac pnitioſe petito. ¶Mageis Sardibus: Sardeis urbs ẽ Lydię Crœſi regia. Sardeſ ¶Ceſſit: tranſiuit.

Fabulæ quartę. xi. libri argumentum.

Lactã. ¶Ille peroſus &c. Pan cũ Tmolũ montẽ lydię frequẽtãs fiſtula ſe oblectaret: elat⁹ gloria agreſtiũ nympharum apollinẽ in certamen deuocauit: a iudice ergo Tmolo cuius mõs erat, cum Apollini uictoria eſſet adiudicata: Midæ regi ſupradicto aſſidenti ſoli diſplicuit. Quam ob cauſam Apollo ob eandẽ ſtultitiã: quam & ſupra geſſerat in liberi patris uoluntate: Deus iratus aures eius Aſininæ ut eẽnt ſempiterno effecit: cui⁹ iudiciũ nulli rei facerẽt: qui tamẽ fertur Midas eẽ mr̃is magnæ filius. ſic enim cũ Heſiodo conſentit Ouidius.

Raph. ¶Illa peroſus opes: Midas facultate auri efficiundi qcqd tangeret liberatus: opeſq; peroſus i ſiluis habitabat, Panaq; paſtorũ Deũ colebat: q cũ fiſtula iuẽta ſibi multũ nymphis placere uideretur, auſus eſt apollinem in certamen prouocare, Tmolo mõtis deo iudice cõſtituto. Cũ uero ſententia p apolline lata oĩbus placeret, ſolus Midas naturali ſtultitia duct⁹ eã ut iniuſtã iprobauit. Quare apollo idignatus aures illi⁹ in aſininas cõuertit: quibus ipſi⁹ ſtultitias indicaretur. Lõgiores nãq; aures ex phyſicorũ ſen

Rex uenit: & iuueni Silenum reddit alumno.
Huic Deus optandi gratum: ſed inutile fecit
Muneris arbitrium gaudens altore recepto:
Ille male uſurus donis (ait) effice quicquid
Corpore contigero fuluum uertatur in aurum:
Annuit optatis: nociturăq; munera ſoluit
Liber: & indoluit quod non meliora petiſſet.
Lætus abit: gaudetq; malo, Berecynthius heros,
Sollicitiq; fidem tangendo ſingula tentat.
Vixq; ſibi credens non alta fronde uirentem
Ilice detraxit uirgam, uirga aurea facta eſt.
Tollit humo ſaxum. ſaxum quoq; palluit auro.
Contigit & glebam. contactu gleba potenti
Maſſa fit arentes Cereris decerpſit ariſtas,
Aurea meſſis erat: demptum tenet arbore pomum,
Heſperidas donaſſe putes: ſi poſtibus altis
Admouit digitos poſtes radiare uidentur.
Ille etiam liquidis palmas ubi lauerat undis:
Vnda fluens palmis, Danaen eludere poſſit.
Vix ſpes ipſe ſuas animo capit, aurea fingens
Omnia: gaudenti menſas poſuere miniſtri
Extructas dapibus: nec toſtæ frugis egẽtes.
Tum uero, ſiue ille ſua Cerealia dextra
Munera contigerat: Cerealia dona rigebant:
Siue dapes auido conuellere dente parabat.
Lamina fulua, dapes, admoto dente premebat:
Miſcuerat puris auctorem muneris undis,
Fuſile per rictus aurum fluitare uideres:
Attonitus nouitate mali, diueſq;, miſerq;,
Effugere optat opes. & quæ modo uouerat, odit.
Copia nulla famem releuat: ſitis arida guttur
Vrit: & inuiſo meritus torquetur ab auro.
Ad cælumq; manus, & ſplendida brachia tollens
Da ueniam Lenæe pater, peccauimus (inquit)
Sed miſerere precor: ſpecioſoq; eripe damno.
Mite Deum numen Bacchus peccaſſe fatentem
Reſtituit: factiq; fide, data munera ſoluit:
Neue male optato maneat circumlitus auro.
Vade ait, ad magnis uicinum Sardibus amnem:
Perq; iugum ripæ labentibus obuius undis
Carpe uiam: donec uenias ad fluminis ortus.
Spumigeroq; tuum fonti, qua plurimus exit.
Subde caput: corpuſq; ſimul, ſimul elue crimen.
Rex iuſſæ ſuccedit aquæ, uis aurea tinxit
Flumen: & humano de corpore ceſſit in amnem:
Nunc quoq; iam ueteris percepto ſemine uenæ
Arua rigent, auro madidis pallentia glebis:
Ille peroſus opes ſiluaſq;, & rura colebat,
Panaq;, montanis habitantem ſemper in antris.

tētia uecordiā præ ſe ſe runt. Cęteꝝ Midas aures aſininas tiaris purpureis occultauit,tōſoriq; mādauit,ne uerbum cuiquā de illis faceret. Tōſor uero cū reticere nō poſſet,i locū deſertū ſeceſſit,ibiq; foueæ ſactę imormurauit:Midā aures aſininas habere. Deīde foueam terra repleuit. Arūdines aūt eo in loco natæ:uētoq; agitatæ eadem uerba:hoc eſt Midas rex aſininas aures habet,referebāt. ℣ Peroſus opes : odio habens:quibus pene ſame fuera, confectus.

Raph. ℭPingue:tardū. ℣ Vt āte:qñ optauit:ut qcq̄d contingeret,aurū fieret. ℣ Naꝫ freta proſpiciēs: Tmoli montis deſcriptio. ℣ Paruis Hypęp. Hypæpa urbs eſt Lydiæ ut dixim⁹. ℣ Cęrata:cęra iūcta. ℣ Iudice ſub Tmolo: Tmolus & mōs & deus montis ipſius dicitur. Nā montes ut flumia deos ſuos habere dicuntur. ℣ Et aures Liberat arboribus: ab auribus arbores remouet. ℣ Deliniit:blanditus eſt. ℣ Sacer:apollo. ℣ Reſoluit ora:aperuit ora,& canere cœpit. ℣ Tmolus ad os Phœbi:ſe conuertit ſub audiendum. ℣ Ille caput flauū uinctus:flauū caput habens coronatū. ℣ Parnaſide: Parnaſia: qua Parnaſus abūdat. Forma nāq; patronymica ꝓ poſſeſſiua eſt uſus poeta. Apollinis aūt Citharœdi habitū deſcribit. ℣ Saturata:īfecta, bis tincta. ℣ Tyrio murice: Tyria purpura. Palla aūt ueſtis eſt muliebris: ſyrma habens, qua & citharœdi utebātur. ℣ Verrit hu.inouit palla; apollinis ſyrma habuiſſe,qđ per terrā trahebatur. Sic Hora; de tibicine loquēs: Traxitq; uagus per pulpita ueſtē. ℣ Diſtinct ūq;: ornatā. ℣ Dentibus In

Hypæpa
Tmol⁹
Palla

Pingue ſed ingenium manſit:nocituraq; ut ante
Rurſus erant domino ſtultæ præcordia mentis:
Nam freta proſpiciens late riget arduus alto
Tmolus in aſcenſu.cliuoq; extenſus utroq;
Sardibus hinc,illinc paruis finitur Hypæpis:
Pan ibi dum teneris iactat ſua carmina nymphis:
Et leue cærata modulatur arundine carmen,
Auſus Apollineos præ ſe contemnere cantus:
Iudice ſub Tmolo certamen uenit ad impar:
Monte ſuo ſenior iudex conſedit:& aures
Liberat arboribus.Quercu coma cærula tantum
Cingitur:& pēdēt circum caua tempora Glādes.
Iſq; Deum pecoris ſpectans:in iudice dixit
Nulla mora eſt:calamis agreſtibus inſonat ille:
Barbaricoq; Midan(aderat nam forte canenti)
Carmine deliniit:poſt hunc ſacer ora reſoluit.
Tmolus ad os Phœbi.uultum ſua ſilua ſecuta eſt.
Ille caput flauum lauro Parnaſide uinctus:
Verrit humum,Tyrio ſaturata mūrice palla.
Diſtinctamq; lyram gemmis,& dentibus Indis
Suſtinet a læua,tenuit manus altera plectrum.
Artificis ſtatus ipſe fuit.tum ſtamina docto
Pollice ſollicitat:quorū dulcedine captus
Pana iubet Tmolus citharæ ſummittere cannas.
Iudicium,ſanctiq; placet ſententia montis
Omnibus,arguitur:tamen,atq; iniuſta uocatur
Vnius ſermone Midæ:nec Delius aures
Humanam ſtolidas patitur retinere figuram,
Sed trahit in ſpatium:uilliſq; albentibus implet:
Inſtabileſq; illas facit:& dat poſſe moueri.
Cætera ſunt hominis:partem damnatur in unam.
Induiturq; aures lente gradientis Aſelli.




Ille quidem cælare cupit:turpiq; pudore,
Tempora purpureis tentat uelare Tiaris:
Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos
Viderat hoc famulus:qui nec,cū prodere uiſum
Dedecus auderet,cupiens efferre ſub auras:
Nec poſſet reticere,tamen ſecedit,humumq;

dis:ebore. ℣ Stamina: chordas. ℣ Sollicitat:tāgit,percutit. ℣ Cānas: tibiam ex cannis confectaꝫ. ℣ Arguitur:reprehēditur. ℣ Nec Delius: Apollo. ℣ Aures ſtoli. omni carentes iudicio. ℣ Sed trahit in ſpaciū: protrahit,ꝑducit ac longas efficit. ℣ Inſtabiles: mobiles,quales ſunt aſininę. ℣ Et dat poſſe moueri: concedit facultatē ſeipſas mouendi. ℣ Lēte gra.tarde euntis.

Fabulę quintæ.xi.libri argumentum.

Raph. ℭIlle qdeꝫ &c.Refert quoq; deformitatē illi⁹ cum ueſte celaret:ut famulus uidit: neq; eloq poſſet eiuſdem dei mētem in aures haberet:q rurſus obruta harena arundines enatæ:agitateq; uento deformitatē Midę indicarent.

Lactā. Tiara, ℭPurpureis tiaris: Tiara,qui & Tyaras dicit tegmen eſt capitis regū Orientis. ℣ Velare:cælare occultare. ℣ Efferre ſub auras : uulgare. ℣ Secedit:in locum ſecretum uadit.

ℭVoce



Raph. ℭVoce parua:murmure. ℣ Hauſtæ:effoſſę. ℣ Regeſta:reiecta. ℣ Scrobibus optis:repleta fouea. ℣ Prodit agr.īdicauit eū q illā effoderat terrā. ℣ Obruta uerba:q talia fuerāt.Midas rex aſini aures habet. ℣ Dominiq; coarguit aures:hoc eſt Midę regis aures cōuincit eſſe aſininas.

Fabulæ ſextæ.xi.libri argumētum.

Lactā. Cannę uocales ℭVlt⁹ abit Tmolo:liquidumq; p aera uect⁹ &c. Inter Sygeū:Rhœteūq; ꝓmōtoria:quo loco ara Iouis Panōphęi.Phrygibus ē ꝯſecrata : Laomedon Capis filius cū Iliū poneret:Apollo & Neptun⁹ in hoīes uerſi opèras ſuas æſtimati ad extruēdū mur⁹ addixerūt. Ita tamē ut Neptunus ꝑfidia regis offenſus ī agros ei⁹ mare mitteret,oēſq; fructus obrueret: ſupra quā pœnā coegit eū Heſionē filiā marinę ꝯſtituere belluæ. Qua liberata ab Hercule rurſus in fraude cognit⁹:equos eni quos ob ſalutē uirginis pact⁹ erat ei abnegauit. Ideoq; ille expugnato Ilio Heſionem abreptā Telamoni(qui ſocius militię fuerat)copulauit.

Apollo & Neptun⁹ ī hoīes
Laomedōtis ꝑfidia

Raph. ℭVltus abit Tmolo: Apollo atq; Neptun⁹ cū Laomedontem mœnia Troię ædificantē uidiſſent: in humanā figurā cōuerſi:pacto auro ſe cito op⁹ illud abſoluturos receperūt. Mœnib⁹ uero ꝑfectis cū ꝓmiſſum aurū repoſcerent,a Laomedonte illo fraudati:quī etiā iurādo ſe nihil promiſiſſe affirmauit:tantā perfidiā multā eſſe non permiſerūt. Neptunus enim & diluuiū immiſit: quo tot⁹ ager Troian⁹ eſt deuaſtat⁹:& Heſionem filiam monſtro marino exponere Laomedōtē coegit. Quam qdē cū Hercules illac cū Argonautis trāſiēs liberaſſet:ac ꝓmiſſis eqs a pſido rege fraudaretur:& Troiam expugnauit:& Heſionē captā Telamoni ſocio donauit. ℣ Nepheleidos: Helles Nepheles filiæ. Helle nāq;

Helles

Effodit:& domini quales aſpexerit aures,
Voce refert parua:terræq; immurmurat hauſtæ:
Indiciumq; ſuæ uocis,tellure regeſta
Obruit:& ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.
Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus
Cœpit:& ut primum pleno maturuit anno
Prodidit Agricolam:leni nam motus ab Auſtro
Obruta uerba refert:dominiq; coarguit aures.
Vltus abit Tmolo.liquidumq; per aera uectus:
Anguſtum citra pontum Nepheleidos Helles
Laomedonteis Latoius aſtitit aruis:
Dextera Sigei.Rhœtei læua profundi
Ara Panomphæo uetus eſt ſacrata Tonāti,
Inde nouæ primum moliri mœnia Troiæ
Laomedonta uidet:ſuſceptaq; magna labore
Creſcere difficili:nec opes expoſcere paruas.
Cumq; Tridentigero tumidi genitore profundi
Mortalem induitur formam,Phrygiæq; Tyrāno
Aedificant muros,pacto pro mœnibus auro,
Stabat opus:pretium rex inficiatur:& addit
Perfidiæ cumulum,falſis periuria uerbis.
Non impune feres rector maris inquit:& omnes
Inclinauit aquas ad auaræ littora Troiæ:
Inq; freti formam,terras conuertit:opeſq;
Abſtulit agricolis:& fluctibus obruit agros.
Pœna neq; hæc ſatis eſt regis quoq; filia monſtro
Poſcitur æquoreo:quam dura ad ſaxa reuinctam
Vindicat Alcides:promiſſaq; munera dictos
Poſcit equos:tantiq; operis mercede negata
Bis periura capit ſuperatæ mœnia Troiæ.
Nec pars militiæ Telamon ſine honore receſſit.
Heſioneq; data potitur:nam coniuge Peleus




Clarus erat Diua.nec aui magis ille ſuperbit

Athamātis:& nepheles filia fuit,ac ſoror Phrixi:a qua ī.mari ſubmerſa helleſpōt⁹ fuit cognoīatus. ℣ Latoi⁹: Apollo Latonę fili⁹. ℣ Dextera Sigei.Rhœtei. Sigeū & Rhœteū ꝓmōtoria ſunt Troię notiſſima. ℣ Ara panophęo Tonāti. Sic quidē in exemplaribus legit̄ : ſed corrupte legi facile Homeri carmine coarguit̄. Nā in octauo Iliados libro ſic ſcri.de hac eadē ara⁹ ἔνθα πανομφαίῳ ζηνὶ ῥέζεσκον ἀχαιοί: hoc ē ubi Panōphęo Ioui ſacra faciebāt achiui. Quare hic quoq; Panōphęo legēdū eſſe:uel refragātibus exēplaribus audacter cōtenderim. ℣ Panōphæus aūt Iuppiter dictus eſt:ut exponit Euſtachi⁹:uel q̄ omnium uoces audiat,uel q̄ omnium uoce colatur,nam πᾶν omne ὀμφὴ uox dicitur. ℣ Suſcepta magna : īcœpta grādia. ℣ Stabat opus: erectum erat. ℣ Inficiatur: negat. Nam inficiari: & inficias ire negare eſt. ℣ Mōſtro æquoreo: ceto. ℣ Vindicat : liberat. ℣ Dictos : pactos,promiſſos:ex Solis equorū ſemine progenitos. ℣ Bis piura mœnia:nā primū Apollini atq; Neptuno ędificatis muris: deīde Herculi ꝓ liberata Heſione pacta ꝓmia denegarat. ℣ Nec ps militię Telamō: Telamō Aeaci filius ex Heſione Laomedōtis filia Teucrum ſuſcepit.

Tela mon

Fabulę ſeptimę libri.xi. argumentum.

Lactā. ℭClar⁹ erat diua : nec aui magis ille ſuperbit &c. Proteus cū Thetidi ꝑdixiſſet : ſi uellet fugaſis fieri:q filiū parentē ſuo fortiorem procrearet, Iuppiter īcenſus eſt pulchritudine nymphæ: q id ſibi ne īcideret,cōcubituꝫ eius refugit:& ſue ceſſionē coniugi Peleuꝫ nepotem dedit:quem illa refugiēs modo in uolucrem : modo in arborem:interdū in Tigrim conuerſa corluderet : Peleus Neptunum orauit:ut opem ſibi ferret: qui cum Proteo precēs

eius cōmendaret, ille emergens e mari Peleo mādauit ut quieſcenti Thetidi meridiano calore iſidiaret: eam: q̄ uinculis illigatam aggrauaret. Ex quo achilles Græcorum fortiſſimus natus eſt.

Raph. Peleus

¶ Nam cōiuge Peleus Clarus erat Diua: Peleus Aeaci fili⁹ ac Telamōis frater: nepoſq; iouis ſolus ex hoībus Deam uxorē ducere meruit. Cu;.n. Proteus Thetidi prędixiſſet: ipſā, eſſe parituram filiu; patre maiorē Iuppiter quis eius amore captus: illo qdem abſtinuit coniugio: nepoti autem Peleo mādauit, ut illā duceret uxorem. Quare Pele⁹ Thetida in ſp. lūca qeſcentē fruſtra eſt amplexus. Na; Dea cum in uolucrem, & arborem conuerſa a Peleo nō dimitteretur: in Tigridē ſe transfigurauit: cuius ſpecie territus Peleus eam dimiſit. Admonitus aūt a Proteo: ut eam dormientē; & uinclis ligaret, & q̄uis i mille uarias figuras cōuerteret: tantiſper detineret. donec in priſtinā rediiſſet forma;: illa tādem eſt potitus: ex qua achillē ſuſcepit. Pulchra autem phātaſia uarias Thetidis trāsfigurationes poeta deſcribit. ¶ Nec aui: Iouis.

Raph.

¶ Quam ſoceri: Nerei. Nam Thetis nerei filia fuit. ¶ Siquidem iouis eſſe nepotem: nam mul tis iquit nepotibus eſſe iouis contigit. Siquide; uero interdum una eſt dictio (ut hoc loco) iterdum duæ. id q̄d facile ex ipſo dignoſcit ſenſu. ¶ Coniunx Dea contigit uni: uxor inqt dea ſoli Peleo obuēit. ¶ Vdę: humidę. nympha enim fuit marina. ¶ Quāuis: q̄uis thetidis amor iuppiter teneret. ¶ Haud tepidos ignes: uehemētes amores. ¶ Connubia: nuptias. ¶ Aeacidē: Peleum Aeaci filiu; iouis ex aegina nepotē. ¶ Eſt ſinus Aemoniæ: Topographia ē. Deſcribit enim ſpecum: in quo thetis feſſa requieſcere

Nomine, q̄ ſoceri. ſiquidem Iouis eſſe nepotem
Contigit haud uni; coniunx Dea contigit uni.
Nam ſenex Thetidi proteus prædixerat undæ
Concipe, mater eris iuuenis: qui fortibus armis
Acta patris uincet: maiorq; uocabitur illo:
Ergo ne quicq̄ mundus Ioue maius haberet,
Quamuis haud tepidos ſub pectore ſenſerat ignes,
Iuppiter; æquoreæ Thetidis cōnubia uitat.
Inq; ſua Aeaciden ſuccedere uota nepotem
Iuſſit: & amplexus in uirginis ire marinæ.
Eſt ſinus Aemoniæ, curuos falcatus in arcus,
Brachia procurrunt: ubi ſi foret altior unda,
Portus erat: ſummis inductum eſt æquor harenis.
Littus habet ſolidum: quod nec ueſtigia ſeruet:
Nec remoretur iter: nec opertum pendeat algas.
Myrtea ſilua ſubeſt bicoloribus obſita Baccis.
Eſt ſpecus in medio: Natura factus, an arte
Ambiguum: magis arte tamen, quo ſæpe uenire
Frenato delphine ſedens Theti nuda ſolebas,
Illic te Peleus; ut ſomno uicta iacebas
Occupat: & quoniam precibus tentata repugnas,
Vim parat, innectens ambobus colla lacertis;
Quod niſi ueniſſes uariatis ſæpe figuris,
Ad ſolitas artes: auſo foret ille potitus.
Sed modo tu uolucris uolucrē tamen ille tenebat.
Nunc grauis arbor eras: hærebat in arbore Peleus,
Tertia forma fuit maculoſæ Tigridis: illa
Territus Aeacides a corpore brachia ſoluit:
Iſq; Deos pelagi uino ſuper æquora fuſos:
Et pecoris fibris: & fumo thuris adorat,
Donec Carpathius medio de gurgite Vates
Aeacide dixit: thalamis potiere petitis.
Tu modo: cum gelido ſopita quieſcit in antro:
Ignaram laqueis, uincloq; innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras.
Sed preme quicquid erit, dum q; fuit ante reformet:
Dixerat hæc Proteus: & condidit æquore uultum:
Admiſitq; ſuos in uerba nouiſſima fluctus.
Pronus erat Titan: inclinatoq; tenebat
Heſperium temone fretum, cum pulchra relicto
Nereis ingreditur conſueta cubilia fluctu:
Vix bene uirgineos Peleus inuaſerat artus:
Illa nouat formas: donec ſua membra teneri
Senſit: & in partes diuerſas brachia tendit.
Tunc demum ingemuit: neq; ait ſine numine uincis,
Exhibita eſtq; Thetis. confeſſam amplectitur heros:
Et potitur uotis: ingentiq; implet Achille.

ſolebat. ¶ Aemonię: Theſſaliæ. ¶ Falcatus: in ſimilitudinē falcis figuratus: eſt autem nomē ſimile participio a falce declinatum. ¶ Brachia pcurrunt: promōtoria quæ brachia uidētur: in mare ptenduni. ¶ Seruet: cuſtodiat. ¶ Remoret: retardet. ¶ Pēdeat: ſuſpenſum ſit. ¶ Myrtea ſilua ſubeſt: hoc eſt ſilua myrtus, cōſita illi adiacet ſinui. Subeſſe autem illā ait, quod ex phyſicorū ſententia mare q̄ terra altius eſt. ¶ Obſita: conſita. præpoſitio nanq; p prępoſitione poſita eſt. ¶ Occupat: inuadit. ¶ Ad ſolitas artes: ad conſuetas ſibi transformationes. ¶ Auſo: retētata, & concubitu appetito. ¶ Carpathius uates: Proteus, qui in Carpathio habitat mari: a Carpathio iſula dicto. ¶ Thalamis petitis: nuptiis optatis. ¶ Innecte: cōnecte, colliga. ¶ Centum mētita figuras: mutata in centum falſas figuras. Eſt autem numerus finitus pro infinito poſitus. ¶ Sed preme: comprime, ac retine. ¶ Dum quod fuit ante reformet: hoc eſt du; in priſtinam redeat formam. ¶ Suos fluctus: marinas undas. ¶ Inclinato temone: inclinato curru. Partem.n. pro toto poſuit. Currus autē Solis cum tendit ad occaſum deſcendere uidetur. ¶ Heſperium fretum: Atlanticum mare; in quod Sol condi uidetur. ¶ Conſueta cubicula: ſolitam ſpeluncam. ¶ Relicto fluctu: derelicto mari. ¶ Dōec ſua membra teneri Senſit, donec ſe ligatā eſſe animaduertit. ¶ Sine numine: ſine auxilio numinis alicui⁹ & dei. ¶ Exhibita eſt Thetis: ideſt in figura; Thetidis eſt conuerſa. ¶ Ingenti achille: ſemine ex quo magn⁹ achilles eſt nat⁹.

Fabule



Lactā.

Fabulæ octauę undecimi libri argumentum.

¶ Felix & nato: felix &c. Peleus fratre Phoco iterēpto pfugus Trachina ad Ceycē Luciferi filiū uenit: ſuſceptuſq; ab eo mœrēte cā; mœroris ab ipo audiuit: huic Ceyo nāq; frater erat Dædaliō hñs filiā Chionē ſpecioſiſſimam: q̄ cū ab apolline, & mercurio amaretur: a Mercurio per qetē compreſſa eſt. Itē ab apolline in anū uerſo hor; altero autolycū furaciſſimū: q ex albis nigra: & ex nigris alba fecit procreatū. Ex apolline uero Philemōa ſtudioſiſſimum citharę. Hanc etiā gloriam iam quod cū talibus cōcubuiſſet Deis: Dianę ſe pulchritudini ptuliſſet: itaq; dea cōfeſti; ut debuit pcacē eius lingua; ſagitta traiecit: atq; ex eo uulnere ē ſubito iterēpta. Qua calamitate Dædaliō cum ſe eodē rogo uellet ɔſumi: neq; eū pximi paterent ut furiis iſtinctus mōtē Parnaſum petiſſet: & ſe pcipitaſſet: anteq̄ radicē mōtis cōtingeret: ab apolline in uolucrem accipitrem eſt conuerſus.

Raph. phocus

¶ Iugulati Phoci: phoc⁹ aeaci filius ex pſamathe nympha a Peleo fuit iterfectus. Quare Peleus à patre in exiliū eiectus ad Ceycē Trachinæ regē infelicē Dædaliōis fratris caſum lugētē cōfugit. Nā Dędaliō Luciferi fili⁹ Chionē filiā habuit: quæ cū iā ex Mercurio autolycu;: ex Apolline Philemonē genuiſſet Diana ſe formoſiorē eſſe iactauit. Quare Dea irata ſagittis eā cōfecit, cuius morte Dędaliō tantū cōcepit dolore;: ut ex parnaſi uertice ſe in mare prçcipitarit. Sed apollo nō imemor uoluptatis, quā de illius filia cōceperat, eū in accipitrem anteq̄ in mare caderet, commutauit. ¶ Omnia contigerāt: ad felicitatē facientia itelligamus. ¶ Trachinia tellus: Trachin, quę & Trachis dicitur urbs eſt theſſaliæ ſub Oeta monte ab Hercule ædificata: ἄπο τῆς τραχυ τῆτος: hoc eſt ab aſperitate dicta: unde Trachinius deriuatur. ¶ Lucifero genitore ſatus: Ceyx Phoſphori: hoc eſt

Felix & nato, felix & coniuge peleus.
Et cui ſi demas iugulati crimina Phoci:
Omnia contigerant: fraterno ſanguine ſontem:
Expulſumq; domo patria. Trachinia tellus
Accipit: hic regnum, ſine cui, ſine cæde regebat
Lucifero genitore ſatus, patriumq; nitorem
Ore ferens Ceyx: illo qui tempore mœſtus,
Diſſimiliſq; ſui, fratrem lugebat ademptum.
Quo poſtq̄ Aeacides feſſus, curaq;, uiaq;:
Venit, & intrauit paucis comitantibus urbem:
Quoſq; greges pecorū (que ſecum armenta trahebat:)
Haud procul a muris ſub opaca ualle reliquit:
Copia cum facta eſt adeundi tecta tyranni:
Velamenta manu prætendens ſupplice, quis ſit:
Quoq; ſatus memorat. tantū ſua crimina cælat,
Mentiturq; fugæ cauſam: petit urbe, uel agro
Se iuuet: hunc contra placido Trachinius ore
Talibus alloquit: mediç quoq; commoda plebi
Noſtra patet Peleu. nec inhoſpita regna tenemus,
Adiicis huic animo monimenta potentia: clarum
Nomē, auūq; Iouē, nec tempora perde precando.
Quod petis omne feres: tuaq; hæc p parte uocato.
Qualiacunq; uides, utinam meliora uideres.
Et flebat: moneat tantos quæ cauſa dolores:
Et Peleus, comiteſq; rogant: quibus ille profatur.
Forſitan hanc uolucrem, rapto quæ uiuit: & omnes
Terret aues, ſemper pennas habuiſſe puteris!
Vir fuit: & tanta eſt animi conſtantia. quantum
Acer erat: belloq; ferox, ad uimq; paratus
Nomine Dædalion, illo genitore creatus:
Qui uocat Auroram, cæloq; nouiſſimus exit.
Culta mihi pax eſt, pacis mihi cura tuendæ,
Coniugiiq; fuit: fratri fera bella placebant.
Illius uirtus gentes, regeſq; ſubegit:
Quæ nunc Thiſbeas agitat mutata columbas.
Nata erat huic Chione, quæ dotatiſſima forma
Mille procis placuit: bis ſeptem nubilis annis.
Forte reuertentes Phœbus, Maiaq; creatus:
Ille ſuis Delphis. hic uertice Cyllenæo
Videre hanc pariter, pariter traxere calorem.
Spem Veneris differt in tempore noctis Apollo:
Non fert ille moras, uirgaq; mouente ſoporem

Luciferi fuit filius, Halcyoneſq; maritus. ¶ Diſſimilis ſui. Nam præ ſe quandam hylaritatem antea ferre conſueuerat: quæ tunc in mœſtitiam fuerat conuerſa. ¶ Fratrem ademptum: Dædalionem in accipitrem commutatum. ¶ Velamenta: ramum oliuæ dicit: qui ab externis, qui pacē afferebant geſtabatur. Vnde Virgilius in octauo Aeneidos. Tū pr̄ Aeneas puppi ſic fatur ab alta: Paciferæq; manu ramū prætendit oliue. ¶ Sua crīa phoci: fratris cædem. ¶ Mētiturq; fugæ cauſam: falſam fugę cām refert. ¶ Mediæ plebis infimæ. ¶ Patent: parata ſunt. Hac autē oratione Ceyx ſe in omnes beniguiſſimum eſſe oſtēdit. ¶ Inhoſpita: in hoſpitalia. ¶ Huic ani. noſtro animo p ſe benigno ac liberali. ¶ Omne feres: habebis, accipies. ¶ Meliora: feliciora. ¶ Peleuſq;, comi. q; ro. ſic quidē corrupte legitur: neq; enim ratio carminis patitur, ut q; copula breuis producatur. Quare illa q; eraſa hanc copulam. &. in uerſus principio putaui reponendā. ¶ Quæ rapto uiuit: rapina. Accipitris autē eſt periphraſis. ¶ Qui uocat auroram: Luciferi periphraſis. Nam Lucifer & primus ſtellarum icipit, & ultimus lucere deſinit. ¶ Tuendæ: cōſeruādę. ¶ Tiſbeas columbas: thiſbe urbs eſt Bœotię a Thiſbe aſopi filia cognominata colūbis abundās: unde thiſbeus declinatur. Portus autē & nauale Thiſbeorū (ut ait Stephanus ex ſententia Epaphroditi) columbis plenum erat. ¶ Agitat: uexat, perſequitur: Accipitres namq; maxime colūbas iſeſtāt ¶ Nata erat huic Chione: ab eximio candore forſitā ſic fuit appellata Nam Chion nix interpretat. ¶ Maiaq; creatus: Mercurius. ¶ Hic uertice Cyllenæo: hic Mercurius a Cyllene arcadiæ monte: ubi Mercurius ipſe natus eſſe fingitur. ¶ Pariter traxere calorē. Vna ambo cœperunt amare. ¶ Mouente ſoporem: inducente ſomnum.

Raph.

¶ Iacet: in ſomnum reſoluitur. ¶ Prærepta gaudia: antea a mercurio rapta. ¶ Alipedis dei: Mercurii talaria alata in pedib⁹ geſtātis. Quod idcirco fingit, q̄a Mercurius uelociſſim⁹ eſt oium planetarum. ¶ Verſuta: aſtuta, callida: q̄ nigrum in cādida uertere ſciat. ¶ Cādida de ni. hoc de aſtutis, uerſutiſq; dici ſolet. ¶ Carmine uo. cātu ſonoro ac ſuaui. ¶ Progenitore tonāte: auo ioue q̄ Luciferi pater ē. ¶ Curuauit cornu: flexit arcū ex cornu confectū: eſt eni metonymia. ¶ Arundine: ſagitta ex arūdine & calamo facta. ¶ Verba tētata: q̄ Chione emittere conata eſt. ¶ Sequunt: linguā. ſubaudiamus. ¶ Quā miſer ego tunc: fui ſubaudiat. Cū quadam exclamatione aūt hæc efferūtur, ac ſi diceret: O quātū miſer ego tunc fui. ¶ O pietas: exclamatio affectui ſeruiens. ¶ Delamentat: ualde lamētat: ut deamare ualde amare dicimus. ¶ Spicula Crabronū: Crabro uolatile ē: ut ueſpa maxime iuuēcos infeſtās. ¶ Aliſq; pedes: iā enim in accipitrē uerti cœptus erat. ¶ Cupidine le. cupiditate mortis. ¶ Vertice Parnaſi poti. in uerticem: ac ſummitatem parnaſi aſcendit. ¶ Ab alto ſaxo: mōte. ¶ Subitis alis: ſubito natis. ¶ Ora adūca: roſtrū adūcū. ¶ Maiores corpore uires: maiores q̄ ut illi tā paruo corpori cōueniāt. ¶ Nulli ſatis æquus: rapto. n. uiuit accipiter. Sexdecim aūt accipitrū genera eē ſcribit Pli. quæ ſiquis noſſe cupit: inde petat. Illud ſciendū apud priſcos accipitres māſueſcere nō cōſueſſe: id quod facile cū ex aliis: quæ de accipitribus ſcribuntur. tū ex his Plinii uerbis colligi poteſt. In Thraciæ parte ſup amphipolim homies: atq; accipitres ſocietate quadam aucupani. Hic ex ſiluis & arūdinetis excitant aues, illi ſupuolātes deprimūt: rurſus captas aucupes diuidūt cū his. Traditū eſt miſſas in ſublime ibi excipere eos: & cū tempus ſit capturæ clāgore ac uolat⁹ genere inuitare ad occiſionem: Deniq; Plinius de māſuetis accipitrib⁹ ne unum q̄dem uerbū facit, nequaq̄ tacitur⁹ ſi tēpore ſuo i uſu fuiſſet. Fabulæ nonæ libri undecimi argumentū.

Lactā.

¶ Quæ dum Lucifero &c. Anetor paſtor armentorū: quē peleus ad Cayca pduxerat, idicat a lupo (cui obſiſti nequiret) cuſtodē interimi: q ut itellexit Samates Nereidis id ſibi accidere: quod phocus ea ætate aeaco genitus a ſe interiiſſet: & id pcibus qua ultione eſſet ſedandū: ſuppliciter ab ea petit: ne ultra proſequeretur admiſſum, quæ aliquando Thetis ſororis mota precibus ne amplius fera armēta petēs ſequiret: in ſaxi eā figurā uertit.

Raph.

¶ De conſorte ſuo: fratre ſuo Dædalione. Lupi autē qui pelei armenta lacerarat. Metamorphoſin in ſaxum ſubtexit poeta. ¶ Curſu feſtinus anhelo: Hypallage eſt Feſtino ſiquidē curſu illum anhelantē ueniſſe itelligim⁹. ¶ Phocæus Ane. a Phocide regione phocæus Phocaicuſq; declinat. ¶ Et Peleu, Peleu: cōduplicatio ſubitum malum nunciāti maxime conueniens. ¶ Trepidi oris: trepide nunciantis. ¶ Pēdet. ſollicitus eſt. ¶ Tantū reſpiceret: periphraſis meridiei. ¶ Campos latarū aquarū: æquor. ¶ Gradibus:

autolyc⁹

Virginis os tangit, tactu iacet illa potenti.
Vimq; Dei patitur. Nox cælum ſparſerat aſtris.
Phœbus anum ſimulat: præreptaq; gaudia ſumit.
Vt ſua maturus compleuit tempora uenter:
Alipedis de ſtirpe Dei uerſuta propago
Naſcitur Autolycus, furtum ingenioſus ad omne.
Qui facere aſſuerat patriæ non degener artis
Candida de nigris: & de candentibus atra.

Philemō

Naſcitur e phœbo (nanq; eſt enixa gemellos)
Carmine uocali clarus, citharaq; philemon.
Quid peperiſſe duos: & Diis placuiſſe duobus:
Et forti genitore, & progenitore Tonante
Eſſe ſatam prodeſt (an obeſt quoq; gloria multis?)
Obfuit huic certe: quæ ſe præferre Dianæ
Suſtinuit: faciemq; Deæ culpauit: at illi
Ira ferox mota eſt: factiſq; placebimus inquit.
Nec mora: curuauit cornu: neruoq; ſagittam
Impulit: & meritam traiecit arundine linguam.
Lingua iacet: nec uox, tentataq; uerba ſequuntur.
Conantemq; loqui, cum ſanguine uita reliquit.
Quam miſer (O pietas) ego tunc: patrioq; dolorem
Corde tuli, fratriq; pio ſolatia dixi.

Delamē tari

Quæ pater haud aliter q̄ cautes murmura ponti
Accipit: & natam delamētatur ademptam.
Vt uero ardentem uidit: quater impetus illi

Crabro

In medios fuit ire rogos: quater inde repulſos
Concita membra fugæ mandat: ſimiliſq; iuuenco

Dędaliō in auem

Spicula Crabronum preſſa ceruice gerenti.
Qua uia nulla ruit. iam tum mihi currere uiſus
Plus homine eſt: alaſq; pedes ſumpſiſſe putares.
Effugit ergo omnes: uelox q; cupidine leti
Vertice parnaſi potitur: miſeratus Apollo,
Cum ſe Dædalion ſaxo miſiſſet ab alto.
Fecit auem: & ſubitis pendentem ſuſtulit alis.
Oraq; adunca dedit: curuos dedit unguibus hamos:
Virtutem antiquam, maiores corpore uires.
Et nunc Accipiter, nulli ſatis æquus in omnes
Sæuit aues: aliiſq; dolens fit cauſa dolendi.
Quæ dum Lucifero genitus miracula narrat
De conſorte ſuo: curſu feſtinus anhelo
Aduolat armenti cuſtos Phocæus Anetor,
Et peleu, peleu, magnæ tibi nuncius adſum
Cladis ait: quodcunq; ferat, iubet edere Peleus.
Pendet & ipſe metu trepidi Thrachiuius oris.

accipiter

Ille refert: feſſos ad littora curua iuuencos
Appuleram: medio cum Sol altiſſimus orbe
Tantum reſpiceret: quantum ſupereſſe uideret:
Parſq; boum fuluis genua inclinarat harenis
Latarumq; iacens campos ſpectabat aquarum.



Raph.

¶ Gradibus: paſſibus. ¶ Templa mari ſubſūt: adſunt iuxta mare ſunt. ¶ Edidit: dixit. ¶ Huic luco ſubintelligat. ¶ Reſtagnantis: æſtuātis. Eleganter autem deſcribit locum luporum latebris accommodatū. ¶ Inde ex ea palude. ¶ Oblitus infectus. Eſt autem ſynegdoche. Rictus enim oblitos & ifectos habēs intelligitur. ¶ Fulmine⁹ inſtar fulminis omnia pſternēs. ¶ Funeſto morſu: mortali. ¶ Saucia: uulnerata. ¶ Leto data interfecta. ¶ Defenſamus: defendere conamus. ¶ Demugitæq; paludes: mugitu boum repletæ. eſt autem participium contra grammatices rationem formatum ¶ Remittit: permittit. ¶ Arma capeſſam⁹: anadiploſis pulchra exhortationi acccommodata. ¶ Agreſtis: paſtor. ¶ Admiſſi: commiſſi, & fraternæ cedis. ¶ Nereida colligit orbā: hoc eſt ratiocinatur Pſamathen nympham phoci matrē filio inferias mittere. ¶ Rex Oetæus: Cæyx rex Thraciæ: quæ conterminа eſt Oetæ mōti. A quibuſdam tamen ætheri⁹ legitur: hoc eſt ſydereus & ſplendidus. ¶ Excita. euocata ex intima ædium parte ac gynæceo. Significat autē Halcyonem de uiri ſalute quē uehementiſſime amabat: maxime ſollicitam eſſe. ¶ In una: nam Halcyones uitam a ceycis uita pependiſſe exitus fecit manifeſtū. Eo nanq; in mari ſubmerſo ipſa quoq; uitā dolore finiuit. ¶ Eacides illi: in quit uerbum, quod facile ſubaudiatur, fuit prætermiſſum. ¶ Plena eſt: perfecta atq; cumulata. ¶ Numē pelagi: pſamathe nympha marina. ¶ Ardua turris: alta. Turris autem a terrendis hoſtibus dicta uidetur. ¶ Feſſis loca grata carinis: illam nanq; nautæ aſpicientes in portū naues dirigebant: ſeq; terræ propinquos eſſe cognoſcebant. ¶ Inde: ab illa turri. ¶ In littora uerſus littora. ¶ Aperti ponti: maris late patētis ¶ Pſamathen: pſamate nympha fuit Nerei filia & phoci mater. ¶ Aeacidæ rogantis: pelei precātis: illi nanq; fuerat irata eoq; precibus illius nihil mouebatur. ¶ Sed enī irreuocatus ab acri Cæde lupus perſtat: ſed lupus ferox inquit imperterritus perſtat in acri cæde dulcedine ſanguinis allect⁹. ¶ Marmore mutauit: in marmor, Thetis autem ſubaudiatur. Locus uero ipſe quo lupus in ſaxum fuit tranſmutatus lycion fuit appellat⁹: ἀπὸ τοῦ λύκου: ideſt a lupo.

Turris

pſamathe

lycion

Pars gradibus tardis illuc errabat, & illuc.
Namq; alii celſoq; extant ſuper æquora collo.
Templa mari ſubſunt: nec marmore clara, nec auro:
Sed trabibus denſis, lucoq; umbroſa uetuſto.
Nereides, Nereuſq; tenent (hos nauita ponti
Edidit eſſe Deos. dum retia littore ſiccat)
Iuncta palus huic eſt denſis obſeſſa Salictis:
Quam reſtagnantis fecit maris unda paludem:
Inde fragore graui ſtrepitus, loca proxima terret
Bellua uaſta Lupus: ſiluiſq; paluſtribus exit.
Oblitus & ſpumis, & craſſo ſanguine rictus:
Fulmineus: rubra ſuffuſus lumina flamma.
Qui q̄q̄ ſæuit pariter rabieq; fameq;,
Acrior eſt rabie: neq; enim ieiunia curat
Cæde boum, diramq; famem finire, ſed omne
Vulnerat armentum: ſterniq; hoſtiliter omnes.

Demugitus

Pars quoq; de nobis funeſto ſaucia morſu:
Dum defenſamus, leto eſt data, ſanguine littus,
Vndaq; prima rubet: demugitæq; paludes.
Sed mora damnoſa eſt. nec res dubitare remittit.
Dum ſupereſt aliquid: cuncti coeamus ad arma:
Arma capeſſamus, coniunctaq; tela feramus.
Dixerat agreſtis: nec Pelea damna mouebat.
Sed memor admiſſi Nereida colligit orbam,
Damna ſuo inferias extincto mittere Phoco,
Induere arma uiros: uiolētaq; ſumere tela
Rex iubet Oetæus: cum quis ſimul ipſe parabat
Ire: ſed Halcyone coniunx excita tumultu
Proſilit: & nondum totos ornata capillos:
Diſſicit hos ipſos: colloq; infuſa mariti:
Mittat ut auxilium ſine ſe, uerbiſq; precatur,
Et lachrymis. animaſq; duas, ut ſeruet in una:
Aeacides illi: pulchros regina, pioſq;
Pone metus, plena eſt promiſſi gratia ueſtri.
Non placet arma mihi contra noua monſtra mouere
Numen adorandum pelagi eſt: erat ardua turris
Arce locus ſumma (feſſis loca grata carinis.)
Aſcendunt illuc: ſtratoſq; in littore tauros
Cum gemitu aſpiciunt: uaſtatoremq; cruento
Ore ferum, longos infectum ſanguine uillos.
Inde manus tendens in aperti littora ponti:
Cæruleam Peleus Pſamathen: ut finiat iram
Orat, opemq; ferat: nec uocibus illa rogātis
Flectitur Aeacidæ. Thetis hanc pro coniuge ſupplex
Accepit ueniam: ſed enim irreuocatus, ab acri
Cæde Lupus preſtat dulcedine ſanguinis aſper.
Donec inhærentem laceræ ceruice iuuencæ
Marmore mutauit. corpus, pariterq; colorem,
Omnia ſeruauit: lapidis color indicat illum
Iam non eſſe Lupum: iam non debere timeri.

Fabulæ decimæ libri undecimi argumentum.




Nec tamen hac profugum conſiſtere Pelea terra
Fata ſinunt. Magnetas adit uagus exul:& illic
Sumit ab Aemonio purgamina cædis Acaſto.
Interea,fratriſq; ſui,fratremq; ſecutis
Anxia prodigiis turbatus pectora Ceyx:
Conſulat ut ſacras(hominum oblectamina)ſortes
Ad Clarium parat ire Deum:nam templa profanus
Inuia cum Phlegyis faciebat Delphica phorbas.
Conſilii tamen ante ſui fidiſſima,certam
Te facit Halcyone.cui protinus intima frigus
Oſſa receperunt:buxoq; ſimillimus ora
Pallor obit:lachrymiſq; genæ maduere profuſis.
Ter conata loqui,ter fletibus ora rigauit.
Singultuq; pias interrumpente querelas:
Quæ mea culpa,tuam dixit chariſſime mentem
Vertit?ubi eſt,quæ cura mei prior eſſe ſolebat?
Iam potes Halcyone ſecurus abeſſe relicta.
Iam uia longa placet.iam ſum tibi charior abſens:
At puto per terras iter eſt.tantumq; dolebo,
Non etiam metuam,curæq; timore carebunt.
Aequora me terrent,& ponti triſtis imago:
Et laceras nuper tabulas in littore uidi.
Et ſæpe in tumulis ſine corpore nomina legi.

¶Nec tamen hac pfugum cōſiſtere,&c. Ceyx Luciferi filius,pdigiis agitatus Miletum ad oraculu; Apollinis quoniā Delphos Phorbas cum phlegyis infeſtabat:cō tendit:cōiugiq; Halcyone Aeoli filiæ tradenti pfectio nem ob deſyderiū,affirmauit intra alterū meſe; ſe reuerſurū:quod nō ut poſſet pſtare naufragio uitam amiſit. Cuius aduētū cū illa deſyderaret:nō reſpōdentem tēpore deſtinato:& in dies grauiſſimo luctu afficeret:miſericordia iunōis:quā ipſius pcib⁹ fatigabat:p gere ſomnus ei⁹ fili⁹ ad idū Morphea imitatorē figurarū miſſus eſt:cui⁹ frater a Diis Icon & hominibus Phetor appellatur:& qui in uarias figuras haberi ſolitus ē. Ite; Hipatheſus Thrachinā ad Halcyonē dimiſerat quę cōiugē cōperit interiiſſe. Excuſſo ergo ſopore lumē iferri iuſſit.agnitu; uero periiſſe.nouiſſime ad litt⁹ decurrit.ubi illū dimiſerat:& ut naufragi ex animę corp⁹ fluctuari proximo littore pſpexit in figurā uolucris Aeolis ceſſit:quę ab ei⁹ nomine uocat:in eandē ſpeciē corp⁹ Ceycis eſt uerſu;. Hę uolucres hyberno tēpore per ſepte; dies in mare nidū ponūt pulloſq; qui caſus ſuorū maiorum deplorent,in littore exponunt.

Raph. Magnetes ¶Magnetas adit: Magnetes ppli ſūt Theſſaliæ equoru; domitores clariſſimi:de qbus Lucanus in.vi. Et Magnetes eqs:Minyæ gēs cognita remis. Magneſia Magneſia uero ē regio theſſaliç. Eſt ēt magneſia urbs iuxta Mæandrū:& regio a Magnete dicta. Acaſtus ¶Ab aemo. Aca. Acaſt⁹ rex fuit theſſaliç Pelię fili⁹,ut ex Senecæ Medea colligit. Creteis Is uxorē duxit Creteidem,uel(ut qdā aiunt)Hippolytem:quę qdem Pelei amore capta eſt. Spreta autem illu; marito accuſauit:q ſe de ſtupro interpellaſſet. Quare acaſtus Peleum tanq ad uenationem in Pelion montem ex urbe eduxit:illicq; penitus inermem reliquit:ut a feris interimeretur: Sed Mercurius uel(ut quida; putāt)Chiron illi eſt opitulatus:dedit q; enſem a Vulcano fabricatū,quo & feras occurrētes interfecit:& in urbem reuerſus acaſti uxorē ipſum q; acaſtum ( ut quidam aiunt ) interemit. ¶Interea fratriſq; ſui. Ceyx Luciferi filius fratris caſu admodū ſollicitis ad Clarii oraculū conſulēdū ire cū uellet.diu ab Halcyōe uxore fuit remorat⁹. Cū uero illi pmiſiſſet ſe itra duos mēſes reuerſurū.abire pmiſſus ē. Sed i aegēo tēpeſtate dephēſus naufragiū fecit,nauiq; amiſſa una cū ſociis ſubmerſus,quē uxori pmiſerat reditū pſtare nō potuit. Vxor aūt cū quotidie pro mariti ſalute Diis oībus,iunoniq; in pmis uota ſolueret:opa illi⁹ p ſomnū admonita ē mariti i mari piſſe. Quare ex pgefacta ad littus ubi ſoluerat marit⁹ acceſſit.ac dū ifortuniū ſua q̄reret,cadauer i mari ſog⁹ aſpexit,qd cū mariti eē cognouiſſet,ad illud,q p undas exilire uellet in auē Halcyonē cōuerſa ad os mariti aduolauit q miſerauōe Deorū pia uxoris oſcula ſentiēs in eiuſdē generis auē ipe quoq; fui trāſfiguratus. Ceyx & Halcyone i aues Ab his āt auib⁹.xiiii.dies Halc.dicti,qb⁹ mare getū ē. Nā tēpore brumę nidificāt,ac dū & excludāt pullos & educāt mare omni tēpeſtate caret. ¶Anxia pectora turbatus:ſynegdoche poetica hoc eſt ſollicitū aīum & turbatum habēs. ¶Prodigiis:fratris ſui,cuius filia Dianę ſagitta ſubito fuerat iterfecta. ¶Fratreq; ſecutis:q i accipitrē fuerat omutatus. ¶Hominū oblectamina:mortaliū oblectamēta:ſi ifortuniorū remedia. ¶Ad Clariū Deū:ad oracula Clarii apollinis,q olī; i Lyda fuerit. Claros Nā claros urbs eſt Lycię apollinis oraculo clariſſima. ¶Nā tē.Del.tacitæ obiectiōi occurrit. ¶Profan⁹.Ph. Phorbas Phorbas Phlegyarum rex fuiſſe phibet,ac otra Delphos bellū ſuſcepiſſe.phlegyę aūt ppli fuerūt Theſſalię aduerſus Deos īpii,q tādem a Neptūo diluuio imiſſo fuerūt deleti. ¶Profan⁹:ſacrileg⁹,q nulla ſacro4 cura tagebat. profanus ¶Te facit certā:in ſoluta orōne certiorē dicere mus:eſt aūt apoſtrophe ad Halcyō eſt. Facere certum ¶Cui ptin⁹ intima frig⁹ Oſſa receperūt:ideſt quę ſtati; tremere cœpit. ¶Receperūt:cōceperūt,traxerūt. ¶Obit:occupat. ¶Rigauit:madefecit. Eleganter aūt effigit mores uxoris maritū efflictim deamatis. ¶Pias qrelas:a pio amore peruenietes lamētationes. ¶Vertit:uertit:cōmutauit. ¶Secur⁹:ſine ulla mei cura. ¶Triſtis imago:pōti aſpa facies maris. ¶In tumulis:ſepulchris. ¶Sine corpore:erant nāq; Cenotaphia,hoc eſt inania ſepulchra.

¶Hippotades



Neue tuum fallax animum fiducia tangat:
Quod ſocer Hippotades tibi ſit:qui carcere fortes
Contineat uentos,& cum uelit æquora placet:
Cum ſemel emiſſi tenuerunt æquora uenti,
Nil illis uetitum eſt:incommendataq; tellus
Omnis:& omne fretum eſt:cæli quoq; nubila uexant:
Excutiuntq; feris rutilos concurſibus ignes:
Quo magis hos noui(nam noui,& ſæpe paterna
Parua domo uidi)magis hos reor eſſe timendos.
Quod tua ſi flecti precibus ſententia nullis
Chare poteſt coniunx:nimiumq; es certus eundi:
Me quoq; tolle ſimul:certe iactabimur una.
Nec niſi quæ patiar,metuam:pariterq; feremus
Quicquid erit:pariter ſuper æquora lata feremur.
Talibus Aeolidis dictis,lachrymiſq; mouetur
Sydereus coniunx:neq; enim minor ignis in ipſo eſt.
Sed neq; propoſitos pelagi dimittere curſus:
Nec uult Halcyonen in partem adhibere pericli:
Multaq; reſpondit timidum ſolantia pectus.
Non tamen idcirco cauſam probat:addidit illis
Hoc quoq; lenimen(quo ſolo flexit amantem.)
Longa quidem eſt nobis omnis mora,ſed tibi iuro
Per patrios ignes(ſi me modo fata remittant:)
Ante reuerſurum,q̄ Luna bis impleat orbem.
His ubi promiſſis ſpes eſt admota recurſus:
Protinus eductam naualibus,æquore tingi.
Aptariq; ſuis pinum iubet armamentis:
Qua rurſus uiſa ueluti præſaga futuri
Horruit Halcyone.lachrymaſq; amiſit obortas:
Amplexuſq; dedit:triſtiſq; miſerrima tandem
Ore uale,dixit:collapſaq; corpore toto eſt.
At iuuenes,quærente moras Ceyce,reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos:
Aequaliq; ictu ſcindunt freta:ſuſtulit illa
Humentes oculos,ſtantemq; in puppe recurua
Concuſſaq; manu dantem ſibi ſigna maritum
Prima uidet:redditq; notas:ubi terra receſſit
Longius,atq; oculi nequeunt cognoſcere uultus:
Dum licet,inſequitur fugientem lumine pinum.
Hæc quoq; ut haud poterat ſpatio ſummota uideri
Vela tamen ſpectat ſummo fluitantia malo:
Vt nec uela uidet,uacuum petit anxia lectum:
Seq; toro ponit,renouat lectuſq; locuſq;
Halcyones lachrymas:& quæ pars admonet,abſit.
Portubus exierat,& mouerat aura rudentes:
Obuertit lateri pendentes nauita remos:
Cornuaq; in ſumma locat arbore:totaq; malo
Carbaſa deducit:uenienteſq; accipit auras.
Aut minus,aut certe medium non amplius æquor
Puppe ſecabatur:longeq; erat utraq; tellus.

Raph. Hippotades ¶Hippotades: Aeolus Hippotę Troiāi nepos filius nāq; fuit Iouis ex Segeſta Hippote filia. ¶Placet:mitiget. ¶Incommutata. Sic quidem legebatur:ſed nihil ſenſui conuenire uidetur. Incommēdata uero maxime quadrare,ut intelligamus neq; terram neq; mare uentus eſſe commendata,ſed uiolenter perturbari atq; uaſtari. ¶Excutiuntq; feris:ex concurſu nubium:ut ſerībunt phiſici fulmina generant. ¶Rutilos ignes:fulmia. ¶Aeolidis:Halcyōes aeoli filię. ¶Ignis:amor. ¶Propoſitos pelagi curſus: propoſitam ac deliberatam nauigatione;. ¶Non tamen idcirco cauſam probat hoc eſt nō tamē idcirco uxori perſuadet:ut ſe diſcedere permittat:neq; diſceſſum ſuū; ægre ferat ¶Per patrios ignes:per Luciferi ſplendorem. ¶Quam Luna bis impleat orbem:q duo tranſeant menſes. ¶Recurſus uelocis redit⁹. ¶Aequore tingi:in æquor deduci. ¶Pinum,nauē ex pino confectam. ¶Ve futuri præſaga:tanq præſentiens malum futurū. ¶Collapſa corpore tota eſt:ſemimortua in terram cecidit. ¶Quærente moras Ceyce:lachrymis.n.uxoris motus diſcedebat inuitus. ¶Ordinibus geminis:nā bireimis erat. Ad fortiora pectora:geſtum exprimit remigrantiu;. ¶Aequaliq; ictu:æquali percuſſione. Id enim exigit ars remigandi. ¶Vbi terra receſſit Longi⁹:hoc ex uulgari ſenſu dictum eſt:neq enim terra cum ſit immobilis,recedere poteſt guis abeunte naue refugere uideatur. ¶Dum licet:dum poteſt. ¶Fluitantia uela: ſemotantia. ¶Vacuum lectum: marito carētem. ¶Que pars abſit:nam optima pars lecti aberat marit⁹. ¶Portubus exierant:e portu egreſſi erāt. ¶Aura uentus. Rudentes ¶Rudentes funes ſunt nautici rudētes a ſtrepitu:quem uento agitati emittunt,dicti Rudere nanq;,( quod aſinorum eſt proprium ) uidētur. ¶Obuertit:cōuertit. ¶Lateri:in latus. ¶Cornua:antennarū. ¶In ſumma locat arbore:in ſummitate arboris collocat & ponit. Id aūt fieri ſolet,cum ſecundus flare cœperit uentus. ¶Carbaſa:uela. ¶Deducit:detrahit. ¶Malo:arbore nauis. ¶Vtraq; tellus:& a qua diſceſſerat & quā petebat ceyx.

Raph. ¶ Sub noctem: prope noctem. signum eſt autem maximæ tempeſtatis futuræ: cum undæ albeſcere uidẽtur. ¶ Præceps Eurus: uiolentus. ¶ Valentius: uehementius. ¶ Arduas cornua alta. ¶ Procellæ: uentorũ impetus. Eſt enim procella (ut Seruius tradit) uis uẽti cum pluuia. dicta. q omnia precellat. & concutiat. ¶ Fragor: ſtrepit⁹. ¶ Pars munire latus: ne aqua ingrediatur. ¶ Pars uentis uela negare: uela complicare. ¶ Egerit: eiicit. ¶ Aequor: aquam maris. ¶ Refundit: reiecit. ¶ Rapit: celeriter detrahit. ¶ Sine lege: ſine ordine. ¶ Ab omni parte: ab oriente & occidente, a ſeptẽtrione & meridie. ¶ Freta indignãtia: tumeſcentia. ¶ Miſcent: perturbant. ¶ Nec ſe quis ſit ſtatus ipſe fatetur Scire ratis rector: ordo eſt & ſenſus: Et ipſe rector & gubernator nauis, fatetur ſe neſcire quis. & qualis rerum ſtatus, aut quid iubere, uelle ue debeat. ¶ Tanta mali moles: magnitudo Eſt autem acclamatio. qua tempeſtatis ſæuitia declaratur. ¶ Quippe ſonant: nanq; ſtrepunt. Ea uero omnia deſcribit elegantiſſime. quæ in magnis tempeſtatibus euenire ſolent. ¶ Incurſu: impulſu. ¶ Erigitur: extollitur. ¶ Aſpergine: aſperſione. ¶ Concolor eſt illis: eundem cum ipſis harenis habet colorẽ ¶ Sternitur interdum: ſtratum uidetur & æquale. ¶ Agitur: agitatur. ¶ His uicibus: mutationibus.

Elegans tẽpeſtatis deſcriptio

Procella

Rudẽs

Deſpicere ¶ Deſpicere: deorſum aſpicere, interdum contemnere ſignificat. ¶ Imum Acheronta: infernum. Eſt. n. Acheron unus ex inferni fluuiis. ¶ Suſcipere: ſurſũ aſpicere. Aliquando mirari ſignificat. ¶ Icta latus: in latere percuſſa. ſynecdoche eſt poetica. ¶ Pulſata: percuſſa. ¶ Ferre⁹ aries: inſtrumentum eſt belli cum aries: quo priſci ad diruendos muros utebant.

Suſpicere

Aries

Balliſta ¶ Baliſtaue: baliſta quoq; inſtrumentum eſt belli cum quo ſaxa longe emittuntur. ¶ Incurſu: impetu. ¶ Protẽta: porrecta. ¶ In arma ratis: in nauis inſtrumenta: armamẽta. ¶ Multoq;: multo q nauis erant altiores. ¶ Ceræ: picis, qua naues integuntur. ¶ Letalibus undis: mortiferis aquis. ¶ Scandere: aſcendere. ¶ Caret ignibus æther: ſyderib⁹ ęther carere uidebat: quia nulla apparebant. ¶ Cæcaq; nox: obſcura. ¶ Diſcutiunt: depellũt. ¶ Ardeſcũt: ſplẽdeſcũt. ¶ Intra caua texta: intra concauitatem carinę. ¶ Omni numero: omni multitudine. ¶ Mœnib⁹: in muros. ¶ Spe potitur tandem: hoc eſt tandẽ uoti fit compos, in murumq; aſcendit. ¶ Decimę undę maximæ atq; uaſtiſſimæ. Nam decima quęq; unda maxima eſſe uidet: ut Ouidi. in primo de Triſtibus libro teſtatur, cum inquit. Qui uenit hinc fluctus: fluctus peremin&et oẽs: Poſterior nono eſt undecimoq; prior. Hinc factum eſt ut decimum, decumanumq; p maximo ampliſſimoq; accipiatur. ut decumana porta in caſtris maxima, ut quæ ab hoſtibus foret auerſa: et decumana ſcuta: ampliſſima: & decuman⁹ in agro limes: qui longiſſimus & maximus foret.

Decima unda

Decumanus

Cum mare ſub noctem tumidis albeſcere cœpit
Fluctibus: & præceps ſpirare ualentius Eurus,
Ardua iam dudum demittere cornua rector
Clamat: & antennis totum ſubnectite uelum.
Hic iubet: impediunt aduerſæ iuſſa procellæ,
Nec ſinit audiri uocem fragor æquoris ullam:
Sponte tamen properat: alii ſubducere remos,
Pars munire latus, pars uentis uela negare.
Egerit hic fluctus, æquorq; refundit in æquor.
Hic rapit antennas: quæ dum ſine lege geruntur,
Aſpera creſcit hyems. omniq; a parte feroces
Bella gerunt uenti: fretaq; indignantia miſcent.
Ipſe pauet, nec ſe quis ſit ſtatus, ipſe fatetur
Scire ratis rector: nec quid iubeat ue, uelit ue.
Tanta mali moles, tantoq; potentior arte eſt.
Quippe ſonant clamore uiri ſtridore rudentes,
Vndarum incurſu grauis unda: tonitribus æther.
Fluctibus erigitur cælumq; æquare uidetur
Pontus. & inductas aſpergine tangere nubes.
Et modo cum fuluas ex imo uertit harenas:
Concolor eſt illis. Stigia modo nigrior unda:
Sternitur interdum: ſpumiſq; ſonantibus albet.
Ipſa quoq; his agitur uicibus Trachinia puppis,
Et nunc ſublimis ueluti de uertice montis
Deſpicere in ualles: imumq; Acheronta uidetur.
Nunc ubi demiſſam curuum circumſtetit æquor,
Suſcipere inferno ſummum de gurgite cælum.
Sæpe dat ingentem fluctu latus icta fragorem,
Nec leuius pulſata ſonat q ferreus olim
Cum laceras aries, baliſtaue concutit arces.
Vtq; ſolent ſumptis incurſu uiribus ire
Pectore, in arma feri. protentaq; tela leones:
Sic ubi ſe uentis commiſerat unda coortis,
Ibat in arma ratis: multoq; erat altior illis,
Iamq; labant cunei: ſpoliataq; tegmine ceræ,
Rima patet: præbetq; uiam letalibus undis.
Ecce cadunt largi reſolutis nubibus imbres.
Inq; fretum credas totum deſcendere cælum,
Inq; plagas cæli tumefactum ſcandere pontum;
Vela madent nimbis. & cum cæleſtibus undis
Aequoreæ miſcentur aquæ: caret ignibus æther,
Cæcaq; nox premitur tenebris hyemiſq;, ſuiſq;.
Diſcutiunt tamen has, præbentq; micantia lumen
Fulmina: fulmineis ardeſcunt ignibus unde.
Dat quoq; iam ſaltus intra caua texta carinæ
Fluctus: & ut miles numero præſtantior omni
Cum ſæpe aſſiluit defenſæ mœnibus urbis,
Spe potitur tandem: laudiſq; accenſus amore
Inter mille uiros. murum tamen occupat unus
Sic ubi pulſarunt celſi latera ardua fluctus.

¶ Vaſtius



Raph. ¶ Vaſti⁹: ualid⁹. ¶ Abſidit: deſiſtit. ¶ Velut in mœnia: ſimilitudo eſt a captis urbibus ſumpta: Significat autem fluct⁹ partem intra nauem irrupiſſe. ¶ Pinum: nauem. ¶ Trepidant: timent. ¶ Haud ſegnius: nõ minus. ¶ Pulchra autem ſimilitudine exprimit timorem nautarum a tempeſtate deprehenſorum. ¶ Tenẽtibus: defendẽtibus. ¶ Deficit ars: tempeſtati ars ſuccumbit. ¶ Irrumpere: cum impetu intrare. ¶ Non tenet hic lachrymas: alius inquit lachrymat: alius ſtupet; attonituſq; uidetur. ¶ Funera quos maneãt qui exequiarum honore non priuẽtur. ¶ Hic uotis numen adorat: alius inquit Diis uota facit. ¶ Subeunt illi: in mentem ueniunt. ¶ Cum pignoribus: cum liberis. ¶ Tanta uertigine: euerſione, perturbatione. eſt autẽ acclamatio qua maxima tempeſtas declaratur. ¶ Piceis e nubibus: nigris, aqua plenis. ¶ Incurſu: impetu. ¶ Turbinis: uenti uiolentioris. ¶ Regimen: gubernaculum. ¶ Superſtes: ſuperans, ſuperextans. ¶ Sinuata: in ſinum coacta, conuoluta. ¶ Quam ſi quis Athon, Pindumue: montes eſſe Macedonię Athon, & Pindum Theſſaliæ ſuperius diximus. ¶ Præcipitata: impulſa uentis. ¶ Et ictu: impulſu. ¶ In ima: in profundum. ¶ Functa ſuo fato mortua eſt. Ex ſententia autem ſtoicorum hoc ait qui omnia fato fieri putant. ¶ Et membra. fruſta abrupta. ¶ Socerum Aeolum. ¶ Patremq;: luciferũ. ¶ Exanimis: mortuus. ¶ Tumuletur: ſepeliatur. ¶ Hiſcere: os aperire. ¶ Ecce ſup medios: repentini mali fere ſignificatiua eſt hęc particula. ecce. ¶ Niger arc⁹ nubes nigra & aquarum plena arcui ſimilis. ¶ Merſum obruit: hoc eſt obruit & ſubmerſit. ¶ Non licuit: non potuit Neq; enim ſydera per noctem cælum relinquere poſſunt: ac interdiu quidem, q̃uis uideantur. ¶ Texit, cooperuit, ne uideret filium pereuntẽ ¶ Aeolis: Halciõe Aeoli filia. ¶ Feſtinat ueſtes feſtinanter ſuit & facit. ¶ Pia thura ferebat: pie ſacrificabat. ¶ Qui nullus erat: qui non erat. neque enim mortui eſſe dicuntur.

Hecube

Irrumpere

Stoicorum dogma

Ecce

Vaſtius inſurgens Decimæ ruit impetus undæ
Nec prius abſiſtit feſſam oppugnare carinam,
Quam uelut in captæ deſcendat mœnia nauis
Pars igitur tentabat adhuc inuadere pinum,
Pars maris intus erat trepidant haud ſegnius omnes:
Quam ſolet urbs, aliis murum fodientibus extra:
Atq; aliis murum trepidare tenentibus intus.
Deficit ars, animiq; cadunt: totidemq; uidentur
Quot ueniunt fluctus: ruere, atq; irrumpere mortes.
Non tenet hic lachrymas, ſtupet hic, uocat ille beatos
Funera, quos maneat: hic uotis numen adorat:
Brachiaq; ad cælum (q non uidet) irrita tollens
Poſcit opem: ſubeunt illi, fraterq;, parenſq;.
Huic cum pignoribus domus: & q cuiq; relictum eſt.
Halcyone Ceyca mouet. Ceycis in ore
Nulla niſi Halcyone eſt: & cum deſyderet unam:
Gaudet abeſſe tamen: patriæ quoq; uellet ad oras
Reſpicere: inq; domum ſupremos uertere uultus.
Verum ubi ſit neſcit. tanta uertigine pontus
Feruet: & inducta piceis e nubibus umbra
Omne latet cælum, duplicataq; noctis imago eſt:
Frangitur incurſu nimboſi turbinis arbor.
Frangitur & regimen: ſpoliiſq; animoſa ſuperſtes
Vnda uelut uictrix: ſinuataq; deſpicit undas.
Nec leuius, q ſi quis Athon, Pindumq; reuulſos
Sede ſua, totos in apertum euerteret æquor:
Præcipitata cadit: pariterq; & pondere, & ictu,
Mergit in ima ratem: cum qua pars magna uirorum
Gurgite preſſa graui: neq; in aera reddita, fato
Functa ſuo eſt: alii partes, & membra carinæ
Trunca tenent: tenet ipſe manu, qua ſceptra ſolebat
Fragmina nauigii Ceyx, ſocerumq;, patremq;
Inuocat (Heu) fruſtra: ſed plurima nantis in ore
Halcyone coniunx. illam meminitq;, refertq;
Illius ante oculos, ut agant ſua corpora fluctus,
Optat: & exanimis manibus tumuletur amicis.
Dum natat: abſentem, quoties ſinit hiſcere fluctus:
Nominat Halcyonen: ipſiſq; immurmurat undis,
Ecce ſuper medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur: & rupta merſum caput obruit unda.
Lucifer obſcurus, nec quem cognoſcere poſſes:
Illa nocte fuit: quoniamq; excedere cælo
Non licuit: denſis texit ſua nubibus ora.
Aeolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes: & iam quas induat ille,
Feſtinat ueſtes. iam quas ubi uenerit ille:
Ipſa gerat, redituſq; ſibi promittit inanes.
Omnibus illa quidem ſuperis pia thura ferebat.
Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat.
Proq; uiro (qui nullus erat) ueniebat ad aras

Vtq; foret ſoſpes coniunx ſuus:utq; rediret
Optabat:nullamq; ſibi præferret:at illi
Hoc de tot uotis poterat contingere ſolum.
At Dea non ultra pro functo morte rogari
Suſtinet:utq; manus funeſtas arceat aris,
Iri meæ dixit fidiſſima nuncia uocis
Viſe ſoporiferam Somni uelociter aulam.
Extinctiq; iube Ceycis imagine mittat
Somnia ad Halcyone ueros narrantia caſus:
Dixerat:induitur uelamina mille colorum
Iris:& arquato cælum curuamine ſignans
Tecta petit iuſſi ſub nube latentia regis.
Eſt prope Cimerios longo ſpelunca receſſu
Mons cauus:ignaui domus:& penetralia Somni:
Quo nunq̃ radiis oriens,mediuſue,cadenſue,
Phœbus adire poteſt:nebulæ caligine mixtæ:
Exhalantur humo,dubiæ crepuſcula lucis.
Non uigil Ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat Auroram:nec uoce ſilentia rumpũt:
Solicitiue Canes.Canibuſue ſagacior Anſer:
Non fera,non pecudes,non moti flamine rami,
Humanæ ue ſonum reddunt conuitia linguæ.
Tuta quies habitat:ſaxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ Lethes:per quẽ cũ murmure labens
Inuitat ſomnos crepitantibus unda lapillis:
Ante fores antri fœcunda papauera florent:
Innumeræ herbæ:quarum de lacte,ſoporem
Nox legit:& ſpargit per opacas humida terras.
Ianua ne uerſo ſtridorem cardine reddat:
Nulla domo tota,cuſtos in limine nullus.
In medio torus eſt Hebeno ſublimis in antro
Plumeus,unicolor,pullo uelamine tectus:
Quo cubat ipſe Deus membris languore ſolutis
Hunc circa paſſim uarias imitantia formas
Somnia uana iacent,totidem quot miſſis ariſtas:
Silua gerit frondes:eiectat littus harenas
Quo ſimul intrauit.manibuſq; obſtantia,uirgo
Somnia dimouit,ueſtis fulgore reluxit
Sacra domus:tardaq; Deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens,iterumq;,iterumq; relabens:
Summaq; percutiẽs nutanti pectora mento:
Excuſſet tandem ſibi ſe:cubitoq; leuatus
Quid ueniat(cognouit,enim)ſcitatur:at illa.
Somne quies rerum,placidiſſime Somne Deorum,
Pax animi,quem cura fugit,qui corpora duris
Feſſa miniſteriis mulces,reparaſq; labori:
Somnia,quæ ueras æquant imitamine formas,
Herculeam Trachina iube ſub imagine regis,
Halcyonen adeant:ſimulachraq; naufraga fingant
Imperat hoc Iuno:poſtq̃ mandata peregit:

Raph.

¶ Hoc ſolum:ut nullam aliam ipſi preferret. ¶ Manus funeſtas:funere & morte mariti pollutas. ¶ Meæ uocis:meorum uerborum & mandatorum. ¶ Viſe:ad uidendum uade. ¶ Deſcribit autem & ſomnum Deum,& ſomni aulam. ¶ Soporiferam aulam:ſoporem:& ſomnum afferentem,atq; inducentem. ¶ Somni:Dei ſoporis. ¶ Arquato:in arcus ſimilitudinem figurato. ¶ Eſt prope Cimerios:Cimerii (ut Strabo atq; ſexus ſcribunt) populi fuerunt iuxta Baias habitãtes ſubterranea domicilia ubi ſacra Plutonia fiebant. Dabanturq; ab his reſponſa:atq; inde faciebant quæſtũ. Conueniebant.n.aduenæ aliquid audituri,qui ducebantur in cauernas illas:quas nec oriens, nec occidẽs Sol aſpiciebat:ut ſcribit in Odiſſea Homerus. Hi a quodam rege deleti fuerunt,cum oraculi fides parum ſucceſſiſſet. Alii ſcribunt Cimerios populos eſſe in Aſia amazonibus proximos,qui ex ultimo uenerint occidente. iuxta Cimerios,Somni aulam eſſe fingit poeta,quam ut omnia,una cum ſomno & inſomniis elegãtiſſime deſcribit. ¶ Ignaui:iertis,pigri.ab effectu q; ignauos & pigros homines reddat ¶ Quo nũq̃:pulchra poetæ phantaſia. Solis.n.radii ſomnum auertunt:tenebræ autem alliciunt. ¶ Exhalantur:emittunt. ¶ Dubiæ lucis:crepuſculi eſt interpretatio. Nam crepuſculum eſt dubia lux. ¶ Ales criſtatioris:piphraſis eſt Galli. Nihil autem in aula Somni eſſe poeta ait quo turbari ſomnus poſſit. Omnia uero adeſſe q̃ ſomnum ipſum allicere ualeant. ¶ Vnde labẽs:murmure ſiquidem aquæ ſomni efficiunt ſuaues. ¶ Canibuſq; ſagacior anſer:id maxime tum fuit compertum,quo tempore Capitolium a Gallis obſidebatur. Canibus enim quieſcẽtibus anſerum clãgore excitati cuſtodes Gallos iam Capitolium ingreſſos:ex arce deturbarunt. ¶ Lethes nomen illi aquæ conueniens. Lethe nanq; obliuio interpretatur. Dormiẽtes autem omnium obliti uidentur. ¶ Fœcũda papauera:multorum ſeminum fertilia, quæ ſomnum maxime inducunt:unde & ſoporiferum papauer uocatur. ¶ Stridorem reddat:ſtrepitum faciat. ¶ Hebeno:ex hebeni nigro ligno confectus. Hebenus autem arbor eſt indica,cuius lignum natura eſt nigrum. Scite uero poeta ſomni lectum nigrum eſſe fingit:pullus nanq; color ſomnum hominibus allicit. ¶ Vix oculos tollẽs:eleganter geſtus deſcribit poeta eorũ:qui graui ſomno premuntur. Eſt autem proſopopœia:rei enim corpore carenti corpus attribuit. ¶ Cognouit enim:illam ueniſſe ſubaudiamus eſt autem parentheſis. ¶ Cubitoq; leua.innixus:neq; enim aliter caput poterat ſuſtinere Somnus. ¶ Scitatur:rogat. ¶ At illa:reſpõdit uel ſimile uerbum eſt ſubaudiendum. ¶ Somne quies rerum:elegans ſomni deſcriptio. ¶ Quem cura fugit:ſcite, qui enim curis premũtur, dormire non poſſunt. ¶ Mulces:foues. ¶ Labori:ad laborem. ¶ Herculeam Trachina:ab Hercule edificatam:excultam q; ut pauloante diximus. ¶ Regis:Ceycis. ¶ Simulachra naufraga:ſimulachra naufragii a Ceyce facti. ¶ Fingant effingant, exprimant.

Cimerii Somni domus

Hebenus

Crepuſculum

Somni deſcriptio

¶ Vim



Iris abit(neq; enim ulterius tolerare ſoporis
Vim poterat)labiq; ut ſomnum ſenſit in artus:
Effugit:& remeat.per quos modo uenerãt arcus:
At pater e populo natorum mille ſuorum
Excitat artificem:ſimulatoremq; figuræ
Morphea:non illo iuſſos ſolertius alter
Exprimit inceſſus:uultumq;,ſonumq; loquendi.
Addiicit & ueſtes,& cõſuetiſſima quæq;
Verba:ſed hic ſolus homines imitatur.at alter
Fit fera,fit uolucris.fit longo corpore ſerpẽs.
Hunc Icelon Superi:mortale Phobetor uulgus
Nominat:eſt etiam diuerſæ tertius artis
Phantaſos:ille in humũ,ſaxumq;,undãq;,trabẽq;,
Quæq; uacant anima,fallaciter omnia trãſit.
Regibus hi,ducibuſq;,ſuos oſtendere uultus
Nocte ſolent:populos alii,plebemq; pererrãt.
Præterit hos ſenior,cunctiſq; e fratribus,unum
Morphea,q peragat Thaumantidos edita:Somnus
Eligit:& rurſus molli languore ſolutus,
Depoſuitq; caput,ſtratoq; recondidit alto:
Ille uolat,nullos ſtrepitus faciẽtibus alis
Per tenebras:intraq; moræ breue tempus,in orbẽ
Peruenit Aemoniam:poſitiſq; e corpore pẽnis
In faciem Ceycis abit:ſumptaq; figura
Luridus,exanimi ſimilis,ſine ueſtibus ullis
Coniugis ante torum miſeræ ſtetit:uda uidetur
Barba uiri:madidiſq; grauis fluere unda capillis:
Tum lecto incumbens,fletu ſuper ora profuſo
Hæc ait:agnoſcis Ceyca miſerrima coniunx:
An mea mutata eſt facies nece:reſpice,noſces:
Inueniesq; tuo pro coniuge coniugis umbram.
Nil opis Halcyone nobis tua uota tulerunt.
Occidimus:falſo tibi me promittere noli.
Nubilus Aegæo deprendit in equore nauem,
Auſter:& ingenti iactatam flamine ſoluit.
Oraq; noſtra tuum fruſtra clamantia nomen
Implerunt fluctus:non hæc tibi nunciat auctor
Ambiguus,non iſta uagis rumoribus audis.
Ipſe ego fata tibi præſens mea naufragus edo.
Surge,age:da lachrymas:lugubriaq; indue:nec me
Indeploratum ſub inania Tartara mitte.
Adiicit his uocem Morpheus:quam coniugis illa
Crederet eſſe ſui:fletus quoq; fundere ueros
Viſus erat:geſtumq; manus Ceycis habebat.
Ingemit Halcyone,lachrymas mouet:atq; lacertos
Per ſomnum,corpuſq; petens,amplectitur auras,
Exclamatq;,mane,quo te rapis:ibimus una,
Voce ſua,ſpecieq; uiri turbata,ſoporem
Excutit:& primo ſi ſit,circunſpicit illic:
Qui modo uiſus erat(nam moti uoce miniſtri,

Raph.

¶ Vim ſopo<sup></sup>ris:ſomni uiolentiam. ¶ At pater e populo:Somno Deo multos cẽ filios poeta fingit:e quibus tres nominat:quibus facultas eſt ſe in uarias figuras trãſmutandi. ¶ E populo:e turba & multitudine. ¶ Mille:finitum numerum pro infinito poſuit. ¶ Simulatoremq; figuræ Morphea:Morpheus ἀπὸ τῆς μορφῆς:hoc eſt a forma dicitur formæ ſimulator. ¶ Hunc Icelon ſuperi Icelos ſimilis transfertur, quo quidem nomine is eleganter appellatur:qui ſe omnibus animalibus ſimilem exhibere poteſt. Icelon autem per L ſcribendum eſt quamuis Iccõ nullus grammaticorum hactenus legerit. ¶ Mortale Phobetora uulgus. Phobetor terrefactor interpretari poteſt. Sic autem eſt legendum:quamuis corrupte Phebetora I exemplaribus legatur. ¶ Eſt etiam diuerſæ tertius artis Panthaſos:Latini quidem ſic legunt,ſed minus recte: cum id nomen a græcis nõ agnoſcatur:Phantaſos autem qui imaginator transferri poteſt,forſitã ab Ouidio fuit ſcriptus. φαντάζομαι nanq;:unde Phantaſos deriuatur,imaginari ſignificat. Eleganter autem hoc nomine donatur:qui hanc hominibus immittit imaginationem:ut ſibi per ſomnum uideantur uidere undam:ſaxum:trabem aliud ue quid inanimatorum. ¶ Vacant:carent. ¶ Thaumantidos edita:iridis iuſſa Thaumantis filiæ. ¶ Somnus:ſomni Deus. ¶ Molli langore ſuaui ſopore. ¶ Strato lecto. ¶ In urbem Aemoniam:Trachina. ¶ In faciẽ ceycis abit:in figuram Ceycis ſe conuertit. ¶ Luridus:niger. ¶ Vda:humida. ¶ Tua uota:tuæ præces. ¶ Falſo:naue. ¶ Aegæo in æquore:Aegeum dictũ eſt ab inſula quam Aegas uocat Homerus Neptuno dicata:in qua nemini fas eſt dormire propter phantaſmata:ut inquit Nicocrates. Alii dicunt a Neptuno Aegæus pelagus fuiſſe denominatum. Vt enim pherecydes ait. Is Deus aegeus uocatur. Quod uero nicocrates ait ab Aegeo,qui ſe in ſe illud mare ex arce Athenarum præcipitauit, Aegæum eẽ dictum:falſum eſt. Longe nanq; a mari diſtat. Aegæum quidam nunc a uulgo archipelagus uocatur. ¶ Soluit:diſſoluit,reſoluit. ¶ Ambiguus dubius. ¶ Vagis:incertis. ¶ Mea fata:meã mortem mea infortunia. ¶ Lugubria:ueſtes luctui conuenientes. ¶ Inania tartara:uacua,neq; enim animæ, ut quæ ſunt incorporeæ occupant locum. Tartarus autem locus eſt apud inferos profundiſſimus. ¶ Lachrymas mouet:lachrymas emittit. ¶ Mane:expecta. ¶ Quo te rapis:quo fugis. ¶ Excutit:expellit. ¶ Si ſit illic:an ſit illic,ubi uiſus fuerat maritus ¶ Nam moti uoce miniſtri hac parẽtheſi exponit poeta:quo modo Halcyone circumſpexerit:an illic eẽt maritus quem per ſomnũ uidere ſibi fuerat uiſa.

Morpheus

Phobetor

Phantaſos

Morpheus in Ceycẽ

aegæũ

Tartarus

Raph. ¶ Altrici nutrici. ¶ Nulla eſt Halcyone, nulla ē: conduplicatio mulieri grauiſſimo dolore affectæ maxime coueniens. Ait autem ſe non eſſe: uerum una cum marito periſſe. ¶ Solantia tollite uerba auferte inquit uerba cōſolatoria:& nolite me conſolari. ¶ Aſſuetos uultus ſolitos, hoc eſt hylares & lætos. ¶ Nitebat: ſplendebat. ¶ Humente: madido. ¶ Et ne me fugeres: apoſtrophe halcyōes ad maritum querelarum plena ¶ Fuit ah fuit: anadiploſis dolenti accommodata. ¶ Neq; enim de uitæ tempore quicquam non ſimul egiſſe;: hoc eſt omne tempus uitæ meæ tecum traduxiſſem, tecum q; fuiſſem. ¶ Diſcreta: ſeparata. diuiſa. ¶ Nūc abſens perii: ſecū Ceyce, uiro periſſe ait halcyone, quamuis abſens fuerit, q; ſuā quoq; animā in Ceycis corpore fuiſſe uult uideri. ¶ Abſens: corpore non animo. ¶ Ducere: producere. ¶ Supereſſe: ſuperuiuere. ¶ Nunc ſaltem: poſtquam tu periiſti. ¶ Litera: epithaphium. ¶ Prohibet: loqui ſubaudiamus. ¶ Attonito: doloribus ſtupefacto. ¶ Mane erat: prima pars diei aderat. ¶ Euntem: recedentem maritū. ¶ Dūque moratur ibi: ordo ē & ſenſus:& Halcione uidet neſcio quod corpus longe poſitum in media aqua: dumq; Halcyone ibi moratur, & dum dixit: Vir meus hinc ſoluit retinacula, & diſcedens ex hoc littore me oſculatus eſt:& dum reminiſcitur acta a Ceyce: ſuis oculis animaduerſa: & mare proſpicit. ¶ Retinacula: funes: quibus naues ad terram ligantur ac retinentur. ¶ Soluit: Ceyx ſubaudiatur. ¶ Reminiſcitur: in memoriā reuocat Halcyone. ¶ Tuetur: aſpicit. ¶ Appulit: ad littus ſubintelligatur. ¶ Corpus: cadauer. ¶ Et ſi qua eſt coniunx: heu & miſera ſubaudiat. ¶ Quo magis: quāto magis. ¶ Tuetur: aſpicit ¶ Hoc min⁹: tanto minus eſt compos mentis. ¶ Admotum: appulſum. ¶ Et una: & ſimul cū exclamatione. ¶ Ad Ceyca: ad ceycis cadauer. ¶ Moles: murus maximus: quo port⁹ ab undarum incurſu tutus reddebatur. Moles

Intulerant lumen poſtq̄ non inuenit uſq̄:
Percutit ora manu laniatq; a pectore ueſtes.
Pectoraq; ipſa ferit nec crines ſoluere curans
Scindit:& altrici, quæ luctus cauſa. roganti,
Nulle eſt Halcyone, nulla eſt ait, occidit una
Cum Ceyce ſuo: ſolantia tollite uerba
Naufragus interiit, uidi, agnouiq; manuſq;,
Et diſcedentem cupiens retinere, tenenti
Vmbra fuit. ſed & umbra tamē manifeſta: uiriq;
Vera mei: non illa quidem(ſi quæris)habebat
Aſſuetos uultus: nec quo prius ore nitebat
Pallentem, nudumq;,& adhuc humente capillo
Infelix uidi: ſtetit hoc meſerabilis ipſo
Ecce loco:& quærit ueſtigia ſi qua ſuperſint.
Hoc erat, hoc animo quod diuinante timebam:
Et ne me fugiens uentos ſequerere, rogabam.
At certe uellem: quoniam periturus abibas:
Me quoq; duxiſſes: fuit ah, fuit utile, tecum
Ire mihi: neq; enim de uitæ tempore quicq̄
Non ſimul egiſſem, nec mors diſcreta fuiſſet.
Nūc abſens perii, iactor quoq; fluctibus abſens.
Et ſine, te pontus habet: crudelior ipſo
Sit mihi mens pelago, ſi uitam ducere nitar
Longius:& tanto pugnem ſupereſſe dolori.
Sed neq; pugnabo: nec te miſerande relinquam,
Et tibi nunc ſaltem ueniā comes: inq; ſepulchro
Si non urna, tamen iunget nos littera: ſi non
Oſſibus oſſa meis, at nomen nomine tangam:
Plura dolor prohibet: uerboq; interuenit omni
Plangor:& attonito gemitus a corde trahuntur.
Mane erat, egreditur tectis ad littus:& illum
Mœſta locum repetit: de quo ſpectarat euntem:
Dumq; moratur ibi: dūq; hinc retinacula ſoluit:
Hoc mihi diſcedens dedit oſcula littore dixit.
Dumq; notata oculis reminiſcitur acta: fretūq;
Proſpicit: in liquida ſpacio diſtante tuetur
Neſcio quid quaſi corp⁹, aqua: primoq; q̄d illud
Eſſet, erat dubium: poſtq̄ paulum appulit unda:
Et q̄uis aberat: corpus tamen eſſe liquebat.
Quis foret ignorās. q̄a naufrag⁹ omine mota ē:
Et tāq̄ ignoto lachrymas daret: heu miſer, inq̄t,
Quiſquis es:& ſi qua eſt cōiunx tibi fluctib⁹ actū
Fit propius corpus: quod magis illa tuetur:
Hoc minus & minus eſt mētis iā. iamq; p̄piquæ:
Admotum terræ: iam quod cognoſcere poſſet:
Cernit: erat coniunx: ille eſt exclamat:& una
Ora comas, ueſtem lacerat tendenſq; trementes
Ad Ceyca manus: ſic o chariſſime coniunx:
Sic ad me miſerande redis: ait. adiacet undis
Facta manu moles, quæ primas æquoris undas



Raph. ¶ Quæ prędelaſſat: laſſos ac debiles reddit anteq̄ in portum perueniant. ¶ Inſilit huc: illuc in illam molem manu factam. ¶ Potuiſſe: inſilire. ¶ Violabat: iam enī in auē fuerat conuerſa. ¶ Stringebat: radebat, leuiter attingebat, ¶ Dilectos artus: amata Ceycis membra: ¶ Tollere: extollere. ¶ Alite: ī alites. ¶ Obnoxi⁹: ſubiectus, debit⁹. ¶ Perq; dies placidos: halcyōes (ut refert Pli.) fœtificāt bruma, q̄ dies Halcyonides uocātur, placido mari p eos & nauigabili: Siculo maxime. Faciunt aūt ſeptē ante brumā diebus nidos:& totidē ſequētibus pariūt. Quib⁹ q̄dē quatuordecim diebus maxime trāquillatur mare. Vnde & Halcedonia p trāquillitate a Plauto ī Caſſina accipiūtur, cū inq̄t. Tranq̄llū eſt: halcedonia ſunt circa forū. Nam (ut ſcribit Sextus) Halcedones a ueteribus latinis dictę ſunt q̄ a græcis Halcyōes uocant:& Halcedonia dies, q̄ halcyonides appellantur. Sane Ariſtoteles ī octauo de aīalibus Halcyonū duo eſſe genera ait. Alterū uocale: q̄d arundinibus inſideat: alterū mutū paulo maiori corpore. Plini. uero ſcribit Halcyonē paulo paſſere eſſe ampliorē: colore Cyaneo, & ſubnigro. Dictæ ſunt Halcyōes, ut Ouidi⁹ putat ab halcyōe Ceycis uxore: ut alii ἀπὸ τοῦ κυεῖν ἐν ἁλί: hoc eſt a concipiendo in mari. Vt uero Hegeſander in cōmētariis narrat ab Halcyoneo gigante: cuius filiæ fuerunt: Phoſtonia: Anche: Mechone: Alcippe: Palene: Drimoſtrie: quæ poſt patris mortem ſe a Canaſtręo promontorio in mare p̄cipitarunt. Amphitrie uero ipſas in aues commutauit: quas ab Halcyoneo patre halcyonas uocarūt. ¶ Perque dies placidos ſeptem: de numero quidem horum dierum uarię ſunt antiquorum opiniones: Simonides namq; in Pentathlis undecim eſſe ait: quod etiam Ariſtoteles in libris de animalibus cōfirmat. Philochorus autem nouem eſſe ſcribit: Demagoras uero ſeptem: cuius opinioni Ouidius adhęret. ¶ Incubat Halcyōe: incubare proprie dicuntur aues, dum oua fouēt: Halcyone autem & Halcyō dicitur. Halcedo quoq; latine uocatur. Plautus in penulo: Quam mare dulce eſt, cū ibi halcedo pullos educit ſuos. ¶ Pēdētib⁹ nidis: Halcyonum nidi admirationem habent: ut refert Plinius. Pilę figura paululū eminentiores, ore per quā anguſto, grādium ſpongiarum ſimilitudine, intercidi non queunt, frangūtur ictu ualido, ut ſpuma arida maris: nec unde cōfingant: inuenitur: putant ex ſpinis aculeatis. ¶ Tū uia tuta maris: nā (ut diximus) per quatuordecim illos dies: quibus fœtificant Halcyones, mare tranquillatur: id quod benignitate Aeoli fieri ait poeta: ut cōmodū nepotibus faciat. nā halcyone (ut uidimus) Aeoli filia fuit. ¶ Pręſtat: accōmodat: ac tutum reddit ęquor halcyonū pullis.

Marginal notes: Halcyones. Halcyone ī auē. Ceyx ī auem. Halcedones. Incubate.

Frangit:& incurſus quæ prædelaſſat equarum.
Inſilit huc(mirumq; fuit potuiſſe uolabat)
Percutienſq; leuem modo natis aera pennis,
Stringebat ſummas ales miſerabilis undas:
Dumq; uolat: mœſto ſimilem, plenumq; querelæ
Ora dedere ſonum, tenui crepitantia roſtro.
Vt uero tetigit mutum,& ſine ſanguine corpus
Dilectos artus amplexa recentibus alis,
Frigida ne quicquam duro dedit oſcula roſtro.
Senſerit hæc Ceyx(an uultum motibus undæ
Tollere ſit uiſus: populus dubitabat)at ille
Senſerat:& tandem ſuperis miſerantibus: ambo
Alite mutantur, fatis obnoxius iiſdem.
Tunc quoq; māſit amor: nec coniugale ſolutum eſt
Fœdus in alitibus: coeunt: fiuntq; parentes:
Perq; dies placidos hyberno tempore ſeptem
Incubat Halcyone pendentibus æquore nidis.
Tum uia tuta maris. uentos cuſtodit,& arcet
Aeolus egreſſu: pręſtatq; nepotibus æquor.
Hos aliquis ſenior circum freta lata uolantes
Spectat:& ad finem ſeruatos laudat amores.
Proximus. aut idem ſi fors tulit hic quoq; dixit
Quem mare carpentem, ſubſtrictaq; crura gerentem
Aſpicis: oſtēdens ſpatioſum in guttura Mergum:
Regia progenies:& ſi deſcendere ad ipſum
Ordine perpetuo quæris: ſunt huius origo.
Ilus,& Aſſaracus: raptuſq; Ioui Ganymedes
Laomedonq; ſenex: priamuſq; nouiſſima Troiæ
Tempora ſortitus: frater fuit Hectoris iſte
Qui niſi ſenſiſſet prima noua fata iuuenta:
Forſitan inferius non Hectore nomen haberet.
Quamuis eſt illum proles enixa Dymantis:
Aeſacon umbroſa furtim peperiſſe ſub Ida

Fabulę. xi. undecimi libri argumentum.

Lacā. ¶ Hos aliqs ſenior circum freta lata &c. Aeſacus natus Priami & alyxothoes Crebenianis filię ſub mōte ida furtiū edit⁹ urbanū apparatū cōſultumq; cū ſiluis & labori poſtpoſuiſſet: incidit in cōſpectum Eperies nymphę: cui⁹ captus pulchritudine dū fugiē tē perſequit̄ cauſa interemptus eius extitit. Cōfuſa. n. timore p ignorātiā ſerpētē calce preſſit: cuius morſu cōcidit: ei⁹ deſiderio aeacus ne diutius dolorem ſentiret e monte in ſubiectum pelagus ſe præcipitauit: q̄ priuſq̄ mergeretur: in auem ceſſit. Hęc æquora amat: nomenq; Mergi tenet: qui amne mergitur illo.

Raph. Aeſac⁹ ¶ Hos aliqs ſenior: Aeſac⁹ Priami fili⁹ ex alyxothoe nympha cum amore Eperies nymphę captus eam fugientem perſequeretur: in cauſa fuit: ut illa periret: nam interfugiendum a ſerpente icta interiit: tantoq; dolore Aeſacon affecit: ut moriturus e ſcopulo ſe in mare præcipitarit. Quem Tethys miſerata in mergum trāſmutauit. Ille uero indignatus q̄ mori non potuerit: ſe mergere nunq̄ deſiſtit: unde & mergus a ſæpius ſe mergende a latinis eſt dictus. ¶ Proximus aut idem ſi ſors tulit: hoc eſt aliquis proximus, aut forte idem ſenior. ¶ Subſtricta crura: ſubtilia. ¶ Sunt huius origo: Ilus:& aſſaracus:& Ganymedes filii fuerunt Trois Troianorum regis. Laomedon uero Ili fuit filius: ac Priami pater: ut cum ex aliis permultis: tum ex Homero aperte colligitur. ¶ Proles Dymantis: Hecuba, quā Dymantis filiam fuiſſe ſcribit Homerus. Eurypides uero Ciſſei Thracum regis. Ilus Aſſaracus hecubę pater

Raph. alyxo thoe ¶Alyxothoe: nympha fuit hęc, ex qua Priam⁹ aeſacon ſuſcepit. ¶ Co hata: nyxa & hærens.
Bicorne ¶ Gracili bi. bicorne in ſtrumentũ eſt ruſticum. ¶ Captatã: quã ſępe ca pere tentauerat. ¶ Epe
Cebri nis Cebre nia nẽ cebrinida: Cebrinis fluuii ignobilis filiã. un de ẽt (ut Herodian⁹ ſcri bit) Cebrinia urbs & re gia Troadis fuit cogno minata. ¶ Lõge lacu re licto: ſcite. Nã in lacu ca pi non poſſunt: cum ad uolante accipitre ſe mer gant, ut iis qui illo aucu pio delectant eſt notũ. ¶ Lacu: gurgite. ¶ Flu uialis anas: fluuios inco lens. ¶ Vrget: impellit. ¶ Coluber: ſerpens. ¶ Strixit: pcuſſit. ¶ Vi rus: ueneñ. ¶ Supreſ ſa: repreſſa. ¶ Nec erat mihi uicere tãti: ut tu pe
aeſacus i mergũ rires itelligam⁹. ¶ Nos duo: ergo & ſerpens. ¶ Subſederat: ſubroſe rat. ¶ Decidit in põtũ: ſic qdem etiam legi põt ſ; deſilit: uel deiicit for ſitan elegãti⁹ legeretur: ut intelligamus Aeſacũ ipm ſe i mare pcipitaſ ſe. ¶ Copia mor. facul tas moriendi. ¶ Miſera de ſede: de miſero cor pore. ¶ Subuolat: ſur ſum uolat. ¶ Sup ęquo ra in mare. ¶ Furit: idi gnat. ¶ Pronus: i caput eleganter aũt Mergi na turam poeta deſcribit. ¶ Fecit amor maciem; amor que; morte finire

Fertur Alyxothoe gracili conata bicorni.
Oderat hic urbes: nitidaq; remotus ab aula
Secretos montes, & inambitioſa colebat
Rura: nec Iliacos coetus, niſi rarus adibat.
Non agreſte tamen: nec inexpugnabile amori
Pectus habens. ſiluas captatam ſæpe per omnes
Aſpicit Eperien patria Cebrinida ripa
Iniectos humeri ſiccantem Sole capillos.
Viſa fugit nymphe: ueluti perterrita fuluum
Cerua Lupum: longeq; lacu depreñſa relicto
Accipitrem fluuialis anas: quam Troius heros
Inſequitur: celeremq; metu, celer urget amore.
Ecce latens herba Coluber fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit: uiruſq; in corpore liquit
Cum uita ſuppreſſa fuga eſt. amplectitur amens
Exanimem: clamatq;: piget: piget eſſe ſecutum!
Sed non hoc timui. nec erat mihi uincere tanti:
Perdidimus miſeram nos te duo. uulnus ab angue:
A me cauſa data eſt. ego ſum ſceleratior illo:
Qui tibi morte mea mortis ſolatia mittam.
Dixit: & e ſcopulo: quem rauca ſubſederat unda
Deiicit in pontum. Tethys miſerata cadentem
Molliter excepit: nantemq; per æquora pennis
Texit: & optatæ non eſt data copia mortis.
Indignatur amans inuitum uiuere cogi.
Obſtariq; animæ miſera de ſede uolenti
Exire: utq; nouas humeris aſſumpſerat alas:
Subuolat: atq; iterum corpus ſuper æquora mittit.
Pluma leuat caſus: furit aeſacus: inq; profundum
Pronus abit: letiq; uiam ſine fine retentat.
Fecit amor maciem. longa internodia crurum:
Longa manet ceruix. caput eſt a corpore longe.
Aequor amat: nomenq; manet: quia mergitur illo.

Publii Ouidii Naſonis Metamorphoſeos. Liber Vn decimus explicit.

cupiebat, illum fecit ma cilentũ. ¶ Lõga iterno dia crurum: internodiũ id dicitur ſpatii, quod ẽ iter duos nodos. Nodo ſa aũt crura mergus ha bere uidetur. ¶ Nomẽ que manet: a mergẽdo namq; mergus a latinis fuit denominatus. Interno dium Merg⁹

Fabulæ pmæ duodeci mi libri argumẽtũ.

Lacti. ¶Neſci⁹ aſſũpns Pria mus pater aeſacon alis &c. Agamẽnon atrei & Europes filius dux achi uoꝝ, cum in aulide ioui ſacra miniſtraret: cõſpe xit draconẽ in arbore: quę impendebat arę: ia pſum ad nidũ uolucris cuius octo pullis cõſum ptis ab eodem ſerpente nouiſſime quoq; circũ uolãte matre conuerſus in ſaxum eſt. Quorum pdigio Calchas Teſto ris fili⁹ augur reſpõdit p nouẽ annos in Troa dẽ dimicaturos: decimo autẽ illo eos potituros. Fert autẽ portus Bœoti tię hic eſſe, ubi mille na ues aduerſis tempeſtati bus ſtetiſſet. Morãtib⁹ enim achiuis reſpõdet a calchãte nõ ante claſ ſes poſſe moueri: q̃ iphi geniam pater immolaſ ſet. Quæ cum pro re cõ muni ad arã eſſet appli cata: iter ſacrificiũ obdu ctis nubibus a diana ra pta eſt: & pro ea ſuppo ſita Cerua.



Raph. Neſcius aſſũptis. Quæ tẽpoꝶ belli Troiani fa ctę ſũt Me tamorphoſeis: hoc libro fere deſcribit poeta: ac primũ dracõis trãſmuta tionẽ, q nullos cũ matre apud aulidẽ ſpectanti bus Graecis deuorauit pſpicue exponit. Nã cũ mille Graecorum Hele nam repetẽtium naues ad Aulidem conueniſ ſet: ac Ioui ſacrificare graeci uellẽt, ecce ſerpẽs platanum aræ imminẽ tẽ aſcẽdit: ac primũ pul los octo qui adhuc i ni do erãt, deide circumuo lantem matrem deuora uit. Quod quidẽ cũ alii admirarẽt. Calchas ex eo collegit bellũ nouem annos duraturũ; ac de cimo demũ anno Tro iam captum iri. Caeterũ ſerpẽs ille ad perpetuã rei memoriam in ſaxũ a diis fuit commutatus. ¶ Neſci⁹ aſſumptis: mo re ſuo poeta cõcinne & librum libro connectit: & quędam praenarrat: quo commodius (quam dixi) dracõis Metamor phoſin in ſaxũ exponat ¶ Tumulo quoq; no mẽ habẽti: Cenotaphio in quo nomẽ ſine corpo
Inferię re erat iſcriptũ. ¶ Inferi as deder. ſacrificia fece rat. Nam iferiæ dicunt ea ſacrificia: q̃ inferis & mortuis fiunt. Haec aũt a poeta narrãtur ut hũc librum cũ ſuperiore ap tius ɔnectat. ¶ Paridis
Paridis iudiciũ pſentia: periphraſis eſt: Paris enim defuit exe quiis aeſaci fratris. Naꝫ in Graeciam ad rapien dam Helenam nauiga rat: quã Venus ipſi pol
Serpẽs ſaxum licita erat: cuꝫ iudex ele ctus ſuper trium dearũ pulchritudine iunonis: Palladis: & Veneris p Venere ipſa ſniaꝫ tulit: ut in laudatiõe helenes Iſocrates narrat. Orta nãq; iter illas deas ɔtẽ tiõe de pulchritudine: Alexãder qui Paris fuit cogno minatus Priami filius iudex fuit conſtitutus, cui qdem

¶RAPHAELIS Regii in duodecimum Metamor phoſeos Ouidii Librum enarrationes.



P. Ouidii Naſonis Metamorphoſeos. Liber. XII.

Neſcius aſſumptis Priamus pa ter Aeſacon alis
Viuere: lugebat: tumulo quoq; nomen habenti
Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.
Defuit officio paridis præſen tia triſti.
Poſt modo qui rapta longum cum coniuge bellum
Attulit in patriam: coniurataeq; ſequuntur
Mille rates: gentiſq; ſimul commune Pelaſgæ.
Nec dilata foret uindicta: niſi æquora ſæui
Inuia fecissent uenti, Bœotaq; tellus
Aulide piſcoſa, puppes tenuiſſet ituras.
Hic patrio de more, Ioui cum ſacra paraſſent.
Vt uetus accenſis incanduit ignibus ara:
Serpere cæruleum Danai uidere draconem
In platanum: cœptis quæ ſtabat proxima ſacris:
Nidus erat uolucrum bis quattuor arbore ſumma:
Quas ſimul & matrem, circum ſua damna uolantem
Corripuit ſerpens: auidaq; recondidit aluo.
Obſtupuere omnes: at ueri prouidus augur
Theſtorides uincemus, ait. gaudete pelaſgi.
Troia cadet: ſed erit noſtri mora longa laboris
Atq; nouem uolucres in belli digerit annos.
Ille ut erat uirides amplexus in arbore ramos.
Fit lapis: & ſeruat ſerpentis imagine ſaxum.
Permanet aoniis Nereus uiolentus in undis.
Bellaq; non transfert: & ſunt qui parcere Troiæ

cũ Iuno polliceret ſe to tius aſiæ regnũ cõceſſu rã. Pallas uero ipſum in uictũ in bellis effecturã Venus aũt Helenã mu lierum oĩum pulcherri mã: p Venere ut Hele na potiretur iudicauit. ¶ Poſt mõ: poſtea. Lon gũ bellũ: decẽ namq; an nos durauit. ¶ Cũ giu ge: Helena. ¶ Cõmu ne gẽtis Pelaſgę: cõciliũ totiꝰ grecię. ¶ Inuia: in nauigabilia. ¶ Aulide pi. Aulis urbs ẽ bœotię chalcidi finitima ab au lide Euonymi filię Ce phiſi filia cognominata. ¶ Piſcoſa: piſcibus abũ dãte. ¶ Tenuiſſet: reti nuiſſet remorata fuiſſet ¶ Incanduit: calefacta fuit. ¶ Cęruleũ Draco. nigrũ. ¶ Quæ ſtabat p xima: q imminebat ſacrifi ciis cœptis. ¶ Theſtori des: Calchas theſtoris filius. ¶ Circum ſua dã na: circũ ſua pignera, q̃ cũ maximo ſuo dãno de uorari a dracone uide bat. ¶ At nouẽ uolu. or do ẽ & ſenſus: Atq; cal chas digerit & diſtribu it nouẽ uolucres & aues in nouẽ belli annos. Cõmu ne Aulis

Fabulę ſecũdę. xii. libri argumentum.

Lacti. ¶Permanet &c. Iphige nia ſupradicta agamẽ nonis filia in ceruã, & a Diana eſt in Tauricos fines tranſlata.

Raph. ¶Permanet aon. Aga memnon ad bellũ Tro ianũ pficiſcẽs, cũ apud aulidẽ reliquos gręciæ pricipes expectaret, im prudens dianę ceruam occidit. Quaꝛ dea irata in tantã tẽpeſtatẽ mare excitauit: ut grœcoꝝ claſ ſis inde ſoluere non poſ ſet. Cuꝫ aũt ẽt peſte la borarent, cõſultus Cal chas reſpondit, Dianæ irã agamẽnonis ſangui ne eẽ placandã. Tandẽ igit agamẽnonis quoq; cõſenſu adducta Iphi genia ad aras ut immo laretur a Diana dicitur fuiſſe ſacerdoti ſubrepta; ac illius loco cerua ſuppoſita ¶ Bellaq; non transfert: e Græcia ad Troiam.

Raph.

¶ Quia mœnia fecerat urbis:nõ una cũ apolli. ne muros urbis Troiæ ædificauit Neptunus.

Iphigenia ī ceruam

¶ Neq̃ enĩ neſcitur ta. cetue:hoc ẽ & ſcit & ait uirginis ſanguinẽ dianã eẽ placidã. ¶ Virginis deæ Dianæ. ¶ Publica cauſa:publica utilitas. ¶ Rexq3 patrem:hoc ẽ officiũ regis pietatẽ pa. tris expugnauit. ¶ Mycenida:Iphigeniã myce. neiã. Mycenæ aũt urbs eſt Peloponeſi,a Myce. neo Spartonis filio,ac Phoronei fratre dicta. Fabulę tertiæ.xii.libri ſuũ argumentum.

Lactan.

¶ Ergo ubi &c. Cũ fa. ma per orbem Græcorũ aduẽtu ad expugnãdũ Iliũ eſſet in troade claſ. ſes apparuiſſet. Primus in cõgreſſu bellantium Proteſila⁹ Hiphicli fili⁹ ab hectore eſt interem. pt⁹:deĩde nouiſſime cy gnũ Neptuni filium:qui nullo telo interimi pote rat ab achille,cum diu ī certamine uictoriæ cõ. tentio eſſet,& fruſtra in eũ tela eminus iaceret: Meneto Lycio prius ite rempto ſtricto enſe pſe quens præcipitatum ſu. pra ſaxum eliſo gutture preſſit. Quĩ priuſq ſpo. liaretur armis ab eo,Ne ptunus eius parẽs in uo lucrem eiuſdẽ nõis cõ tulit,ne nominis abole retur perpetuitas.

Famæ ędiũ deſcriptio

Raph.

¶ Ergo ubi ut cygni Ne ptuni filii,cui⁹ corp⁹ nul la ex pte poterat uulne. rari,metamorphoſin eũ ſuperiore cõnectat poe ta:multa pnarrat,ac pri mum Famæ aulam de. ſcribit:deinde aduentũ Græcorũ ad littus Tro ianũ:tum Proteſilai cæ dem,qui primus egredi in littus Troianũ auſus ab Hectore fuit interfe. ctus. ¶ Phœbes:Dia. næ. ¶ A tergo:a puppi. ¶ Phrygia harena:litto re Troiano. ¶ Orbe lo cus medio: Famæ ædiũ elegans deſcriptio. ¶ Triplicis mũdi:tres parteis dixit,cælum:ma

Famæ comites

Neptunum credant:quia mœnia fecerat urbis.
At non Aeſtorides:neq3 enim neſcitur,tacetue,
Sanguine Virgineo placandam uirginis irã
Eſſe Deæ:poſtq pietatem publica cauſa,
Rexq3 patrem uicit:caſtumq3 datura cruorem
Flentibus ante aram ſtetit Iphigenia miniſtris,
Victa Dea eſt:nubemq3 oculis obiecit:& inter
Officium,turbamq3 ſacri,uoceſq3 precantum,
Suppoſita fertur mutaſſe Mycenida ceruã.




Ergo ubi qua decuit:lenita eſt cæde Dianæ:
Et pariter phœbes,pariter maris ira receſſit,
Accipiunt uentos a tergo mille carinæ:
Multaq3 perpeſſæ,phrygia potiuntur harena.
Orbe locus medio eſt inter terraſq3,fretumq3,
Cæleſteſq3 plagas triplicis confinia mundi:
Vnde quod eſt uſquam:quamuis regionibus abſit:
Inſpicitur:penetratq3 cauas uox omnis ad aures.
Fama tenet:ſummaq3 domum ſibi legit in arce.
Innumeroſq3 aditus,ac mille foramina tectis
Addidit:& nullis incluſit limina portis.
Nocte,dieq3 patet.tota eſt ex ære ſonanti,
Tota fremit:uoceſq3 refert:iteratq3 quod audit.
Nulla quies intus:nullaq3 ſilentia parte.
Nec tamen eſt clamor:ſed paruæ murmura uocis.
Qualia de pelagi(ſi quis procul audiat)undis
Eſſe ſolent,qualemue ſonum,cum Iuppiter atras
Increpuit nubes:extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet:ueniunt leue uulgus:euntq3:
Mixtaq3 cum ueris paſſim commenta uagantur
Millia rumorum:confuſa uerba uolutant.
E quibus hi uacuas implent ſermonibus aures.
Hi narrata ferunt alio:menſuraq3 ficti
Creſcit:& auditis aliquid nouus adiicit auctor.
Illic credulitas:illic temerarius error:
Vanaq3 lætitia eſt:conſternatiq3 timores:
Seditioq3 recens:dubioq3 auctore ſuſurri,
Ipſa quid in cælo rerum,pelagoq3 geratur,
Et tellure uidet:totum inquirit in orbem.

re,terram:ſiue tribus partibus cõſtantis:cęlo: aqua:& terra. ¶ Vſquã aliquo in loco. ¶ Abſit: diſtet. ¶ Regionibus:re gionum multarũ ſpatio. ¶ Fama tenet:habitat. Famam aũt incorporeã tãquã corpus habentẽ deſcribit. ¶ Legit:ele git. ¶ Sũma in arce:in arcis ſũmitate. ¶ Innu meros aditus:innumera biles & infinitos ingreſ. ſus. ¶ Et nullis incluſit limina portis:ianuas ędiũ Famæ ſemp ait pa tere,nec unq̃ claudi cum nullæ inſint. ¶ Qualia de pelagi:qualia inq̃t eẽ ſolent murmura ab un. dis pelagi uenientia. ¶ Increpuit:crepare & ſtrepere fecit. ¶ Cõmẽ ta:ficta.ſic Vir. Tã ficti prauiq̃ tenax,q̃ nuncia ueri. ¶ Confuſa:obſcu ra,q̃ difficulter percipi poſſunt. ¶ Vacuas aures ocioſas. ¶ Illic creduli tas:Famæ comites enu merat poeta. ¶ Cõſter natiq3 timores:ab effe ctu,q̃ cõſternatos atq3 p turbatos hoĩes reddãt. ¶ Seditioq3 re.nou⁹ tu multus. ¶ Suſurri:mur mura. ¶ Ipſa quid in cę lo:Fama inquit omnia quęcunq3 in mũdo agũ tur uidet. ¶ In totum orbem:de iis,quę in to to orbe aguntur.

¶ Fecerat



Raph.

¶ Fecerat hæc notũ:diuulgauerat. ¶ Hoſtis adeſt:hoſtes aduenit. ¶ Fatali. ter:ex fatorũ lege. Prote ſilae cadis:proteſilaus Iſiphyli fuit fili⁹:ac lao. damiæ acaſti filiæ mari tus:q græcorũ primus in littus Troianũ egredi auſus,ab hectore fuit i. terfectus. ¶ Stant ma. cõſtãt,q fortiſſimum uirũ amiſerũt. ¶ Fortes q aiæ:cõſtant uerbũ eſt ſubaudiẽdũ. ¶ Nec co. gnitus Hector:conſtat magno ſubaudiatur. eſt enim ordo & ſenſus & Hector nõ cognitus ma gno conſtat Græcis. Si enim cognitus fuiſſet fa cile illũ uitaſſet Proteſi. laus. ¶ Achaica dexte. ra:Græcorũ uires:quis. nd achillẽ & aiacẽ allu. dere uideatur,q multos ex Troianis interfece. runt. ¶ Signata:infecta: ſanguine ſubaudiatur. ¶ Proles Neptunia Cy. gnus:tãdem ad Cygni Metamorphoſin id qd a principio libri intẽde bat poeta peruenit. Nam Cygnus Neptuni fili⁹: quod dono patris nullo ferro poſſet uulnerari: Achillis impetum expe ctare auſus eſt,a quo ſę. pius haſta fruſtra peti. ſus:cũ ferri acies corpo. re illius retũderetur,tã. dẽ correptus,& ſtrãgu latus.Quẽ cum achilles ſpoliare uellet,arma ſi. ne corpore fuiſſe reli. cta animaduertit:nã pater Neptunus illũ in auẽ cy gnum iã commutarat. ¶ Stabat:erectus erat. ¶ Achillis:Achilles au. tẽ pelei & Thetidis fuit filius:dictus uel ἀπὸ τοῦ ἄχος λύειν:hoc ẽ a ſoluẽdo dolore:medi cus enim fuit a Chirõe medicinam doctus:uel ἀπὸ τοῦ ἄχος ... hoc eſt ab infereẽdo Ilienſibus dolore:uel ab a particu la priuatiua,& χιλός hoc eſt cibo. Neq3 enim lac guſtauit prorſus:ſed medulis ceruorũ a Chirõe nu tritũ fuit. Vnde(ut inqt Euphorion)a Myrmidonibus achilles fuit noĩatus. ¶ Peliacæ cuſpidis: Pelias haſta:

Proteſi laus dei

Cygni

Cygn⁹ Neptu ni filius

Achilles

Fecerat hæc notum:Graias cum milite forti
Aduentare rates:neq3 inexpectatus in armis
Hoſtis adeſt:prohibent aditus:littuſq3 tuentur
Troes:& Hectorea primus fataliter haſta
Proteſilae cadis:commiſſaq3 prælia magno
Stant Danais:forteſq3 animæ.nec cognitus Hector,
Nec phryges,exiguo quid Achaica dextera poſſit
Sanguine,ſenſerunt:& iam ſignata rubebant
Littora:iam leto proles Neptunia Cygnus
Mille uiros dederat:iam curru ſtabat Achilles:
Totaq3 peliacæ ſternebat cuſpidis ictu
Agmina:perq3 acies,aut Cygnũ,aut Hectora quærens:
Congreditur Cygno:decimum dilatus in annum
Hector erat:tum colla iugo cãnentia,preſſos
Exhortatus equos,currum direxit in hoſtem,
Concutienſq3 ſuis uibrantia tela lacertis.
Quiſquis es o iuuenis dixit:ſolamen habeto
Mortis:ab Aemonio quod ſis iugulatus Achille:
Hactenus aeacides,uocem grauis haſta ſecuta eſt.
Sed q̃q̃ certa nullus fuit error in haſta,
Nil tamen emiſſi profecit acumine ferri.
Vtq3 hebeti pectus tantummodo contudit ictu.
Nate Dea(nam te fama prænouimus)inquit
Ille,quid a nobis uulnus miraris abeſſe?
(Mirabantur enim)non hæc,quam cernis equinis
Fulua iubis,caſſis,nec onus caua parma ſiniſtræ
Auxilio mihi ſunt:decor eſt quæſitus ab iſtis,
Mars quoq3 ob hoc capere arma ſolet remouebitur omne
Tegminis officium.tamen indiſtrictus abibo.
Eſt aliquid non eſſe ſatum Nereide:ſed qui
Nereaq3,& natas,& totum temperat æquor.
Dixit,& hæſurum clypei curuamine telum
Miſit in Aeacidẽ:quod & æs,& proxima rupit
Terga nouena boum.decimo tñ orbe moratum eſt.
Excipit hoc heros.ruſuſq3 trementia forti
Tela manu torſit:ruſus ſine uulnere corpus,
Syncerumq3 fuit,nec tertia cuſpis apertum,
Et ſe præbentem ualuit diſtringere Cygnum.
Haud ſecus exarſit:q circo Taurus aperto,
Cum ſua terribili petit irritamina cornu:
Phœniceas ueſtes:eluſaq3 uulnera ſentit.
Num tamen exciderit ferrum conſiderat haſtæ,
Hærebat ligno:manus eſt mea debilis ergo,
Quaſq3 ait ante habuit uires effudit in uno?
Nam certe ualuit:uel cum Lyrneſia primum
Mœnia deieci:uel cum Tenedonq3,ſuoq3
Aectionias impleui ſanguine Thebas.

Achillis dicta eſt a Pelio monte:ex quo fuerat reciſa: unde Peliacus declinat. ¶ Equos pręſ. col. ca: eſt pſis & onerata iugo colla albentia habẽtes: eſt enĩ ſynegdoche ma xime huic poetæ fami liaris. ¶ Hactenus aea cid.locutus eſt ſubaudia tur. ¶ Vt he.tanq̃ hebe ti & obtuſo,non autem acuto. ¶ Caſſis:galea. ¶ Caua par.concaua ſcuti. ¶ Decor:pulchri tudo,ornamẽtũ. ¶ Mars quoq3 ob hoc:pp ter de corẽ:ut ornatus uideat, nõ aũt ut ptegat. ¶ In diſtrictus:in uulneratꝰ. ¶ Eſt aliquid:modeſte genus ſuum oſtẽtat Cy gnus,ac matri Achillis anteponit. ¶ Nereide: Thetide nympha, Ne rei filia. ¶ Sed qui Ne reaq3:ex eo ſubaudiat. eſt aũt neptuni pipħra ſis. ¶ Terga nouena: nouem terga & pelles. ¶ Decimo orb.decimo tergore. ¶ Moratũ eſt: retentũ eſt,atq3 remora tũ. ¶ Syncerũq3 fuit:in tegrũ. ¶ Aptũ:nudatũ. ¶ Et ſe pbentẽ:ſe baſtæ oppõentẽ. ¶ Diſtringe: re:uulnerare. ¶ Circo apto:ſpacioſo:In circo ĩ aũt uenationes exhibe bantur. ¶ Phœniceas ue.purpureas:quibus maxime agreſtes tauri harena irritabantur. ¶ Eluſa:irrita & uana. ¶ Ergo:affectui & idi gnationi ſeruit hæc di ctio ergo. Indignat enĩ Achilles:q Cyg⁹ acu ta haſtæ cuſpide uulne rari nõ poſſit. Cũ maxi ma uero idignatione in dextræ ſuę debilitatem ĩ cam refert. ¶ Lyrneſia mœn. Lyrneſus urbs Troadis:quã Græci di ripuerunt:unde Breſei dam rapuit achilles. So lus Echionias:corrupte quidem ſic legitur eorũ culpa,qui ſibi omnia p mittũt in iis inuertẽdis: quæ in priſcis exẽplari bus deſcripta non percipiunt. Cum enim quaſnã Oui dius Aectionias Thebas uocaret,min⁹ itelligerẽt ho mines & imperiti & temerarij,non ſolum Aectionias

Lyrneſus

Aectiõię thebæ — in Echionias inuerterunt, ſed hoc quoq; nomĩe Solus. cõmodo ſuo aſcripſerunt, ignorantes Echionias Thebas in Bœotia eſſe, quę pro grçcis cõtra Troianos ſteterunt, ut aperte in ſecundo Iliados narrat Homerus. Quas autem ſe iactat expugnaſſe Achilles in Cilicia ſunt acetoniæ dictæ ab aetione andromaches patre: quẽ ab achille interfectu, Thebẽq; urbem Ciliciæ excelſam fuiſſe depopulatam apud Home. Andromache ipſa conqueritur.

Thebæ — Thebę autem multag ur biũ eſt nomen. Siqdẽ & in aegypto & in Bœotia & Cilicia & in Syria & in Ionia iuxta Miletum, & in Attica & I theſſalia Phthiotide & in Italia Thebæ fuerunt. Thebæ ſane Ciliciæ pro Troianis contra Græcos arma ſumpſerũt. legit etiam. Eetioneas.

Raph. Caycus — ¶ Purpureus Cayc⁹: fluuius eſt Myſiæ Caycus, quã regionẽ Græci deuaſtarunt, ne Troianis ferre auxilium poſſet. ¶ Cęde popu. occiſiõe populi ſui. ¶ Bis ſenſit Telephus:

teleph⁹ — Telephus Herculis fuit filius ex auge nympha, qui expoſitus, a ceruа dicitur fuiſſe educat⁹: robuſtuſq; effectus Lyciis imperauit Sentiens autem pro Troianis ab achille quidem in femore fuit uulneratus: ſed a ſuis ptectus mortez effugit. Cum uero nulla remedia uulneri inuenirẽtur, Apollo conſultus reſpondit aliter non poſſe ſanari, niſi iterum ſe Achilli prçberet uulnerandum. Quod cum feciſſet: incolumis euaſit: hoc autem Plinius ad naturalez referẽs rationem ait. Ferri naturã ſtipticam eſſe: ideoq; medicos emplaſtris plagaruz limaturam ferri adhibere ſolere. Vnde & achilles inquit doctus a Chirone, p decuſſionem ferri Telephi uulnus dicitur curaſſe. ¶ Ante actis: cædibus ante factis. ¶ Plangente: percutiente. ¶ Vtar i hoc idem: ego idem utar haſta eadem contra hunc Cygnum. ¶ Fraxinus: fraxina haſta. ¶ Non euitata: a Cygno, qui nihil illa offendebatur. ¶ Solida caute: ſolido lapide. ¶ Securum ho. Cygnũ nihil timentem:

Vel cum purpureus populari cæde Caycus
Fluxit: opuſq; meæ bis ſenſit Telephus haſtæ.
Hic quoq; tot cæſis, quorum per littus aceruos
Et feci, & uideo: ualuit mea dextra: ualetq;
Dixit, & ante actis ueluti male crederet: haſtã
Miſit in aduerſum. Lycia de plebe Nemeten.
Loricamq; ſimul, ſubiectaq; pectora rupit.
Quo plangente, grauem moribũdo pectore terrã:
Extrahit illud idem calido de uulnere telum.
Atq; ait hæc manus eſt; haç qua nõ uicimus haſta
Vtar in hunc idem, ſit in hoc precor exitus idem.
Sic fatur, Cygnumq; petit, nec fraxinus errat:
Inq; humero ſonuit nõ euitata ſiniſtro.
Inde uelut muro, ſolida a caute repulſa eſt.
Qua tamen ictus erat ſignatum ſanguine Cygnũ
Viderat: & fruſtra fuerat gauiſus Achilles:
Vulnus erat nullum. ſanguis fuit ille Nemeræ.
Tum uero præceps, curru fremebundus ab alto
Deſilit: & nitido ſecurum cominus hoſtem
Enſe petens parmam gladio, galeamq; cauari
Cernit: & in duro lædi quoq; corpore ferrũ.
Haud tulit ulterius: gladioq; aduerſa reducto.
Ter, quater ora uiri, capulo caua tempora pulſat:
Cedentemq; ſequens inſtat: turbatq;, ruitq;,
Attonitoq; negat requiem: pauor occupat illum:
Ante oculoſq; natant tenebræ, retroq; ferẽti
Auerſos paſſus medio lapis obſtitit aruo:
Quem ſuper impulſum reſupino corpore Cygnũ
Vi multa uertit: terræq; affixit Achilles.
Tum clypeo, genibuſq; premens præcordia duris.
Vincla trahit galeæ; quæ preſſo ſubdita mento
Elidunt fauces: & reſpiramen, iterq;
Eripiunt animæ: uictum ſpoliare parabat:
Arma relicta uidet, corpus Deus æquoris albam
Cõtulit in uolucrem: cuius modo nomẽ habebat.
Hic labor: hæc requiem multorum pugna dierũ
Attulit: & poſitis pars utraq; ſubſtitit armis.
Dumq; uigil Phrygios ſeruat cuſtodia muros:
At uigil argolicas ſeruat cuſtodia foſſas;
Feſta dies aderat: qua Cygni uictor achilles,
Pallada mactatæ placabat ſanguine uaccæ:
Cuius ut impoſuit Profecta calentibus aris:
Et Diis acceptus penetrauit in æthera nidor
Sacra tulere ſuam: pars eſt data cætera mẽſis.

Raph. — q̃ uulnerari nõ poterat. ¶ Retũ lędi: retũdi. ¶ Ter quater: ſępius. ¶ Cedentẽ: retro ſubitelligat. ¶ Ruit: eruit. ¶ Tenebrę na. uol tant: attonitus. n. nihil pſpicere poterat. ¶ Quẽ ſup: anaſtrophe eſt: ſuper quẽ. n. i ſolu: a dicim⁹ orõne. ¶ Affixit terrę: pſtrauit. ¶ Trahit: trahẽs ſtringit. ¶ Elidũt: cõprimũt. ¶ Contulit in uolu. cõuertit in uolucrem nõ nouã, ſed in quam Cygnus Stheneli regis Lycurũ filius caſu Phaethontis, ſine fine dolẽs fuerat commutatus: ut in ſecũdo poeta narrauit.

Fabulæ. iiii. libri duodecimi argumentum.

Lacti. — ¶ Hic labor &c. Superato aũt Cygno iter epulas achilles: cęteriq; achiui admirantur corporis duriciẽ: qd̃ toties haſta a corpore eius eẽt repulſa: q̃ admiratio a Neſtore ſene doctiſſimo ſpecioſiore exẽplo firmaſ. Retulit. n. ſua ætate Cęnim Phiati filiã fuiſſe: q̃ pp pulchritudinem a Neptuno cõpreſſa ſit. Data uenia ob iniuriã: ut i uirũ mutata nullo telo interfici poſſit. Hinc cũ Pirithous ixiõis filius Neptuni interesset: ducta Hippodamia: & Eury⁹ iter Cẽtauros ĩcitatus in nuptã nouã impetũ feciſſet: cæteri pſ. luere Lapithæ: atq; Centauri in nuptias frequẽtãtes: Ideoq; cũ maxima cædes eẽt exorta: plurimiq; ex utraq; pte ob raptum matronæ cõcidiſſent: & qd̃ iuiolabilis ipſe reſtaret: ab uniuerſis: q ex cede reliqui fuerũt: nouiſſime impetu facto: congeſtiſq; in eũ arborum truncis ſpũm reddere coactus eſt. Tũ non immemor deus Neptunus a quo ſpecioſum munus acceperat: ſupradictũ in uolucrem nominis ſui, transfigurauit.

Raph. — ¶ Hic labor: deſcripturus poeta duplicẽ Cænei mutationẽ: naz ex fœmina in uirũ: & ex uiro in auẽ ẽ trãſfiguratus: ſacrificia: conuiuiaq; Grçcorũ principũ: p. ſiſq; Lapitharũ cũ Cẽtauris i Pirithoi nuptiis pnarrat. ¶ Foſſas: caſtrorum. ¶ Profecta: exta. ¶ Acceptus: grat⁹.

Nidor — ¶ Nidor: odor ꝓprie toſtarũ carniũ. ¶ Sacra tulere ſuam: ſacrificia habuerę ſuam portionem.

¶ Toris



Raph. — ¶ Toris: in lectis. ſtratis namq; tribus lectis antiq diſcumbebant. ¶ Toſta carne: nam heroes elixis non ueſcebant carnib⁹. ¶ Multifori buxi: multa foramina habentis. hæc autẽ oblectamenta ocioſorum & delicatorum ſunt: non fortium atq; bellicoſorum. ¶ Virtus: fortitudo. ¶ Exhauſta: expugnata: ac ſuperata. ¶ Inuictumq; a uulnere erat: inſuperabile atq; expers uulneris erat. ¶ Terebat: hebetabat: retundebat. ¶ Forabilis: penetrabilis. ¶ Perrhæbum

Cęnis — Cænea uidi: Cænis Elatei Lapithę filia fuit: cui neptunus cum uim intuliſſet copiam fecit: ut quicquid uellet: peteret: ſe enim omnino conceſſurum. Puella ut uir inuulnerabilis efficeretur petiit. Id illi benigne pſtitit Neptunus, Cæneuſq; uocatus nulli Deorum neq; ſacrificabat: neq; ſupplicabat: ſed ſuæ dũtaxat haſtę: cui etiam peregrinos ad ſe uenientes ſacrificare cogebat. ¶ Qua impietate iram Iouis in ſe concitauit. Nam in pugna a Centauris in nuptiis Pirithoi excitata, multis hoſtium cum interfeciſſet: neq; ipſe cuiuſq̃ ferro uulnerari poſſet, a Centauris tãdem coniectis arboribus fuit oppreſſus: in auemq; a Neptuno tranſmutatus.

Perrhæbus — ¶ Perrhæbũ: Perrhæbus urbs eſt Theſſaliæ: unde perrhębus & perrhębeus nomen gentile declinatur: cuius nominis cum prima ſyllaba ſit breuis, duplicato. r. a poeta producta eſt. ¶ Inclytus: præclarus.

Othris — ¶ Othrim: mons eſt Theſſaliæ Othris notiſſimus. ¶ Voluntas audire: figura eſt grçca. nam audiẽdi latine dicitur. ¶ Cur in cõtraria uerſus: ex fœmina in marem. ¶ Si uictus ab ullo eſt: bene dubitat achilles, an ab ullo ſit uictus cęneus, cum inuulnerabilis eſſet. ¶ Quamuis obſtet mihi: q̃uis inquit Neſtor memoriam mea ſenectus impediat, multorũq; ſim oblitus, plura tamen recor

Diſcubuere toris proceres: & corpora toſta
Carne replent: uinoq; leuãt, curaſq;, ſitimq;.
Non illos citharæ, nõ illos carmina uocum,
Longaq; multifori delectat tibia buxi.
Sed noctem ſermone trahunt: uirtuſq; loquendi
Materia eſt: pugnam referunt, hoſtiſq;, ſuamq;:
Inq; uices adita, atq; exhauſta pericula ſæpe
Cõmemorare iuuat: qd̃ enim loqueretur achilles?
Aut quid apud magnũ potius loquereſ achillem?
Proxima præcipue domito uictoria Cygno
In ſermone fuit: uiſum mirabile cũctis:
Quod iuuenis corpus nullo penetrabile telo:
Inuictumq; a uulnere erat, ferrumq; terebat.
Hoc ipſe æacides, hoc mirabantur achiui.
Tum ſic Neſtor ait. ueſtro fuit unicus æuo
Cõtemptor ferri: nulloq; forabilis ictu
Cygnus. at ipſe olim patientem uulnera mille
Corpore non læſo perrhæbum Cænea uidi.
Cænea Perrhæbum: qui factis inclytus, Otrin
Incoluit: quoq; id mirum magis eſſet in illo:
Fœmina natus erat: monſtri nouitate mouentur:
Quiſquis adeſt: narretq; rogãt: quos inter achilles
Dic age (nam cunctis eadem eſt audire uoluntas)
O facunde ſenex æui prudentia noſtri
Quis fuerit Cæneus, cur in cõtraria uerſus,
Qua tibi militia, cuius certamine pugnæ
Cognitus, a quo ſit uictus: ſi uictus ab ullo eſt.
Tum ſenior. q̃uis obſtet mihi tarda uetuſtas:
Multaq; me fugiant primis ſpectata ſub annis:
Plura tamen memini: nec quæ magis hæreat, ulla
Pectore res noſtro eſt inter belliq;, domuſq;:
Acta tot, ac ſi quem potuit ſpacioſa ſenectus
Spectatorem operum multorũ reddere: uixi
Annos bis centum. nunc tertia uiuitur ætas
Clara decore fuit proles Elateia Cænis
Theſſalidum uirgo pulcherrima: perq; propinquas
Perq; tuas urbes (tibi enim popularis achille)
Multorum fruſtra uotis optata procorum.
Tentaſſet Peleus thalamos quoq; forſitan illos,
Sed iam aut contigerant illi connubia matris.
Aut fuerãt promiſſa tuæ. nec Cænis in ullos
Denupſit thalamos: ſecretaq; littora carpens:
Aequorei uim paſſa Dei eſt (ita fama ferebat.)
Vtq; noua Veneris Neptunus gaudia cœpit
Sint tua uota licet dixit ſecura repulſæ.
Elige quid uoueas eadem quoq; fama ferebat.
Magnum, Cænis ait, facit hæc iniuria uotum.
Tale pati iam poſſe nihil: da fœmina ne ſim.
Omnia præſtiteris: grauiore nouiſſima dixit
Verba ſono: poteratq; uiri uox illa uideri,

dor, Pulchre autem ſenis decorum ſeruatur: nã & ętatez excuſat Neſtor: & ſe iactat: id quod ſenili ætati peculiare eſſe Horat. tradit. ¶ Multaq; me fugiãt: multorum ſim oblitus. ¶ Nunc tertia uiuiẽ ætas: poetica licentia hoc uerbo uiuitur in paſſiua & uoce, & ſignificatione uſus eſt poeta. Aetatem uero pro ſçculo poſuit. Nam ſçculũ centum annorum ſpaciuz comprehendit. ¶ Proles Elateia: Elatei filia. Theſſalidum: theſſalarum: patronymica namq; forma pro poſſeſſiua eſt poſita. ¶ Tibi. n. popularis achille: ex eodẽ quo tu o achille populo fuit. ¶ Multorũ fruſtra uotis nulli eniz unquam nubere uoluit. ¶ Tuę matris: Thetidis. ¶ Secretaq; littora carpẽs per ſecreta littora ambulans. ¶ Aequorei Dei: Neptuni. ¶ Ita fama ferebat ſic dicebatur ab omnibus Cænin a Neptuno fuiſſe compreſſam. ¶ Sint tua nota licet: hoc ẽ ſecure potes omnia quæcunq; uis optare: nullam enim feres repulſam. ¶ Secura repulſę: nullam timentia repulſam. ¶ Quid uoueas: qd optes. ¶ Magnũ facit hęc iniuria uotum: hęc iniuria inquit: qua mihi uirginitatem eripuiſti: effecit: ut magna petere audeã. ¶ Nihil tale: talem uiolentiã ne pati poſſim concede. ¶ Omnia pręſtiteris: omnia mihi uideberis præſtitiſſe. ¶ Grauiore ſono: maiore uoce: iam enim in matrem fuerat conuerſa. Marium enim uoces q̃ fœminaruz ſolent eſſe grauiores.

Raph.

¶ Annuerat uoto: cōcesserat id qđ cupiebat. ¶ Dederatq; sup: insup cōcesserat. ¶ Atracides: atrax urbs est Thessaliæ ab atrace penei & Buræ filio ædificata & denoiata, unde atracides declinatur & atracius. Patronymicū aūt, p possessiuo est positū. ¶ Peneia ar: p q̃ Peneus labit. ¶ Dux erat Hippo. Pirithous Ixiōis nō ex urbe, sed ex coniuge filius Hippodamiam uxorē dūxit, ad cuius nuptias Centauros: Lapithasq; inuitauit: sed Cētauri, in primisq; Eurytus uino calēs ul‑ nouæ nuptæ afferre cum uellet: maxima; excitauit pugnā: in q̃ cū multi utrinq; cecidissent: Lapithę tādem supiores euaserunt.

Attax

Ixion

¶ Audaci Ixione: q ausus est de stupro interpellare Iunonē, q̃ ei nubem sibi simulem obiecit: ex qua Cētauri nati esse feruntur: caput qdē; humanū, reliqua uero mēbra equa hñtes. Quod qdē cū fieri nō possit: idcirco factū est (ut Palæphacus narrat) q̄ Ixione in Thessalia regnante taurorū grex in Pelio monte ferus est effectus: qb⁹ q dē non solū mōtes infestabant: sed culta quoq; loca deuastabant. Quare motus Ixion multas pecunias iis ꝓposuit, q feros illos tauros caperent. Iuuenes igit quidam ad radices Pelii mōtis habitātes in uico: q Nephele. i. nubes uocabat: cœperunt ita docere equos ut sessorē paterent: antea nanq; eqtare nesciebāt: uerū curribus solū utebant. Itaq; singulos equos cū ascēdissent i tauros ipetū fecerūt: iaculisq; uulnerātes tādē iterfecerūt. Vnde ēt Cētauri iuuenes illi fuerunt denominati ἀπὸ τοῦ κεντεῖν τοὺς ταύρους hoc est stimulādis & uulnerandis bobus. Nulla qppe tauri pars Cētauris inest. Figura uero hois & equi eē uīr, ex eo q primi ascēdere equos cœperūt. Acceptis aūt ab ixione pecuniis adeo supbi sūt effecti, ut cū alios multos tum Ixionē ipm Lapithis iperantē uariis iniuriis afficerent. Ad nuptias. n. Pirithoi inuitati posteaq̃ ebrii sunt facti: Lapitharū uxores rape atq; asportare illas eqs iponētes cœperūt. Ita pugna iter Cētauros & Lapithas exorta est. Cū uero in mōtes refugerēt: caudę quoq; & capita hoium dūtaxat cernebant: ex quo icredibilis fabula fuit eleganter. cōficta. ¶ Nubigenasq; feros: Cētauros feroces ex nube genitos. ¶ Aemonii proceres: Thessali principes. ¶ Cōfusa turba: uariorū pplorū. ¶ Cinctaq; adest uirgo: circūdata multitudine matronarū. ¶ Quod pene fefellimus omen: pene falsum effecimus propter eā q̃ secuta ē rixā. ¶ Ebrietas geminata: duplicata. ¶ Libidine: appetitu coeūdi cū Hippodamia uirgine. ¶ Probabat: laudabat ¶ Sonat: resonat, strepit. ¶ Quæ uecordia: Theseus ptes Pirithoi suscipit; cui amicitia tanta coniunctus erat: ut iter paria amicorum primi numerentur. ¶ Pulsat: uexat. ¶ Lacessas: ad iram prouoces. ¶ Violasq; duos ignarus in uno: ex prouerbio græco de ueris amicis: hoc sumptum esse uidetur σῶμα τὰ μὲν δύο. ψυχὴ δὲ μία: hoc est corpora qdē duo, anima uero una. ¶ Summouet: repellit. ¶ Instantes: resistentes. ¶ Furētibus: Centauris. ¶ Sed uindicis: Thesei quo nouam nuptam a Cētaurorum iniuria liberat. ¶ Extantibus: eminentibus. ¶ Crater: uetus. ¶ Vastum: maximum. ¶ Aegides: Theseus aegei filius. ¶ Calcitrat: calcibus terram percutit. ¶ Bimembres: Centauri, qui & homines & eq mēbra habebant. ¶ Arma arma loquuntur: clamant. Est autem μίμησις & imitatio clamoris Centaurorum. ¶ Fragiles cadi: ex creta confecti. ¶ Ophionides amycus: Ophionis filius. ¶ Penetralia: sacraria. ¶ Densum finale: funale quidem hoc loco instrumentum esse uidetur lāpadibus sustinendis accommodatum: sed ut tradit Seruius funale a funibus dictū: quos ante usum papyri cæra circundatos prisci habuere. Vnde & funera dicta sunt: q funes accensi mortuis pręferebātur. ¶ Lampadibus corruscis: lucernis corruscantibus & lucentibus.

Historię ueritas

Lapitharum Centaurorūq; certamē

Cētauri un dūr

Prouerbium

Funale

Sicut erat: nam uoto Deus æquoris alti
Annuerat: dederatq; super: ne saucius ullis
Vulneribus fieri: ferroue occumbere posset:
Munere lætus abit: studiisq; uirilibus æuum
Exigit Atracides: peneiaq; arua pererrat:
Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus,
Nubigenasq; feros, positis ex ordine mensis:
Arboribus tecto discumbere iusserat antro:
Aemonii proceres aderant, aderamus & ipsi.
Festaq; confusa resonabat regia turba:
Ecce canunt Hymenæon: & ignibus atria fumāt.
Cinctaq; adest uirgo, matrumq;, nurūq; caterua,
Præsignis facie: felicem diximus illa
Coniuge pirithoum: quod pene fefellimus omen
Nam ibi sæuorum sæuissime Centaurorum
Euryte q̃ uino pectus: tam uirgine uisa
Ardet: & ebrietas geminata libidine regnat.
Protinus euersæ turbant conuiuia mensæ:
Rapturq; comis per uim noua nupta prehensis,
Eurytus Hippodamen, alii, quā quisq; probabat,
Aut poterat, rapiunt: captæq; erat urbis imago.
Fœmineo clamore sonat domus: ocyus omnes
Surgimus. & primus: quæ te uecordia Theseus
Euryte pulsat? ait, qui me uiuente lacessas
Pirithoum: uiolasq; duos ignarus in uno?
Neue ea magnanimus frustra memorauerit heros
Summouet instantes: raptamq; furentibus aufert
Ille nihil contra (neq; enim defendere uerbis
Talia facta potest) sed uindicis ora proteruis
Insequitur manibus: generosaq; pectora pulsat:
Forte fuit iuxta signis extantibus asper
Antiquus crater: quem uastum, uastior ipse
Sustulit ægides: aduersaq; misit in ora.
Sanguinis ille globos pariter: cerebrūq;, merumq;,
Vulnere, & ore uomens, madida resupinus harena
Calcitrat: ardescunt germani cæde Bimembres:
Certatimq; omnes uno ore arma, arma loquunt.
Vina dabant animos: & prima pocula pugna
Missa uolant: fragilesq; cadi, curuiq; lebetes,
Res epulis quōdam; nunc bello, & cædibus. aptæ.
Primus Ophionides Amycus penetralia donis
Haud timuit spoliare suis: & primus ab æde
Lampadibus densum rapuit finale corruscis:
Elatumq; alte, ueluti qui candida tauri

¶ Sacrifica



Lactāt

Raph. ¶ Deſertū ut Neſtora: ut in octauo Iliados narrat Homerus. Cum Neſtor una cū aliis Gręcis fulmine iouis territis fugere non poſſet, q unus ex ipſius equis foret ab Alexandro Catapulta uulneratus, facile fuiſſet ab Hectore opp̄ſſus, niſi re cognita Diomedes & clara uoce, Vlyſſem inclamaſſet ad opē ſeni ferēdā: & nihilominus illo fugiente ſolus ipſe Neſtorē ab impetu hectoris ptexiſſet: ac in ſuū currū; recepiſſet. ¶ Proditꝰ a ſocio ē: ab ulyſſe fuit derelictꝰ. Qui autē; ſocios in pugna derelinquūt: ut proditores habent. ¶ Trepido: timido. Alludit āt ad uerba: quæ Diomedi attribuit Homerus. Quo fugis inqt ulyſſes Laertæ fili? Cur terga uertis? Cur cōmittis ut tāq imbellis ac timidus ī tergo uulneris? Mane hic mecum: mane du; a ſene amico trucem Hectorē arceamꝰ. ¶ Mortalia: res mortaliū. Hæc autem ſentētia eo pertinet: ut qui ferre opē noluit: ea idigere cogatur. ¶ En eget auxilio: q nō tulit: hoc de undecimo Iliados libro ſumptū ē. Nā (ut ibi ſcribit Homerus) cum ulyſſes Socū Hipaſi filiū iterfeciſſet: Troianorum turba ī illum ſic impetū; fecit: ut & ſe retroferre: & ſuorū auxiliū iplorare ſit coactus: cū iam Soci haſta fuiſſet uulneratꝰ. Aiax igitur a Menelao admonitus ſcuto illum accurrens a ui hoſtium intrepide ptexit. ¶ Vulnuſq; tuū;: nam latus illius haſta traiecerat Socus. ¶ Hector adeſt: aduenit. ¶ Deos: Deorū: in primiſq; iouis auxiliū. Nā (ut ſcribit Homerꝰ) ſe iouis filium eē iactabat Hector. ¶ Nō tu tātum: emphaſis eſt. Intelligitur enim quod nō exprimitur. Non tantum tu: qui es omnium timidiſſimus terreris impetu Hectoris: ſed etiam fortes. Eſt aūt apoſtrophe contēptus plena. ¶ Tantum trahit ille timoris: acclamatio eſt. ¶ Ingēti pōdere: maximo ſaxo. Nā (ut in decimoquarto Iliados uolumine legitur) cum hector haſtā in aiacē feciſſet: neq; uulneraſſet: Aiax ipē ſublato maximo ſaxo pectus illius ita percuſſit: ut cum ingēti armorū ſtrepitu in terrā caderet. ¶ Hunc ego poſcētem: prouocantē. Id autem ex. vii. Iliados libro eſt notū: ibi nāq; ſcribitur Hector Heleni uatis exhortatiōe Gręcos omnes ad ſingulare certamen prouocaſſe. Ac cū hi nouē Gręcorū fortiſſimi, Agamēnon, Diomedes, duo aiaces: Idomeneus: Meriones: Eurypylus Euemonis filiꝰ, Thoas andræmonides: Vlyſſes Neſtoris exhortatione: inter ſe forent ſortiti qs ipſorū cū Hectore pugnare deberet: Aiax ſorte ſe Hectori obiecit: qui cum adueniēte nocte e pugna æquali cū honore diſcederēt: ſe inuicē; muneribus ſunt pſecuti. Na; Hector aiaci gladiū: cōtra aiax Hectori baltheum dono dedit. ¶ Sorteq; meam nouiſtis achiui: hoc quoq; ab Homero ſumptū eē uidetur: q ſcribit achiuos ſublatis in altum oculis, manibuſq; his pcibꝰ ad iouē; uſos fuiſſe. Iuppiter pater da ut aiacis telamōii: aut aiacis Oilei: aut agamēnōis forti ſit locus: atq; ita euenit ut aiacis id qd maxime optabāt: ſors proferretur. ¶ Vouiſtis: ergo uoto, optaſtis: tāetſi nouiſtis fere legat. Et ueſtrę ualuere p̄ces: nam ut optauerāt: ſors aiacis prima prolata eſt: ut cū Hectore pugnaret. ¶ Nō ſum ſupatꝰ ab illo: pari nāq; gloria uterq; ex ea pugna receſſit. ¶ Ecce fe. Tro. hec quoq; in qnto decimo Iliad. deſcribit Home. ¶ Iouēq; auxiliū iouis hectori fauētis. ¶ Nēpe ego: ſolus aiax aliis græcorū ducibus pterritis claſſem ab igni bꝰ hoſtium ptexiſſe ab Homero quoq; ſcribit. ¶ Quod ſi uera licet: arroganter nimiū ōtra artis oratorię p̄cepta hæc quoq; dīr. ¶ Cōferat his ithacus Rheſu;: his geſtis meis ōparet ulyſſes: quē cū quodam contēptu ithacū aiax appellat. Rheſus aūt rex fuit Thraciæ: qui (ut ſcribit Homerus) cum in auxilium Troianorū cū candidiſſimis equis ueniſſet: a Diomede & ulyſſe ea ipſa nocte: qua ad troiā puenerat, fuit interēptus. ¶ Imbellēq; Dolona: Dolon (ut idē ſcribit Homerus) Eumenidis p̄conis filius: cū ſpeculator ad caſtra Gręcorum ab Hectore miſſus eſſet: a Diomede ſimul & ulyſſe captus fuit & interfectus. ¶ Priamedēq; Helenum: Helenus Priami fuit filius: q a Diomede & ulyſſe captus fata Troianorū archana Gręcis reuelauit. ¶ Rapta cū Pallade: cū palladio: quod ulyſſes una cum Diomede rapuit.
Rheſus
Dolon
Helenꝰ

Haud tamen efficiet deſertum ut Neſtora crimen
Eſſe reat nullum: qui cum imploraret Vlyſſem,
Vulnere tardus equi, feſſuſq; ſenilibus annis,
Proditus a ſocio eſt: non hæc mihi crimina fingi,
Scit bene Tydides: qui nomine ſæpe uocatum
Corripuit: trepidoq; fugam exprobrauit amico:
Aſpiciunt oculis Superi mortalia iuſtis,
En eget auxilio, qui non tulit: utq; reliquit:
Sic linquendus erat: legem ſibi dixerat ipſe.
Conclamat ſocios: adſum, uideoq; trementem,
Pallentemq; metu: & trepidantem morte futura.
Oppoſui molem clypei: texiq; iacentē,
Seruauiq; animam (nimium eſt hoc laudis) inertem:
Si perſtas certare: locum redeamus ad illum.
Redde hoſtes, uulnuſq; tuum: ſolitumq; timorē
Poſt clypeumq; late: & mecum contende ſub illo.
At poſtq̄ eripui: cui ſtandi uulnera uires.
Non dederant: nullo tardatus uulnere fugit.
Hector adeſt: ſecumq; Deos in prælia ducit:
Quaq; ruit, non tu tantum terreris Vlyſſe:
Sed fortes etiam, tantum trahit ille timoris,
Hunc ego ſanguineæ ſucceſſu cædis ouantem
Eminus ingenti reſupinum pondere fudi.
Hunc ego poſcentem cum quo concurreret, unus
Suſtinui, ſortemq; meam uouiſtis Achiui.
Et ueſtræ ualuere preces: ſi quæritis huius
Fortunam pugnæ: non ſum ſuperatus ab illo.
Ecce ferunt Troes, ferrumq;, ignesq;, Iouemq;
In Danaas claſſes: ubi tunc facundus Vlyſſes.
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes
Spem ueſtri reditus, date pro tot nauibus arma.
Quod ſi uera mihi licet dicere: quæritur iſtis
Quam mihi maior honos: coniunctaq; gloria nr̄a eſt,
Atq; Aiax armis: non Aiaci arma petuntur.
Conferat his Ithacus Rheſum, imbellemq; Dolona,
Priamidenq; Helenum rapta cum pallade captum.

Luce nihil gæſtum eſt, nihil eſt Diomede remoto.
Si ſemel iſta datis meritis tam uilibus arma:
Diuidite:& pars ſit maior Diomedis in illis.
Quo tamen hæc Ithaco? qui clam, qui ſemper inermis
Rem gerit:& furtis incautum decipit hoſtem.
Ipſe nitor galeæ claro radiantis ab auro
Inſidias prodet: manifeſtabitq; latentem.
Sed neq; Dulichius ſub achillis caſſide uertex
Pondera tanta feret: nec non onerosa, grauiſq;
Pelias haſta poteſt imbellibus eſſe lacertis.
Nec clypeus uaſti cælatus imagine mundi
Conueniet timidæ: natæq; ad furta ſiniſtræ.
Debilitaturum: quid te petis improbe munus?
Quod tibi ſi populi donauerit error achiui:
Cur ſpolieris erit: nō cur metuaris ab hoſte.
Et fuga, qua ſola cunctos timidiſſime uincis,
Tarda futura tibi eſt geſtamina tanta trahenti.
Adde quod iſte tuus tam raro prælia paſſus
Integer eſt clypeus: noſtro qui tela ferendo
Mille patet plagis: nouus eſt ſucceſſor habendus.
Denique quid uerbis opus eſt? ſpectemur agendo.
Arma uiri fortis medios mittantur in hoſtes:
Inde iubete peti:& referentem ornate relatis.
Finierat Telamone ſatus: uulgiq; ſecutum
Vltima murmur erat: donec Laertius heros
Aſtitit: atq; oculos paulum tellure moratos
Suſtulit ad proceres: expectatoq; reſoluit
Ora ſono (neq; abeſt facūdis gratia dictis.)
Si mea cum ueſtris ualuiſſent uota Pelaſgi:
Non foret ambiguus tanti certaminis hæres:
Tuq; tuis armis: nos te poteremur Achilles.
Quem quoniam nō æqua mihi, uobiſq; negarunt
Fata (manuq; ſimul ueluti lachrymantia terſit
Lumina) quis magno melius ſuccedit achilli:
Quā per quem magnus Danais ſucceſſit achilles?
Huic modo ne proſit: quod ut eſt hebes, eſſe uidetur:
Ne ue mihi noceat: quod uobis ſemper achiui
Profuit ingenium: meaq; hæc facūdia, ſi qua eſt,
Quæ nūc pro domino, pro uobis ſæpe locuta eſt
Inuidia careat: bona nec ſua quiſq; recuſet.
Nam genus,& proauos,& quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra uoco. Sed enim quia rettulit aiax
Eſſe Iouis pnepos: noſtri quoq; ſanguinis auctor
Iuppiter eſt: totidemq; gradus diſtamus ab illo.
Nam mihi Laertes pater eſt, Acriſius illi,

Raph. ¶ Quo tamē hæc Ithaco: arma achillis icōmodo ulyſ
ſi futura oſtēdit aiax. ¶ Quo ad quid: ad quem finē:
petitur autem uerbum eſt ſubaudiendū. ¶ Et furtis:
Dulchiū dolis, fraudibus, iſidiis. ¶ Dulichius uertex: ulyſſis ca
put. Nam Dulichium iſula eſt Ithacę uicina. ¶ Nec nō
onerosa: ordo eſt & ſen
ſus: Et Pelias haſta nō
poteſt eſſe non onerosa
& grauis imbellibus la
certis. ¶ Nec clype⁹ ua
ſti: in clypeo achillis (ut
ſcribit Homerus) quatu
or elemēta ſculpta uide
bantur. ¶ Quod tibi ſi
populi: hoc quoq; cōtra
artis pręcepta ab aiace
dictum eſt. Neq;.n. er
ror iudicib⁹ fuit obiicien
dus. ¶ Trahēti: pprie
dixit. Illa enī trahimus:
quæ geſtare non poſſu
mus. ¶ Viri fortis: achil
lis. ¶ Vulgiq; ſecutū ul
tima murmur erat: nam
pplūs murmure ſuo aia
cis dicta approbare ē ui
ſus. ¶ Aſtitit: ſurrexit.
¶ Atq; oculos paulum
tellure moratos: Imitat
Homerū Ouidi⁹, q ulyſ
ſem ſtetiſſe oculis in ter
rā defixis, imotoq; ſce
ptro, priuſq̄ illā eloquē
tiæ pcellā effunderet,
ſcribit. ¶ Si mea cū ue
ſtris artificioſiſſima ulyſ
ſi attribuitur oratio, ut p
ſonæ decorū ſeruet. Nā
ulyſſes cū ab aliis, tum
ab Homero iter eloquē
Vlyſſis oratio tiſſimos numeratur.
Quare & affectus ſta
tim ī exordio mouet, &
ſua ſine ulla arrogantia
amplificat, & ab aduer
ſario obiecta ita refellit
ut illū in maximū addu
cat cōtemptū, ac deni. p
principibus pſuadeat,
ſe arma achillis q̄ aiax
magis meruiſſe. Princi
piū aūt a beneuolentia
ſumptū eſt. Se enim cū
aliis græcis ſemp optaſ
ſe ait ſalutē achillis, per
quod ſignificat ſe uehe
mēter, illius morte dole
re, qui græcis oībus gra
tiſſimus fuiſſet. ¶ Tu
q; tuis ar. poteretis, ac
poſſideres, & frueretis
ſubaudiaſ. Eſt enim hy
pozeuma. Poteremur
autē legendū eſt, ut ſit
tertiæ coniugationis: ita uerſu exigente. Hac autē apo
ſtrophe ad achillē animos auditorum ad fletum inuo
uat. ¶ Manuq; ſimul: hęc ex perſona poetę dicuntur.
Ex arte autem finxit ſe flere ulyſſes: quo facilius pſua
deret ſe morte Achillis graui dolore fuiſſe affectum.
¶ Quam per quē magnus Danais: hoc eſt q̄ is cuius
opera achilles ad bellū
Troianū deductus eſt:
is autē ulyſſes fuit. Nā
ut ipſe paulo poſt narrat
cū Thetis mater achil
lis cognoſceret filiū in
bello Troiano periturū:
illum uirginis habitu or
natū Lycomedi Scyri i
ſulę regi una cū filiabus
ipſius educandū com
mendauit, ut tantiſper
apud eū in uirgineo ha
bitu lateret: dū Troia
foret deleta. Cū uero ſi
ne Achille Troia capi
nō poſſet: nec uſq̄ iueni
retur: Vlyſſes id quod
erat ſuſpicatus, mercib⁹
quibus fœminæ capiū
tur: gladiū: ſcutumq; ac
galeā imiſcens ad Lyco
medē ſe cōtulit: ubi mer
cib⁹ illis expoſitis achil
les gladiū ac ſcitum alia
negligens tractare cœ
pit: ex quo cognitus ad
bellū Troianū fuit de
ductus. ¶ Huic modo
ne proſit: aduerſariū ut
hebetem ac ingenio tar
dum: omniq; facūdia ca
rentem in contemptum
adducit. ¶ Si q̄ c: ex ar
te ſuā eloquētiam exte
nuat ulyſſes: ne in ſe in
uidiā: odiumq; audito
rū trāſferat. ¶ Inuidia
careat: nam aiax in inui
diam ulyſſis eloquētiā
adducere conatus eſt:
cū dixit. Tutius eſt fi
ctis uerbis cōtendere q̄
manu pugnare. ¶ Bo
na ſua: propria uel na
tura data: uel induſtria
comparata. ¶ Sed enī
quia rettulit aiax eſſe io
uis pnepos: figurata &
poetica eſt hæc locutio.
In ſoluta nāq; oratione
accuſatiuo uteremur: di
ceremuſq; aiax rettulit
ſe eſſe Iouis pronepo
tem. ¶ Acriſius illi: duo Acriſii duo
fuerūt nobiles acriſii &
hic Iouis filius ac ulyſ
ſis auus: & alter abātis
argiuorū regis filius ac
Danaes pater. legitur etiam Areeſius.

¶ Neq; in



Iuppiter. huic: neq; in his quiſq̄ damnatus,& exul.
Eſt quoq; per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas. Deus eſt in utroq; parente:
Sed neq; materno q ſum generoſior ortu,
Nec mihi q pater eſt fraterni ſanguinis inſons:
Propoſita arma peto: meritis expendite cauſam.
Dummodo q fratres Telamon Peleuſq; fuerunt:
Aiacis meritum non ſit: nec ſanguinis ordo.
Sed uirtutis honor ſpoliis quæratur in iſtis.
Aut ſi proximitas: primuſq; requiritur hæres.
Eſt genitor Peleus: eſt pyrrhus filius illi:
Quis locus aiaci? phthiam hæc, Scyronq; ferantur.
Nec minus eſt iſto Teucer patruelis achilli.
Non petit ille tamen. num ſi petat auferat illa?
Ergo operum quoniam nudum certamen habetur:
Plura quidem feci: q̄ quæ comprendere dictis
In promptu mihi ſit: rerum tamen ordine ducar:
Præſcia uenturi genitrix Nereia leti
Diſſimulat cultu natum(& deceperat omnes,
In quibus Aiacem) ſumptæ fallacia ueſtis:
Arma ego fœmineis animum motura uirilem
Mercibus inſerui: neq; adhuc proiecerat heros
Virgineos habitus: cum parmam, haſtamq; tenenti
Nate Dea (dixi) tibi ſe peritura reſeruant
Pergama. quid dubitas ingentem euertere Troiam?
Iniecīq; manum: fortemq; ad fortia miſi:
Ergo opera illius, mea ſunt. Ego Telephon haſta
Pugnantem domui: uictum, orantemq; refeci:
Quod Thebæ cecidere, meum eſt: me credite Leſbon,
Me Tenedon, Chryſenq;,& Cillam Apollinis urbes:
Et Syrum cepiſſe: mea concuſſa putate
Procubuiſſe ſolo Lyrneſſia mœnia dextra:
Vtq; alios taceam: qui ſæuum perdere poſſet
Hectora nēpe dedi: per me iacet Inclytus Hector.
Illis hæc armis, quibus eſt inuentus Achilles:
Arma peto: uiuo dederā, poſt fata repoſco:
Vt dolor unius Danaos peruenit ad omnes,
Aulidaq; Euboicam complerunt mille carinæ:
Expectata diu nulla, aut contraria claſſi
Flamma ſunt: duræq; iubent agamemnona ſortes
Immeritam ſæuæ natam mactare Dianæ.
Denegat hoc genitor: diuiſq; iraſcitur ipſis.
Atq; in rege tamen, pater eſt: ego mite parentis
Ingenium uerbis ad publica commoda uerti.
Nunc equidem fateor: faſſoq; ignoſcat atrides:

Raph. ¶ Neq; in his qſq̄ dānatus & exul: Peleū achillis prez
notat ulyſſes: q a phoco fratre interfecto ab aeaco pre
in exiliū fuit expulſus. ¶ Eſt quoq; p ma. Anticlia ma
ter ulyſſis filia fuit pmi Sinōis Mercurii filii. ¶ Phthiā
Scyrōq; fe. Phthiā ad peleū, Scyrō ad Pyrrhū achillis
filium ex Deidamia ly
comedis filia. ¶ Ergo
opeꝝ qm: Q m ingt qō
eſt ſola uter noſtrū plu
ribus: ac maiorib⁹ meri
tis gręcoꝝ exercitū affe
cerit, non oīa q̄ geſſi re
ferre poſſum. ¶ Pręſcia
uēturi: hinc icipit merita
ſua cōmemorare ſine ul
la arrogantia ulyſſes.
Thetis ¶ Genitrix Ne. Thetis
nerei filia, materq; achil
lis ut & Home. & pleri
q; poetaꝝ aſſerūt. Sui
Variæ de mr̄e achillis opiniones das uero, Ariſtoteles &
Dionyſius chalcidenſis
ſcribūt achillē ex Theti
de chirōis filia natum.
deimach⁹ āt ex philome
la actoris filia. ¶ Diſſi
mulat cultu natū: hī ē ha
bitu ſimulat achillē non
eē pueꝝ, ſed puellā. In
qb⁹: iter quos. ¶ Arma
gladiū: haſtā, parmam.
¶ Proiecerat: depoſue
rat. ¶ Ad for. ſubaudia
m⁹ gerēda. ¶ Ergo opa
illi⁹ mea ſūt: colligit ulyſ
ſes oīa q̄cūq; geſſit achil
les, ſibi eē aſcribēda, cū
illū latitāte deprehēde
rit: ad bellūq; troianum
adduxerit. A cā. n. effe
ctus ſeparari nō poteſt.
Telephus ¶ Ego telephon haſta:
Teleph⁹ herculis filius
ex Auge nympha rex
fuit Lycię: q cū reſiſtere
græcis ab achille in fe
more fuit pcuſſus: ac de
inde iterato uulnere (ut
in ſuperiorib⁹ dixim⁹) ſa
Thebę natus. ¶ Quod Thebę
cecidere meū eſt: de the
bis cilicię patria andro
maches itelligendū eſt.
Nā eas diripuit achilles
Leſbos ¶ Me credite Leſ. Leſ
bos iſula eſt clara Alcęi
carminib⁹ & Sapph⁹.
¶ Chryſenq; & Cillā:
Chryſe Chryſe urbs ē troadis
ppe Lemnū apollini ſa
crata: quā expugnauit
achilles: cū p Troianis
ſentiret. Sunt tñ & aliæ
urbes hoc noīe & loco.
Eſt. n. urbs i Helleſpōto inter Ophryniū & abydum.
Eſt ēt promontoriū Leſbi in Tenedū uergens. Eſt &
Bithyniæ urbs & Cariæ. Cilla quoq; urbs eſt Troa
dis apollini ſacra a Græcis direpta. ¶ Et Syrū: Syros Syros
abſq;. c. inſula eſt Ioniæ cū urbe eiuſdem nōis. Nā Scy
ros per. c. patria eſt Lycomedis. Tam & ſi Seſtō forſi
tan nō inepte legeretur
Eſt enim Seſtus urbs Seſtus
Helleſponti notiſſima.
¶ Lyrneſia mœ. Lyr Lyrneſia
neſus urbs fuit troadis:
unī briſeida rapuit achil
les. ¶ Sæuū Hectora:
magnū, terribilē. illū. n.
ex arte laudat Vlyſſes,
ut ide maior achillis, q
cuius ſuperauit: gloria co
gnoſcatur. ¶ Viuo de
derā arma: cū ea merci
bus inſerui. Tunc enim
primum arma tractare
cœpit achilles. Hic au
tem eſt epilogus primi
meriti ulyſſis, quo achil
lem in bellum miſit.
¶ Poſt fa. poſt mortē.
¶ Vt dolor unius: ſecū
dū exponit meritū ulyſ
ſes, quo pbat ſe armis
achillis digniorē eſſe q̄
aiax. Nā cū mille Grȩco
rū naues ad aulida con
ueniſſent, ide tempeſta
tibus impediti ſoluere
nō poterant. Quare cō
ſulti uates reſponderūt
Dianam ſanguine filiæ
Agamemnonis eſſe pla
candam. Nam agamem
non illius ceruā impru
dens necarat: cum uero
pater filiam immolari
nollet, ui eloquētię ulyſ
ſis expugnatus ē, ut pu
blicam utilitatem priua
tæ anteponeret charita
ti. Miſſus quoq; ad cly
temneſtrā non minore
arte ab ea filiam abdu
xit: quæ niſi perfeciſſet
ulyſſes, claſſis Grȩcorū
nunq̄ ab aulide profe
cta fuiſſet. ¶ Vt dolor
unius: poſtq̄ dolor uni
us Menelai, quē ex He
lena uxore ſibi ablata
capiebat, omnes grȩcos
commouit. ¶ Aulidaq;
Euboicam: Aulis Bœo
Aulis tiæ urbs eſt iuxta Chal
cidem, portum habens
ampliſſimum conueni
tu mille nautum græco
rum nobiliſſima. ¶ At
q; in rege tamen pater
eſt: paterna charitas: ¶ Tenui: obtinui.

Raph. ¶Difficilē cām: ꝑpter iniquū iudicē. Nā agamēnō magis priuata charitate, ꝗ publica utilitate moueri uidebat. ¶Sūma: ptās. ¶Laudē ut cū ſanguine pēſet: gloriā. Hęc aūt oīa ab ulyſſe fuerūt agamēnoni cōmemorata: publica utilitas, Menelaus frater, ac ſūma ptās illi data. ¶Mittor & il. ulyſſes (ut Home. quoqȝ ſcribit) una cū Menelao ad Helenā repetendā orator ad priamum miſſus ē. ¶Et itra, ē: ꝑticipiū ꝯtra grāmatices rōnē poetica licētia formatū. ¶Plenaqȝ adhuc erat illa uiris: ſignificat ſe nō noctu, ſed īterdiu cū adhuc curia uiris eēt plēa, itrepide regē priamū adiſſe. ¶Prædāqȝ: ꝑdā appellat: q̄ una cū helena aſportauerat paris. ¶Priamoqȝ antenora iūctum: nā antenor ſemp cēſuit Helenā Menelao eſſe reddendam. ¶Sub illo: ī illo tēpore. ¶Spatioſi bel. diuturni ac lōgi: & in decimū uſqȝ annum protracti. ¶Poſt acies pri. poſt prima pſlia. ¶Demū: ſolū. ¶Quis tuus uſus erat: quæ tua græcia utilitas erat. ¶Ecce iouis monitu: aliud cōmemorat in græcos meritū ulyſſes. Nā (ut Home. in ſecūdo Iliados narrat) Iuppiter ꝑ ſomnū agamemnonē admonuit: ut toto exercitu cū Troianis cōfligeret: Futurū. n. ut uictoriā adipiſceret. Agamēnon uero ut ſuorum aīos tētaret conuocatis ad cōcionē Græcis ſinxit ſe in ſomnis a Ioue admonitū: ut Gręciam cū toto exercitu repeteret: Troiā eni nulla ratione capi poſſe. Quare cum oēs deducerent naues: ut redirēt ī patriā, Vlyſſes id diſſuadere principib' cœpit: tantūqȝ eloquētia ualuit: ut oēs mutare ſnīa coegerit. ¶Auctor: Iouis auctoritate. ¶Non ſinat hoc aiax: pulchra ironia ꝗ ſignificat Vlyſſes aiacē nulla ꝑditū eloquētia illud ꝓhibere nō potuiſſe. ¶Decedat, dicat aliqd propo nat aliqd cōſiliū qd turba ſequat. ¶Non erat hoc nimium: Aiaci ingētia magna ſp iactāti hoc nimium non erat. ¶Quid qd & ipſe fugit: fugere uoluit. ¶Inhoneſta ue: īhoneſte ac turpiter: nomē. n. ꝓ aduerbio poſitū eſt. Vela aūt legendū eſt: non bella: ut fere in exemplaribus ē deprauatū. ¶Quid facitis: hæc ex ea oratiōe ſumpta ſunt: quā Homerus artificioſiſſimā Vlyſſi attribuit. ¶Cōcitat dimittere: ut dimittatis in ſoluta oratione diceretur. ¶Captā troiā: non quę re uera capta eſſet: ſed quę in eo erat ut facile capi poſſet. Nam apud Homerū colligit ulyſſes futurum eſſe ut Troia decimo āno quo uolebāt recedere: oīno capiat. ¶In quæ: ad q̄. ¶Dolor ipſe diſertum: ex arte eloquētiam ſuā ulyſſes in dolorē refert quo arrogantiam uitet: & magis ſibi græcos cōciliet: quorū dedecore ſe maximo affectū dolore fuiſſe ait. ¶Profugā de claſſe: ad fugiēdū parata. ¶Conuocat atrides: Agamēnō. Hoc quoqȝ de Home. ē ſumptū. ¶Telamoniades: Aiax Telamōis filius. ¶Inceſſere: prouocare. ¶Dictis: ꝯuitiis: ut ex. ii. Ili. li. patet. ¶Therſites quo nemo deformior: nemo lingua ꝓteruior in græcoꝶ exercitu fuiſſe ab Home. ſcribit: cū agamemnonē quoqȝ conuitiis inceſſiſſet: ab Vlyſſe ſceptro grauiter fuit perculſus. ¶Refundo: in aīos eorum remitto. ¶Reparo: reſtituo. Quāquā in qbuſdā exēplaribus repoſco legatur. ¶Tpe ab h. eleganter colligit Vlyſſes quęcunqȝ aiax fortit fecit poſteaq̄ eū cū aliis a fuga reuocauit: ſibi eē aſcribēda.

Intrata

Demum

Therſites

Difficilem tenui ſub iniquo iudice cauſam.
Hunc tamen utilitas populi, fraterqȝ, datiqȝ,
Summa mouet ſceptri: laudem ut cū ſanguine penſet.
Mittor & ad matrem: quæ non hortanda, ſed aſtu
Decipienda fuit: quo ſi Telamonius iſſet.
Orba ſuis eſſent etiam nunc lintea uentis:
Mittor & Iliacas audax orator ad arces:
Viſaqȝ & intrata eſt altæ mihi curia Troiæ:
Plenaqȝ adhuc erat illa uiris. interritus egi,
Quam mihi mandarat communis Græcia cauſam:
Accuſoqȝ Parin: prædamqȝ, Helenamqȝ repoſco:
Et moueo Priamum: priamoqȝ Antenora iunctum.
At paris, & fratres, & qui rapuere ſub illo.
Vix tenuere manus (ſcis hæc Menelae) nefandas.
Primaqȝ lux noſtri tecum fuit illa pericli.
Longa referre mora eſt: quæ conſilioqȝ, manuqȝ
Vtiliter feci ſpacioſi tempore belli.
Poſt acies primas, urbis ſe mœnibus hoſtes
Continuere diu: nec aperti copia Martis
Vlla fuit, decimo demum pugnauimus anno.
Quid facis interea: qui nil niſi prælia noſti?
Quis tuus uſus erat? nam ſi mea facta requiris:
Hoſtibus inſidior, foſſas munimine cingo:
Conſolor ſocios: ut longi tædia belli
Mente ferant placida: doceo quo ſimus alendi:
Armādi modo: mittor quo poſtulat uſus.
Ecce Iouis monitu deceptus imagine ſomni
Rex iubet incœpti curam dimittere belli.
Ille poteſt auctore ſuam defendere uocem.
Non ſinat hoc aiax: delendaqȝ pergama poſcat.
Quodqȝ poteſt, pugnet: cur nō remoratur ituros?
Cur non arma capit? det quod uaga turba ſequatur.
Non erat hoc nimium: nunq̄ niſi magna loquenti.
Quid? qȝ & ipſe fugit? uidi, puduitqȝ uidere,
Cum tu terga dares: inhoneſtaqȝ uela parares.
Nec mora? quid facitis? quæ uos dementia, dixi,
Concitat o ſocii captam dimittere Troiam?
Quidue domum fertis decimo niſi dedecus anno?
Talibus atqȝ aliis: in quæ dolor ipſe diſertū
Fecerat: auerſos profugā de claſſe reduxi.
Conuocat atrides ſocios terrore pauentes:
Nec Telamoniades etiam nunc hiſcere quicquam
Audit: & auſus erat reges inceſſere dictis
Therſites, etiā per me haud impune proteruus.
Erigor: & trepidos ciues exhortor in hoſtes:
Amiſſamqȝ mea uirtutem uoce repoſco
Tempore ab hoc quodcunqȝ poteſt feciſſe uideri
Fortiter iſte: meum eſt, qui dantem terga retraxi.
Deniqȝ de Danais quis te laudatue, petitue?
At ſua Tydides mecum communicat acta:

¶Eſt aliquid



Raph. ¶Eſt aliqd: modeſte loquitur ulyſſes. Innuit aūt pulchrū: ac glorioſum eē a tali uiro ſociū elegi. Nā Diomedes unū ex oībus græcoꝶ optimatibus ulyſſem ſociū delegit ad ſpeculādū Troianorum caſtra iturus: ut apte in decimo ſcribit Homerus. ¶Nec me ſors ire iubebat: ſignificat ſe ſpōte ſociū Diomedis iuiſſe ad ſpeculādū qd hoſtes in caſtris agerent, q̄ nocte & Dolonē: q & ipſe ad græcorum caſtra ſpeculator ueniebat, interemerūt: & Rheſū Thraciæ regē q auxiliū Troianis tulerat: una cū comitibus interfecerūt: ac equos candidos in ſua caſtra puſq̄ quicq̄ pabulorū troiæ guſtaret: abduxerūt: ut ex Homerico: Virgilianoqȝ carmine notiſſimū ēſt. ¶Auſum eadē quę nos: nā & ipſe ſpeculator ad caſtra græcorum fuerat miſſus. ¶Perfida troia: pfidi troiani. Eſt. n. metonymia: Nā ꝯtinens ꝓ ꝯtēto poſitū ē. ¶Specularer: explorarē: ingrerer. ¶Cuius equos ꝓtiū: Dolō noctu ad ſpeculādū qd hoſtes agerent miſſus: equos achillis ſibi ꝓ mercede dari ſi troiani uincerēt, depopoſcit. Eſt āt ordo Arma mihi eius uiri negate: cuius equos hoſtis Dolon ꝓ nocturna ſpeculatione popoſcerat. Illa uero ironia ulyſſes arma achillis & aiaci negāda: & ſibi adiudicanda eē oſidit. ¶Benignior: bnficētior: gratior. Ironicos aūt hęc quoqȝ dñr. ¶Quid lycii referā ſarpedōis: Sarpedō filius fuit Iouis ex Europa ac Minois frater. Hic cum rex eſſet Lyciæ: Troianiſqȝ faueret: multis ex eius ſociis ab ulyſſe cęſis a Patroclo tandem fuit interfectus. ¶Ceranō Iphitidē: Iphiti filiū. Fere aūt eos q hoc loco ab ulyſſe enumerāt: & Sarpedōis ſocios fuiſſe: & ab ulyſſe interfectos in quito Iliados ſcribit Homerus. ¶Veſtemqȝ manu diduxit: remouit a pectore: diuiſit. Hoc aūt ex poetę perſona eſt dictū. ¶Quid tamē hoc refert? ac ſi diceret nihil. Cōfutat enim ulyſſes id qd iactauerat aiax ſe ſolum faces Troianoꝶ a Gręcorum claſſe repuliſſe. Nā alii quoqȝ inquit, in primiſqȝ Patroclus: armis Achillis indutus reſtitit hoſtibus naues noſtras incēdere uolentibus. ¶Iouēqȝ: Iuppiter nāqȝ Hectori: Troianiſqȝ fauebat. ¶Neqȝ. n. benefacta maligne: ex arte ulyſſes: q aduerſario honeſto negare non poteſt: ita concedit: ut cum aliis tamē ea eſſe cōia aſſeueret. ¶Maligne detractare: cū quadam malignitate & uituperatione detrahere. ¶Modo ne cōmunia ſolus: dūmodo inquit aiax ea quę cōmunia ipſi nobiſcū ſūt: ſibi ſoli nō arroget. Qua grē ōrone ulyſſes & aiacē in inuidiā adducit: & ſibi principū Græcorū beneuolētiam conciliat. ¶Repulit Actorides: Patroclus actoris nepos armis achillis idutus ab Hectore fuit interfectus. Cū. n. achilles agamēnoni iratus ī aciē aduerſus hoſtes deſcēdere nollet: ꝓb' amicorū cōceſſit Patroclo: ut ſuis armis idutus Troianorū impetum retardaret: ¶Troas cum defenſore: Hectore. Troianorū nāqȝ defenſor fuit Hector. ¶Auſum etiā Hectoreis: Aiax (ut narrat Homerus) cū Hectore ſingulari certamine pugnauit: cū id ei forte ꝯtigiſſet: q̄ ex pugna uterqȝ ſine uulnere diſceſſit ab altero pernicioſis donatus muneribus. Hector quidem baltheo: quo ligatus circum Ilii mœnia fuit tract'. Aiax uero gladio: in quem incumbens ſeipſum interfecit. ¶Regis: Agamēnōis. ¶Duci: menelai. ¶Et prælatus munere ſortis. Colligit Vlyſſes nō uirtute, ſed ſorte aiacem cum Hectore contendiſſe. Cum enim nouem (ut diximus) ſe pugnaturos cum Hectore profiterentur: conſilio Neſtoris: factum eſt: ut ſortem quiſqȝ ſuam in galeam deiiceret: ac cuius prima educta foret is in certamen cum Hectore deſcēderet. ¶Et prælatus: antepoſitus aliis nulla re alia quam ſorte. ¶Sed tamen euentus: Cum quadam illiſione inſultat aiaci Vlyſſes: qui iactauerat ſe ſolum cum Hectore ſingulari certamine congredi auſum fuiſſe. ¶Fortiſſime: Ironicos eſt dictū. Qui tibi uideris fortiſſimus: cum non ſis.

Sarpedon

Actorides

Me probat: & ſocio ſemper confidit Vlyſſe.
Eſt aliquid de tot Graiorum millibus, unum
A Diomede legi: nec me ſors ire iubebat.
Sed tamen & ſpreto noctiſqȝ, hoſtiſqȝ periclo
Auſum eadem quæ nos, Phrygia de gente Dolona
Interimo: non ante tamen, q̄ cuncta coegi
Prodere: & edidici quid perfida Troia pararet.
Omnia cognoram: nec quid ſpecularer habebam:
Et iam promiſſa poteram cum laude reuerti:
Haud contentus eo, petii tentoria Rheſi:
Inqȝ ſuis ipſum caſtris, comiteſqȝ perimi.
Atqȝ ita captiuo uictor, uotiſqȝ potitus,
Ingredior curru lætos imitante triumphos:
Cuius equos pretium pro nocte popoſcerat hoſtis:
Arma negate mihi: fueritqȝ benignior aiax.
Quid Lycii referam Sarpedonis agmina, ferro
Deuaſtata meo? cum multo ſanguine fudi
Cæra non Iphitiden, Alaſtoraqȝ, Chromiumqȝ
Alcandrūqȝ. Haliumqȝ Noemonaqȝ, Pritaninqȝ:
Exitioqȝ dedi cum pheridamante Thoona,
Et Charopem, fatiſqȝ immitibus Eunomon actum:
Quiqȝ minus celebres noſtra ſub mœnibus urbis
Procubuere manu. ſunt & mihi uulnera ciues
Ipſo pulchra loco: nec uanis credite uerbis.
Aſpicite en (ueſtemqȝ manu diduxit) & hæc ſunt
Pectora ſemper (ait) ueſtris exercita rebus.
At nihil impendit per tot Telamonius annos
Sanguinis in ſocios: & habet ſine uulnere corpus.
Quid tamē hoc refert: ſi ſe pro claſſe pelaſga
Arma tuliſſe refert contra Troaſqȝ: Iouemqȝ!
Confiteorqȝ tulit (neqȝ enim benefacta maligne
Detrectare meum eſt) modo neç communia ſolus
Occupet: atqȝ aliquem uobis quoqȝ reddat honorem
Reppulit actorides ſub imagine tutus achillis
Troas ab arſuris cum defenſore carinis:
Auſum etiam Hectoreis ſolum concurrere telis
Se putat, oblitus regiſqȝ, duciſqȝ meiqȝ
Nonus in officio, & prælatus munere ſortis:
Sed tamen euentus ueſtræ fortiſſime pugnæ
Quis fuit? Hector abit uiolatus uulnere nullo.

Raph. ¶ Me miſerum: hæc lachrymas uidet̃ profudiſſe ulyſſes. ¶ Quãto dolore: cum, p̃poſito ſubaudiatur, ut cum quanto dolore intelligat̃. ¶ Graium murus: Græcorũ propugnaculũ. Eſt aũt metaphora, qua maxime achilles cõmendat̃. ¶ Referrem: reportarem corpus humo ſublatũ. Hoc aũt facto ſe maxĩe dignũ Achillis armis ulyſſes oſtendit. ¶ His humeris: idicans humeros ſuos hæc dicit ulyſſes. Eſt aũt pulchra anadiploſis, q̃ manifeſte ab aiace obiecta diluit, & ſe aptũ eẽ ad ea gerẽda arma oñdit. ¶ Laboro: exopto ſtudeo, enitor. ¶ Senſurus: cognoturus: itellectur⁹. ¶ Veſtros ho. cælaturã armorũ ſũmo cũ honore mihi a uobis adiudicãtog. ¶ Sci, licet idcirco: ironia qua, aiacẽ in cõtẽptuʒ ulyſſes adducit. ¶ Cerula mr: Thetis, q̃ cũ Hector Patroclo interfecto armis achillis foret potitus: rogauit uulcanum ut filio ſuo ſcutũ, galeã, tibialia, ac thoracẽ deceña fabricaret. Ille uero cũ aliã ſcutũ ea arte expoliuit: ut in eo cęlũ cũ quatuor elemẽtis ſpectarentur. Eorũ aũt artificiũ nõ intellectũ iri ab aiace ulyſſes aſſ̃cit cũ & igenio careat: & ci doctrina. ¶ Sine pe. igenio. ¶ Cælamina: cælaturam & ſculpturã. ¶ Oceanũ & terras: cælaturã clypei deſcribit. Quĩ ab Homero ſũptũ. ¶ Pleiadas hyadaſq;: ſic Home. πληιάδας θ' ὑάδας τε τό τε σθένος ὠρίωνος. ¶ Immunẽq; æquoris arctõ: Arctos minor ẽ urſa, ut ſupius quoq; diximus, q̃ currus quoq; (ut Homerus ſcribit) cognominat̃. Soluʒ aũt ex oĩbus hoc ſydus nunq̃ occidit & idcirco ab Homero quoq; æquoris expers dicitur eſſe. οἴη δ' ἄμμορος ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο id eſt. Hęc aũt ſola exps lauacrorũ Oceani. ¶ Diuerſaſq; ur. in ſcuto achillis duę diuerſæ urbes a Vulcão (ut narrat Homerus) cælatæ fuerũt quarũ altera pace frui, altera bello & obſidione pmi uidet̃. Nã in alteraa nuptię atq; cõuiuia celebrãtur, iudiciaq; exercẽtur: alterã duo exercitus & qdẽ iter ſe diſſidẽtes obſidere uident̃. ¶ Quid q̃d me: diuſſicab Aiace ſibi obiecta refutat ulyſſes: ut illũ in odiũ cõtẽptũq; adducat. Nam obiecta ſibi eẽ cũ achille cõmunia oſtẽdit. ¶ Ego ſum maturior illo: ego cit⁹ q̃ achilles ad bellũ ueni. ¶ Cũ tanto uiro: quantus fuit achilles. ¶ Neue in me ſtolide: Aiacẽ i cõtẽptuʒ adducit, q̃tãta ſit ſtultitia ut ea dixerit, q̃ i iudiciũ pudorẽ recidere poſſint. Nã ſiigt mihi turpe eſt accuſaſſe Palamedẽ: turpe itidẽ nobis ẽ eum dãnaſſe. Hęc ob duo ſe iuicẽ oſirmãt ac ſub eadẽ rõnem cadiũt. ¶ Ci, tradit. ¶ An falſo Palamedẽ: hoc enthymemate oſtẽdit ulyſſes nõ min⁹ principib⁹ grecis turpe fuiſſe Palamedẽ dãnare, q̃ ſibi accuſare. ẽ aũt ἀντίθετον quo maxĩe ethymemata exornãt. ¶ Sed neq; Nauplia. Palamedes Nauplii fil⁹. Se aũt Vlyſſes ita purgat: ut oſtẽdat Palamedẽ i manifeſta pditione fuiſſe dephẽſum: id qd principib⁹ quoq; grecis gratũ eẽ ſciebat: ne ino ẽrẽ dãnaſſe ſibiq; uideretur. ¶ Pretio: auro: qd in tẽtorio palamedis fuit deprehẽſũ: cũ illuc opera Vlyſſis foret iportatũ. ¶ Nec Pœã. q̃ de philoctete ſibi fũt obiecta reſellit ulyſſes: ac ſe oſtẽ ſu prĩcipũ in Lẽno iſula illũ reliqſſe ait. ¶ Eſſe re⁹ meruit: debeo accuſari. ¶ Cõſẽſiſtis. n. ut illũ in lẽno relinquerẽ cu rãdũ. ¶ Feros dolores: acerbos cruciat⁹. Quẽ quoniam uates: in fatis erat troiaʒ ſine herculis ſagittis (quæ philoctetę traditæ fuerãt) capi nõ poſſe. Idcircoq; oporte bat philoctetẽ cũ ſagittis ipſis bello Troiano intereſſe. ¶ Meli⁹ Telamonius ibit: pulchra irõnia aiacẽ deridet ulyſſes ut inertẽ atq; igenio eloquẽtiaq; carentem. ¶ Eloqoq;: eloquẽtia q̃ prſus caret. ¶ Aliq arte: aliqua fraude ꝗ tãdos ſtult & hebes. Hæc naq; oĩa ironice dicuntur.

Me miſerum, quanto cogor meminiſſe dolore
Temporis illius: quo Graium murus achilles
Procubuit: nec me lachrymæ, luctuſq;, timorq;
Tardarunt: quin corpus homo ſublime referrem
His humeris: his inq̃ humeris, ego corpus achillis
Et ſimul arma tuli: quæ nunc quoq; ferre laboro.
Sunt mihi, quæ ualeant in talia pondera uires,
Eſt animus certe ueſtros ſenſurus honores:
Scilicet idcirco pro nato cærula mater
Ambitioſa ſuo fuit: ut cæleſtia dona
Artis opus tantæ rudis, & ſine pectore miles
Indueret? neq; enim clypei cælamina nouit.
Oceanum, & terras, cumq; alto ſydera cælo
Pleiadas, Hyadaſq;, immunemq; æquoris arcton,
Diuerſaſq; urbes, nitidum Orionis enſem:
Poſtulat, ut capiat quæ non intelligit arma.
Quid? q̃ me duri fugientem munera belli
Arguit incœpto ſerum acceſſiſſe labori?
Nec ſe magnanimo maledicere ſentit achilli?
Si ſimulaſſe uocas crimen: ſimulauimus ambo,
Si mora pro culpa eſt: ego ſum maturior illo:
Me pia detinuit coniunx, pia mater achillem.
Primaq; ſunt illi data tempora: cætera uobis:
Haud timeo: ſi iam nequeam defendere crimen
Cum tanto commune uiro. deprenſus Vlyſſis
Ingenio tamen eſt ille: at non aiacis, Vlyſſes.
Neue in me ſtolidæ conuitia fundere linguæ
Admiremur eum: uobis quoq; digna pudore
Obiicit: an falſo Palameden crimine turpe eſt
Accuſaſſe mihi? uobis damnaſſe decorum?
Sed neq; Naupliades facinus defendere tantum
Tamq; parens ualuit: nec uos audiſtis in illo
Crimina. uidiſtis, pretioq; obiecta patebant,
Nec pœantiaden, q̃ habet Vulcania Lemnos
Eſſe reus merui: crimen defendite ueſtrum,
(Conſenſiſtis enim) nec me ſuaſiſſe negabo.
Vt ſe ſubtraheret bellíq;, uiæq; labori,
Tentaretq; feros requie lenire dolores,
Paruit: & uiuit: non hæc ſententia tantum eſt
Fida: ſed & felix cum ſit: ſat eſt eſſe fidelem.
Quem quoniam uates delenda ad pergama poſcunt
Ne mandate mihi: melius Telamonius ibit,
Eloquioq; uirum morbis, iraq; furentem
Mollĩet. aut aliqua perducet callidus arte.

¶ Ante



Raph. ¶ Ante retro Simois fluet: ante rerum natura mutabitur, q̃ nobis Aiacis ingeniuʒ prodeſſe poſſit. ¶ Et ſine frondibus: arboribus. A parte naq; totũ intelligimus. ſolertia ¶ Achaia: Græcia. ¶ Meo pectore: mea prudẽtia. ¶ Solertia: ingenii acumen. ¶ Sis licet infeſtus: apoſtrophe ad Philoctetẽ, qua ſignificat ſe Vlyſſes eloquentia ſua multum Græcorum reb⁹ prodeſſe poſſe, ac Philoctetem quemlibet ſibi iratum placaturum, ac ſecum ad Troianum bellu adducturũ pollicetur. ¶ Sociis: græcis. ¶ Regiq;: agamenoni. ¶ Execrere: deteſteris. ¶ Meumq; deuoueas ſine fine caput: Hoc eſt q̃uis aſſidue mihi mala impreceris, atq; ea omnia ſacias quæ ſolent a capitali bus inimicis fieri, & optaſſe te tamen eloquẽtia mea placabo. ¶ Te tñ aggrediar: uerbis & orõne: hoc eſt alloquar. ¶ Tãq; tuis potiar ſagittis: ſic in ptãte mea tuas ſagittas habebo ut habui & Helenũ uateʒ egregiũ, & Palladiũ q̃ niſi hoſtibus abſtuliſſem, troia nũq̃ capi potuiſſet. Ex arte autẽ ulyſſes ea repetit merita q̃ exercitui Græcorũ gratiſſima fuerũt. ¶ Faueat fortũa: dũmodo ſubintelligat̃. ¶ Dardanio uate: periphraſis eſt Heleni uatis egregii. Naʒ helenus Priami fuit filius uaticinãdi arte inſignis, ut ex carmine quoq; Virgiliano eſt notum. Qui ab Vlyſſe captus oĩa Troianorũ fata reuelare coact⁹ eſt. ¶ Retexit: aperuit. ¶ Signum penetrale Phrygię Mineruæ: palladium, quod ulyſſes una cũ Diomede cęlis ſumme cuſtodib⁹ arcis rapuit: cũ oraculũ eſſet, capi troiam non poſſe q̃diu in ea palladiuʒ ipm ſeruaret. ¶ Et ſe mihi cõparat aiax: affectui, & indignatiõi ſeruit illa & copula. ¶ Nempe capi troiam: artificioſe in commemoratione palladii ablati imoratur ulyſſes, cum ſine illo troia capi non poſſet, nec ſine maximo periculo troianis auferri. ¶ Per excubias: per uigilias & cuſtodias hoſtium. Ex arte autem exagerat hoc factum ulyſſes: ut oſtendat ſe auctorem fuiſſe troiæ capiundæ. ¶ Sua æde: ſuo templo. ¶ Læua: manu ſiniſtra. ¶ Taurorum tergora ſeptem hoc eſt ſcutuʒ ſeptem coriis boum tectum. ¶ Illa nocte mihi: ſe rapiẽdo palladium ulyſſes colligit auctorem fuiſſe uictorię troianæ. ¶ Tydidẽ meum: Diomedem mihi amicum. ¶ In illo: Palladio a nobis rapto. ¶ Minorem: inferiorem. ¶ Sapiente: eloquente. Omnis enim eloquens, ſapiens eſſe exiſtimatur. ¶ Pro claſſe: pro claſſis defenſione. ¶ Indomitę dextrę uiribus ratione carentib⁹ ac temeritati. ¶ Ipſe quoq; hæc peteret: arma achillis. ¶ Moderatior Aiax, Oilei filius, qui iter fortes ab Homero numeratur. Ex arte autẽ ſibi iudices conciliat ulyſſes. illos: tuʒ a modeſtia, tum a uirtute laudando. ¶ Eurypyluſq; ferox: Eurypyli duo ad bellum troianum profecti ſunt: alter Herculis filius ex Cos inſula augurio inſignis: alter Euæmonis filius ex Ormenio urbe qui (ut ſcri. Homerus) cum quadraginta nauib⁹ in expeditionem troianã Agamemnona eſt ſecut⁹. Is cum uiribus plurimum poſſet, arma tamẽ achillis non popoſcit. ¶ Claroq; Andremõe natus: piphraſis thoantis. Nam (ut in. il. narrat Homerus) Thoas Andremonis filius princeps aetolorum ad belluʒ troianum cum quadraginta nauibus eſt profectus. ¶ Nec minus Idomene⁹: nec non etiam. Idomeneũ aũt Lyctiũ fuiſſe, ac Cretẽſibus ipſaſſe, i expeditione q; troiana una cum Merione, quo auriga utebat fortiſſime ſe geſſiſſe, & homeri & Virgilii carminib⁹ notiſſimum eſt. ¶ Prima eadẽ: ambo naq; Lyctii fuerũt. ¶ Peteret maioris frater Atridæ: Menelaus Agamemnonis frater. ¶ Nec ſunt ti. Mar. ſe. neq; te ſunt pugnando inferiores. ¶ Conſiliis me. meæ prudentiæ. ¶ Ingenium quod eget mo. no. ſed cõſiliõ ſubintelligat̃. Vires n. corpis aiaci cõcedit ulyſſes. Cęterũ ſe cõd ingenio quod ſuo regimine indigeat, illum pditũ eſſe ait. ¶ Sine mente: ſine ingenio, & prudentia. Eſt autem pulchra comparatio, qua ſe Vlyſſes aiace multo præſtantiorem eſſe oſtendit. ¶ Mihi cura futuri: ego inquit proſpicio futura, quod nemo niſi prudentia pollens facere poteſt.

Ante retro Simois fluet, & ſine frondibus Ide
Stabit: & auxilium promittet Achaia Troiæ:
Quam ceſſante meo pro ueſtris pectore rebus
Aiacis ſtolidi Danais ſolertia proſit.
Sis licet infeſtus ſociis, regiq;, mihiq;
Dure philoctete: licet execrere, meumq;
Deuoueas ſine fine caput: cupiaſq; dolenti
Me tibi forte dari. noſtrumq; haurire cruorem:
Te tamen aggrediar. mecumq; reducere nitar
Vtq; tui mihi, ſic fiat tibi copia noſtrum:
Tamq; tuis potiar (faueat fortuna) ſagittis:
Quam ſum Dardanio, quem cœpi: uate potitus,
Quam reſponſa Deum, Troianaq; fata retexi
Quam rapui Phrygiæ ſignum penetrale Mineruæ
Hoſtibus e mediis. & ſe mihi comparat Aiax.
Nempe capi Troiam prohibebant fata ſine illo.
Fortis ubi eſt Aiax? ubi ſunt ingentia magni
Verba uiri? cur hic metuit? cur audet Vlyſſes
Ire per excubias? & ſe committere nocti?
Perq; feros enſes, non tantum mœnia Troum:
Verum etiam ſummas arces intrare, ſuaq;
Eripere æde Deam raptamq; auferre per hoſtes:
Quæ niſi feciſſem, fruſtra Telamone creatus
Geſtaſſet læua taurorum tergora ſeptem:
Illa nocte mihi Troiæ uictoria parta eſt:
Pergama tunc uici: cum uinci poſſe coegi
Deſine Tydiden, uultuq;, & murmure nobis
Oſtentare meum pars eſt ſua laudis in illo.
Nec tu, cum ſocia clypeum pro claſſe tenebas:
Solus eras: tibi turba comes. mihi contigit unus,
Qui niſi pugnacem ſciret ſapiente minorem
Eſſe: nec indomitę deberi præmia dextræ:
Ipſe quoq; hæc peteret: peteret moderatior Aiax.
Eurypyluſq; ferox: claroq; Andremone natus,
Nec minus Idomeneus, patriaq; creatus eadem
Meriones. peteret maioris frater Atridæ.
Quippe manu fortes, nec ſunt tibi Marte ſecundi.
Conſiliis ceſſere meis. tibi dextera bello
Vtilis, ingenium eſt, q̃ eget moderamine noſtro.
Tu uires ſine mente geris. mihi cura futuri.
Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides. tu tantum corpore prodes:

Margin notes: Scutum achillis; Cęlamẽ; Arctos; Nauplia des; eurypyli duo; Thoas; Idomeneus; hypſi.

Nos animo.quantoq; ratem qui temperat,anteit
Remigis officium.quanto dux milite maior:
Tantum ego te ſupero:nec non in corpore noſtro
Pectora ſunt potiora manu.uigor omnis in illis:
At uos o proceres uigili date præmia ueſtro:
Proq; tot annorum curis,quos anxius egi,
Hunc titulum meritis penſandum reddite noſtris.
Iam labor in fine eſt:obſtantia fata remoui,
Altaq; poſſe capi faciendo,pergama cepi.
Per ſpes nunc ſocias,caſuraq; mœnia Troum:
Perq; Deos oro:quos hoſti nuper ademi,
Et ſi quid ſupereſt:quod ſit ſapienter agendum,
Si quid adhuc audax,ex præcipitiq; petendum eſt.
Si Troiæ fatis aliquid reſtare putatis,
Eſte mei memores:aut ſi mihi non datis arma.
Huic date(& oſtendit ſignum fatale Mineruæ)




Mota manus procerum eſt(& quid facundia poſſet,
Tunc patuit)fortiſq; uiri tulit arma diſertus:
Hectora qui ſolus,qui ferrum,ignemq;,iouemq;
Suſtinuit toties:unam non ſuſtinet iram,
Inuictumq; uirum uicit dolor:arripit enſem,
Et meus hic certe eſt an & hunc ſibi poſcit Vlyſſes,
Hoc ait utendum eſt in me mihi:quiq; cruore
Sæpe phrygum maduit.domini nunc cæde madebit
Ne quiſq; Aiacem poſſit ſuperare,niſi Aiax,
Dixit:& in pectus tum demum uulnera paſſum
Qua patuit ferro.letalem condidit enſem,
Nec ualuere manus infixum educere ferrum,
Expulit ipſe cruor:rubefactaq; ſanguine tellus
Purpureum uiridi genuit de ceſpite florem:
Qui prius Oebalio fuerat de uulnere natus,
Littera communis mediis pueroq;,uiroq;
Inſcripta eſt foliis.hæc nominis illa querelæ.
Victor ad Hypſipyles patriam.clariq; Thoantis

Raph. ¶ Temperat:regit,& gubernat. ¶ Pectora potiora manu:ingenii acumina uiribus corporis meliora. ¶ Vigor omnis in illis o[mn]is:i[n]quit uirtus ingenii acumine conſiſtit. ¶ At uos o proceres:artificioſe in peroratione Vlyſſes,& quędam ex p[rae]ſtantioribus meritis ſuis commemorat,& iudices rogat.ut ſe habeāt commendatum,ſibiq; Achillis arma uelint adiudicare. ¶ Vigili ueſtro:ei qui pro uobis libenter uigilare cōſueuit. ¶ Tot annorum:decem enim annos pro grecis ſollicitus fuerat Vlyſſes. ¶ Hunc titulū:hunc honorem. ¶ Iam labor in fine eſt:ſcilicet.nam ſiuito labori premium debetur. ¶ Obſtantia fata remoui:ex arte id quod maximum eſt iterum commemorat ulyſſes:ut oſtendat ſe auctorem fuiſſe ut troia capi poſſit. ¶ Poſſe capi faciendo:ut capi poſſet i[n]ſoluta diceretur oratione. ¶ Perq; Deos oro:per palladem,cuius ſimulachrum Troianis abſtulerat. ¶ Siquid adhuc ſupereſt:reſtat. ¶ Si quid adhuc audax:in quo conficiēdo audacia opus ſit. ¶ Ex precipitiq; petendum:ex periculoſo loco ſumendum. ¶ Fatis troiæ:fatis prohibentibus ne troia capiatur. ¶ Huic date:Digito & manu palladium quod troianis abſtulerat Vlyſſes īdicauit. ¶ Mota manus procerum eſt:commota & perſuaſa fuit principum Græcorum multitudo ulyſſis oratione.

Aiax in Hyacinthum ¶ Et quid facundia poſſet Tūc patuit:tūc inquit manifeſtum fuit quantū eloquentia ualeat in animis hominum flectēdis. ¶ Tulit:habuit. Græci nanq; achillis fortiſſimi uiri arma ulyſſi potius ob facundiam q̄ fortitudinem adiudicarūt. ¶ Inuictū que uirum uicit dolor:ſtulte dictum eſſe uidetur.Quo nanq; modo eū dolor uincat,qui uinci nō poteſt? Sed aut ante:aut alioqui eſt ſubaudiendum:ut intelligamus

alioq,ante ue inuictū aiacē a dolore & idignatione fuiſſe ſeparatū. ¶ Et meus hic certe eſt illa.& copula maxi[m]a ſignificat indignatiōe aiacē fuiſſe uexatū. ¶ Tū demū:tūc ſolū. ¶ Qua patuit:quatenus patuit,& ceſſit ferro. ¶ Educere:extrahere. ¶ De Oebalio uulnere:de ſanguie hyacithi Oebalii,q(ut ī decimo narrauit poeta)in florē purpureū ab Apolline amatore fuit cōuerſus. ¶ Littera cōis:in foliis īquit illius floris ī quē aiax fuit cōuerſus,littera cōis eſt,& hyacinthi pueri querelis & nomini aiacis.nā in illo flore(ut in decimo quoq; diximus)inſcriptę uident hę duę literę grecę.αι.q̄ in diphthongū coagmētatę,& querimonię ſunt indices:& in hoc nomine αἴαξ primę.hinc añt illud quoq; aperte colligit cos maguope decipi q̄ putant hya in decio eē legēdū,eaſq; litteras in flore iſcriptas. Illū uero florē poſt aiacis mortē primū apud ſe natum Salāini aſſerūt ut Pauſanias ſcribit.eē autē albū ſubrubicūdū,Ilioq; minorē,ac foliis litteras in eſſe q̄ in hyacinthis legātur. ¶ Hęc nois:Aiacis. ¶ Illa querelæ:hyacinthi qui gemēs acclamās ai ai,extinctus eſt. Fabulæ ſecundæ libri xiii.argumentum.

Lacta. ℭ Victor ad hypſipyles patriā &c. Vlyſſes poſtq̄ philoctetę ſagittas ipo comitāte ī caſtra Graiorum pertulit:q̄bus ilium captū eſt:præda diuęs hecuba priami coniunx ulyſſi forte ceſſit:q̄ nouiſſime acerbitatibus iterītum aſtyanactis & polyxenę:quę in buſtis achillis fuerat interēpta moerēs claſſis thraciæ cū eēt appulſa,ex reliquis liberis:q reſtabāt,orbæ.Polydorē apud polymeſtora:qui clā fuerat educatus putabat icolumē pmanere:q̄ dū ſpaciat ī littore animaduertit eū aquę fluctibus in aridum deiectū.Polymeſtor añt ꝑpter aurū q[uo]d cū infante polydoro ei traditū fuerat:auaritia



rat:auaritia quoq; facinoris eū interfecit.Et ut indicia quoq; facinoris cælari poſſent:eum in pfundum præcipitauit.Quod ut Hecuba ſupradicta Ceſſei filia comperit:pro pollicitatione curauit:ut perueniret ad Polymeſtorem dicens ſe uelle adūcere ſuper quod ante dederat aurū.quo facilius nati cælarent indicia. Et tyrannus uerum eſſe exiſtimās petēti ſecretum colloquiū dedit.Hecuba nacta locū lumina ei abſtulit:quam Thraces dum proſequūt ſaxis:uerſa eſt in canis figuram.

Et ueterum terras infames cæde uirorum,
Vela dat:ut referat Tirynthia.tela ſagittas
Quæ poſtq̄ ad Graios domino comitante reuexit:
Impoſita eſt ſero tandem manus ultima bello
Troia ſimul.Priamuſq; cadunt.Priameia coniunx
Perdidit infelix hominis poſt omnia formam:
Externaſq; nouo latratu terruit auras.
Longius in anguſtum qua clauditur Helleſpontus
Ilion ardebat:neq; adhuc conſiderat ignis:
Exiguumq; ſenis Priami Iouis ara cruorem
Combiberat:tractiſq; comis Antiſtita Phœbi
Non profecturas tendebat ad æthera palmas
Dardanidas matres patriorum ſigna Deorum
Dum licet amplexas,ſuccenſaq; templa tenentes
Inuidioſa trahunt uictores præmia Graii.
Mittitur Aſtyanax illis de turribus:unde
Pugnantem pro ſe,proauitaq; regna tuentem
Sæpe uidere patrem monſtratum a matre ſolebat,
Iamq; uiam ſuadet Boreas:flatuq; ſecundo
Carbaſa mota ſonant.iubet uti nauita uentis
Troia uale.rapimur,clamant,dant oſcula terræ
Troades:& patriæ fumantia tecta relinquunt.
Vltima conſcendit claſſem mirabile uiſu
In mediis Hecube natorum inuenta ſepulchris.
Prenſantem tumulos,atq; oſſibus oſcula dantem
Dulichiæ traxere manus:tamen unius hauſit,
Inſinu cineres ſecum tulit Hectoris hauſtos.
Hectoris in tumulo canum de uertice crinem
Inferias inopes,crinem,lachrymaſq; reliquit.
Eſt,ubi Troia fuit.phrygiæ contraria tellus
Biſtoniis habitata uiris.polimeſtoris illic
Regia diues erat:cui te commiſit alendum
Clam Polydore pater:phrygiiſq; remouit ab armis
Conſilium ſapiens,ſceleris niſi præmia:magnas
Adieciſſet opes,animi irritamen auari.
Vt cecidit fortuna phrygum:capit impius enſem

Raph. hecuba in canē ℭ Victor ad hypſipyles:hecubæ in canem Metamorphoſin apte cum ſuperioribus connectit poeta. Nam Vlyſſes poſt adeptā armorum Achillis uictoriam in Lemnum ad philoctetem cum Herculis ſagittis adducendū miſſus fuit. ¶ Quo aduecto ac Troia tandem incenſa cū Græci claſſem in Traciā appuliſſent,Polyxenam Priami atq; hecubæ filiā manibus Achillis expoſcētibus imolarunt:cuius corpus lotura cū ad littus hecuba acceſſiſſet.forte Polydori filii a polymeſtore Thraciæ rege interempti cadauer ibi conſpicata,ulciſci tantum ſcelus decreuit.Nam priamus Polymeſtori tanq̄ amico belli euētum ignorans cum multis pecuniis polydorū natu minimum filiorum commendarat,ut ſi quid urbi accideret ſuorum aliquis ſupereſſet.Hecuba igitur accerſitū ad ſe polimeſtorem ſub ſpe theſauri indicandi:una cum aliis mulieribus captiuis excæcauit. ¶ Quare cum thraces ipſam lapidibus inſectarentur in illos latrare cœpit.uoluntate Deorum in canem conuerſa. ¶ Victor:Vlyſſes in certamie armorum Achillis uictor. ¶ Vela dat:nauigat. ¶ Ad Hypſipyles patriā:periphraſis eſt Lemni inſulæ,nam hypſipyle filia Thoantis Lemniorum regis in lemno regnauit.

hypſipy.e

Raph. ℭ Et ueterū terras infames:[illegible] mulieres cū Venerē in adulterio deprehenſā cum Marte cōtemnerent,in ſe Deæ iram concitarūt:Nā Venus hircino odore illis immiſſo effecit,ut a maritis ſpernerent. Quare de illis cum ad bella aduerſus Thraces gerēda profecti eēnt interficiēdis(cū primū rediiſſēt)uxores cōſiliū inierūt. Quod qdē cū reliq̄ effeciſſent,ſola hypſipyle Thoanti prī pepercit. ¶ Tirynthia tela:ſagittarū herculis eſt expoſitio. ¶ Dño:Philoctetæ,cui moriēs Hercules donauerat ſagittas. ¶ Manus ultima:finis. ¶ Externas auras:externū aerem:nā hecuba in Thracia in canē fuit trāſformata. ¶ Lōgius helleſpōtus:mare eſt helleſpontus anguſtū & lōgū aſiā ab Europa diſterminās. Dictus eſt añt helleſpontus.ab helle phrixi ſorore,q̄ in illo ſubmerſa eſt. ¶ Qua clauditur in anguſtum:ubi cogitur in anguſtū & ſtrictū. Anguſtat añt maxime Helleſpontus illic ubi olim fuerunt Sextos & Abydos:ad Helleſpōtum añt uſq; troas ubi fuit Iliū,ptēdit. ¶ Cōſiderat ceſſauerat,extinctus erat. ¶ Iouis ara ad quā priamus ipſe fuerat interfectus in carmine quoq; Vir.eſt notū. ¶ Exiguū cruorē:ī ſenibus parū eē ſanguinis Phyſici aiunt ¶ Antiſtita Caſſandra phœbi ſacerdos. ¶ Signa ſtatuas,ſimulacra. ¶ Tenentes:colētes,amplectētes. ¶ Inuidioſa præmia:pdā iuidię plenā. ¶ Mittitur aſtyanax illis:Aſtianax Hectoris ex andrōache fuit filius.ſic dictus q̄ urbi uideret imperaturus. Nā ἄστυ urbs ἄναξ rex interptat.Is ab ulyſſe poſt Troiæ direptionē ex altiſſima turri fuit pcipitatus. ¶ Tuētem:defendentē ¶ Carbaſa mota ſo.uela a uentis commota ſtrepūt ¶ Ventis:uētorū cōmoditate. ¶ Troia uale:ordo eſt:Troades & mulieres troianæ clamant,troia uale,rapimur,& ui abducimur. ¶ Prenſantem tumulos:amplectentē filiorū ſepulchra hecubam. ¶ Dulichiæ traxere manus:Vlyſſes.Nam hecuba illi forte obtigerat. ¶ Hauſit:accepit. ¶ Hectoris ī tumulo:Anadiploſis ad miſerationē accommodata. ¶ Canum de uertice crinem:reciſum ſubaudiamus. ¶ Inferias inopes.i.ſacrificia inopem & pauperiorū. ¶ Eſt ubi Troia fuit.Thraciam e regione troadis eſſe ait. ¶ Contraria:ex aduerſo atq; e regione poſita. ¶ Biſtoniis uiris:thracibus Nam Biſtonia urbs eſt thraciæ a Biſtone Martis,& Callirhoes filio cognominata:unde & Biſtones & Biſtonii Thraces dicuntur. Thracia autem helleſponto a phrygia ſeparatur. ¶ Polymeſtoris illic:polimeſtor rex fuit thracię auaritia & polydori cæde famoſiſſimus,Hæc autem de eurypidis hecuba ab Oui.ſumpta eſſe uident. ¶ Cōſiliū ſapiēs:acclamatio eſt:q̄ priāi prudētia cōmēdat. ¶ Irritamē:puocationē.

helle ſpōtus

Aſtyanax

Thracia Biſtōia polymeſtor

Raph. ¶ Iugulo: i iugulũ. ¶ Exanime mortuum. Cadauer aũt polydori i mare iecit Polymeſtor. ¶ Sui alumni: polydori quẽ a patre alendum, nutriendũq; ſuſceperat. ¶ Quo petiit agamẽnona: quo tempore ob Briſeidem raptã in agamemnonẽ ſtrinxit enſem achilles, ut in primo iliados narrat Homerus. ¶ Religarat: religari iuſſerat. ¶ Referebat: repreſentabat. ĩpſe ferebat. ¶ Petiit: aggreſſus eſt, inuaſit. ¶ Immemoreſq; mei: achillis umbra Græcos ingratitudinis accuſat. ¶ Obruta: ſepulta. ¶ Ne facite: ne ſitis i me ingrati. ¶ Vtq; meũ nõ ſit ſine honor ſepulchrũ hoc eſt, ut meũ honoret ſepulchrum. ¶ Mactata polyxena: imolata. Polyxena uero quę multorũ hoſpita interpretatur, filia fuit Priami ex Hecuba, quam achilles & uiuus amauit, & mortuus ſibi imolari efflagitauit. ¶ Parentibus: obedientibus. ¶ Immiti umbrę: crudeli: quæ ſibi uirginẽ imolari uolebat. ¶ Ad tumulum: ad ſepulchrũ achillis, quod i Sigeo promontorio erat. ¶ Diro buſto: ſepulchro crudelis & dirorũ maniũ, qui ſibi uirginem imolari iubebant. ¶ Quę memor ipſa ſui: ſuæ generoſitatis. ¶ Poſtq; crudelibus aris admota ẽ: poſtq; crudeliter ad aras fuit adducta: eſt. n. hypallage. ¶ Fera facta: crudelia ut pote quibus ipſa iter ficiebat. ¶ Neoptolemũ pyrrhũ achillis ex Deidamia filiũ: qui Neoptolemus fuit appellatus q; iuuenis admodũ ad bellum Troianũ eſt profectus. νέοσ nãq; iuuenis nouuſq;: πτόλεμοσ q; frequẽtius πόλεμοσ dicit bellũ iterpretaf. Pyrrhus autem ruffis capillis fuit cognomiat⁹: πυῤῥὸσ nãq; Greci ruffum appellãt. ¶ Ferrũ: enſe; quo ipſa erat iugulanda

Polyxẽa

Neoptolemus

Pyrrhus

Rex Thracum: iuguloq; ſui demiſit alumni.
Et tanq; tolli cum corpore crimina poſſent,
Exanimem ſcopulo ſubiectas miſit in undas.
Littore Threicio claſſem religarat Atrides:
Dum mare pacatum, dum uentus amicior eſſet.
Hic ſubito quantus, cum uiueret eſſe ſolebat
Exit humo late rupta: ſimiliſq; minanti
Temporis illius uultum referebat Achilles:
Quo ferus iniuſto petiit Agamemnona ferro.
Immemoreſq; mei diſceditis inquit Achiui?




Obrutaq; eſt mecum uirtutis gratia noſtræ?
Ne facite, utq; meum non ſit ſine honore ſepulchrum:
Placet Achilleos mactata Polyxena manes.
Dixit, & immiti ſociis parentibus umbræ
Rapta ſinu matris (quam iam prope ſola fouebat.)
Fortis, & infelix, & pluſquam fœmina uirgo
Ducitur ad tumulum: diroq; fit hoſtia buſto.
Quæ memor ipſa ſui: poſtq; crudelibus aris
Admota eſt: ſenſitq; ſibi fera ſacra parari:
Vtq; Neoptolemum ſtantem, ferrumq; tenentem,
Vtq; ſuo uidit figentem lumina uultu.
Vtere iam dudum generoſo ſanguine dixit.
Nulla mora eſt. aut tu iugulo, uel pectore telum
Conde meo: iugulumq; ſimul, pectuſq; retexit
Scilicet haud ulli ſeruire Polyxena uellem.
Haud per tale ſacrum numen placabitis ullum.
Mors tantum uellem matrem mea fallere poſſet.
Mater obeſt: minuitq; necis mihi gaudia quis
Non mea mors illi uerum ſua uita gemenda eſt.
Vos modo, ne ſtygios adeam non libera manes:
Eſte procul (ſi iuſta peto) tactuq; uiriles
Virgineo remouete manus: acceptior illi,
Quiſquis is eſt, quem cæde mea placare paratis:
Liber erit ſanguis: ſi quos tamen ultima noſtri
Verba mouent oris: Priami uos filia regis,
Nunc captiua rogat: genitrici corpus ineptum
Reddite: neue auro redimat ius triſte ſepulchri,
Sed lachrymis: tunc cum poterat, redimebat & auro.

¶ Vtere iã dudũ: q; forti animo polyxena eſſet, hic facile colligit, q; pyrrhum hortatur, ut ſe cito uelit imolare. ¶ Iamdudum: cito. ¶ Generoſo ſanguine: meo ſanguine quæ ſum generoſa: Generoſi uero dicũtur: qui a nobilibus maiorib⁹ genus ducũt. ¶ Nulla mora eſt: in me ſubaudiat. ¶ Cõde: coiice: immitte ¶ Iugulumq; ſimul: hęc a poeta dici notius eſt: q; ut ſit admonẽdũ. ¶ Scilicet ha. ul. nulli certe ſeq; ſeruire uellẽ cum ſim polyxena Priami regis filia ¶ Scilicet: certe: aſſeuerantis eſt aduerbium. ¶ Haud ul. nulli. ¶ Polyxẽa: emphaſis eſt, ac ſi diceret priami regis filia Hectoriſq; ſoror. ¶ Per tale factũ per meã cædẽ legit & Sacrũ. Figurata aũt oratione utit polyxena. qua. tametſi nihil de morte curare uideat: innuit tñ cęde ſua nullũ numen iri placatũ: cogi ſe nõ eſſe imolãdã. ¶ Fallere: latere. Se aũt Polyxena in matrẽ piã oñdit cũ de illa ſola ſe dicat eẽ ſollicitã. Hęc uero ex hecuba Eurypidis ſumpta eẽ uident. ¶ Mater obeſt: dolor quo mr̃ afficit morte mea animũ meuz cruciet. ¶ Vos mõ ne ſtigios: rogat polyxena ne q̃ſquã uirorũ ſe tãgat: ut inuiolata ad inferos deſcẽdat. ¶ Ne nõ liberas ut libera morar. ¶ Acceptior. gratior. ¶ Quiſq; is eſt: ſiue Deus: ſiue heros. ignorat. n. polyxẽa: quẽ cæde ſua ſint placaturi. ¶ Si quos tamẽ ultima noſtri: pathetica & affectus plena oratio polyxenç attribuitur: qua non amici modo: uerũ hoſtes quoq; lachrymare cogũtur. ¶ Ius ſepulchri: facultatẽ ſepeliẽdi. ¶ Tunc cum poterat redimebat & auro: quãdo inquit mater mea poterat: non lachrymis ſolum. ſed etiam auro filiorũ cadauera ab hoſtib⁹ redimebat.

Generoſus

Scilicet

Raph.

¶ Quas



Raph. ¶ Quas illa tenebat: mira puellæ conſtantia exprimit quę tã intrepide mortẽ exciperet. ¶ Præbita exhibita. ¶ Defecto poplite: deficiẽtibus genib⁹. ¶ Ad fata no. uſq; ad mortẽ. ¶ Tũc quo. cu. fu. hoc idẽ & Eurypides ſcribit: quã curã Iulio quoq; Cęſari fuiſſe narrat Tranquillus: ut togã ad pedes demitteret: quo a cõiuratoribus uulneratus honeſtius caderet. ¶ Partes tegendas: pudendas. ¶ Troades exc. ſuſcipiunt iacentis Polyxenę cadauer. ¶ Recenſent: recognoſcũt, enumerant id qd in neniis & fletibus fiebat. ¶ Quid cruoris: qtũ ſanguinis. naz Priamidæ oẽs fuerant interfecti. ¶ Teq; gemunt uirgo: apoſtrophe ad polixenam atq; Hecubã: quæ paulo ãte Aſię regina uocabaf. ¶ Deplorat aũt illius calamitatẽ poeta: quaz oẽs captiuã pp ſenectutẽ aſpernabãtur. ¶ Aſię florentis imago: de maxima felicitate in maximaz calamitatez cecidiſſe Hecubã poeta oſtendit. Aſia autez dicta eſt ab Aſia promethei filia, materq; Atlãtis. Quidam ἀπὸ τοῦ ἄσιοσ hoc eſt a cœno: q; multum cœni habeat, dictã putãt. ¶ Nunc: et prædæ mala ſors: ſed uel aũt, talis ue cõiunctio ſubaudiaf. ita ſenſu exigente: Naz Hecubã paulo ante qdem erat regia cõiunx, regia parens, Aſiæ florẽtis imago. Nũc autem eſt etiã prædę mala ſors: quam oẽs aſpernabantur. ¶ Niſi quod tamẽ Hectora partu Ediderat: ratio. qua motus Vlyſſes eã accepit captiuã. ¶ Animæ tam fortis inane: tam conſtanti anima uacuum. ¶ Oſculaq; ore tegit: paruã polyxenæ ora. Eſt enĩ ab ore diminutiuum hoc loco oſculum. ¶ Plangit: percutit. ¶ Conſueta: plãgi & percuti filiorum cędibus: ¶ Caniciẽ ſuã: caput ſuum canuz. Solebant autem priſci in maximis doloribus caput puluere deturpare. ¶ Concreto: coagulato. ¶ Vertens: uoluẽs ¶ Nata tuę: pathetica oratio querelis, doloribuſq; accommodata. ¶ Nata iaces: repetitio lugenti Hecubæ: quæ ex tam feliciſſimo ſtatu in tantam ceciderat miſeriaz maxime conueniẽs.

Aſia

Oſculũ

Dixerat: & populus lachrymas, quas illa tenebat,
Non tenet. ipſe etiam flens, inuituſq; ſacerdos
Præbita coniecto rupit præcordia ferro.
Illa ſuper terram defecto poplite labens,
Pertulit intrepidos ad fata nouiſſima uultus.
Tunc quoq; cura fuit, partes uelare tegendas,
Cum caderet: caſtiq; decus ſeruare pudoris.
Troades excipiunt. deploratoſq; recenſent
Priamidas: & quid dederit domus una cruoris.
Teq; gemunt uirgo: teq; o modo regia coniunx
Regia dicta parens: Aſiæ florentis imago.
Nunc etiam prædæ mala ſors: quã uictor Vlyſſes
Eſſe ſuam nollet, niſi q; tamen Hectora partu
Ediderat: dominum matri uix repperit Hector.
Quæ corpus complexa animæ tam fortis inane,
Quas toties patriæ dederat natiſq; uiroq;, (fundit
Huic quoq; dat lachrymas, lachrymas in uulnera
Oſculaq; ore tegit: conſuetaq; pectora plangit.
Canitiemq; ſuam concreto in ſanguine uerrens,
Plura quidem, ſed & hæc laniato pectore dixit:
Nata tuæ (qd enim ſupereſt?) dolor ultime matris:
Nata iaces: uideoq; tuum mea uulnera pectus:
Et ne perdiderim quenquam ſine cæde meorum
Tu quoq; uulnus habes: at te quia fœmina, rebar
A ferro tutam: cecidiſti & fœmina ferro.
Totq; tuos idem fratres, te perdidit idem
Exitium Troiæ, noſtriq; orbator Achilles.
At poſtq; cecidit Paridis, Phœbiq; ſagittis:
Nunc certe dixi: nõ eſt metuendus Achilles.
Nunc quoq; mi metuendus erat. cinis ipſe ſepulti
In genus hoc ſæuit: tumulo quoq; ſenſibus hoſtem
Aeacidæ fœcunda fui, iacet Ilion ingens:
Euẽtuq; graui finita eſt publica clades.
Sed finita tamen, ſoli mihi pergama reſtant.
In curſuq; meus dolor eſt. modo maxima rerum
Tot generis natiſq; potens, nuribuſq;, uiroq;,
Nunc trahor exul, inops, tumulis auulſa meorum,
Penelopæ munus. quæ me data penſa trahentem
Matribus oſtendens Ithacis, Hæc Hectoris illa eſt
Clara parens: hæc eſt dicet priameia coniunx.
Poſtq; tot amiſſos tu nunc: quæ ſola leuabas
Maternos luctus, hoſtilia buſta piaſti.
Inferias hoſti peperi: quo ferrea reſto?

¶ Tum pectus: uulnere tranſfixum ſubaudiatur. ¶ Mea uulnera: meos dolores. ¶ Orbator noſtri: qui nos liberis orbauit atq; ſpoliauit. ¶ Paridis, Phœbiq; ſagittis: dirigente nãq; Paridis ſagittas Apolline: ut & Homerus & Virg. ſcribunt: Achilles fuit interfectus. ¶ Mi: mihi. ¶ In genus hoc: in genus noſtrum. Vellicatur autem hoc loco Ouidius a Scauro apud Senecam: quod neſciat relinquere: quod bene ceſſit. Cum. n. inquit, polyxena eẽt adducta tumulo achillis imolanda, Hecuba dixit. Cinis ipſe ſepulti in genus hoc ſæuit: poterat eſſe contentus: adiecit Tumulo quoq; ſenſibus hoſtem. Neq; hoc contentus adiecit, aeacide fœcunda fui. Aiebat, Scaurus non minus magnam uirtutẽ eſſe ſcire deſinere, q; ſcire dicere, ſed, hoc oratori magiſq; poetæ præceptum eſt. ¶ Tumulo quoq; ſenſibus hoſtem i tumulo & ſepulchro exiſtentem. ¶ Aeacide fœcũda fui: ad achillis uoluptatem multos peperi filios. ¶ Euẽtu graui: exitu pernicioſo. ¶ Sed finita tamẽ. ſtulte hoc dictum eſſe uidetur. Si enim finita ſunt pergama, quo modo reſtãtur. An deleta quidez ſũt: ſed Hecubæ reſtare uidẽtur, quia hoſtes perinde in eam ſęuiunt: ac ſi pergama ipſa ſtarent. ¶ Soli mihi: nam perinde in me ſæuiunt hoſtes ac ſi finis nõ eſſet impoſit⁹ bello. ¶ In curſu: in perſeuerãtia. Neq; enim finitur. ¶ Modo maxima rerum: ex qua felicitate i quas miſerias reciderit, flebiliter Hecuba commemorat. ¶ Tot generis, natiſq; petens: Hecuba Priamo ſeptez filias & duodecim filios pepeꝛiſſe ſcribitur. Ex aliis nãq; mulieribus reliquos ad quinquaginta uſq; Priamus ſuſcepit. ¶ Nunc trahor: diſſolutum eſt maxime querimoniis conueniens. ¶ Leuabas: diminuebas leues reddebas. ¶ Hoſtilia buſta: hoſtium ſepulchra & mães. ¶ Piaſti: placaſti. Eſt autez apoſtrophe ad polyxenaz cõ miſeratonis plena. ¶ Quo ferrea reſto: ad quem uitæ exitum dura ego ac in me ipſam crudelis reſeruo.

Hecuba

Raph. ¶Quid ue moror: expecto differo. ¶ Differtis: in lõgum tempus producitis. ¶ Viuacem anum: me uetulam diu uiuentẽ. ¶ Nec te mea nata: rationibus colligit Hecuba priamum inter felices numerandũ. ¶ At puto funeribus dotabere: exequiarum honoribus ornaberis. ¶ Est autem ironia qua significat Hecuba polixenam & funeris & sepulturæ honore carituram. ¶ Haustus: acceptio: atq; iniectio. terra nãq; mortuis iniiciebatur. ¶ Superest cur uiuere tempus: de tot filiis iniquit meis Hecuba sol⁹ restat Polydor⁹ polymestori regi commẽdatus. Sed decipitur Hecuba: iam. n. a polymestore fuerat interfectus. ¶ Datus: missus. ¶ Ismario regi: polymestori Thraciæ reg. nam Ismarus thraciæ mons est. De hoc autem polydoro sic & Virgili⁹ in tertio aeneidos scribit. Hunc polydorum auri quondam cũ pondere magno Infelix, priamus furtiũ mandarat alendũ Threicio regi: cuũ iam diffideret armis Dardaniæ: cingiq; urbem obsidiõe uideret. Ille ut opes fractæ teucrum: & fortuna recessit: Res agamemnonias: uictriciaq; arma secutus: Fas omne abrumpit: Polydorũ obtruncat & auro Vi potitur: Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames? ¶ Et sparsos sanguine: ĩfectos sanguine, Cadauera autẽ antiqui abluebant. ¶ Introrsus obortas: intus natas. ¶ Deuorat consumit. ¶ Modo: iterdum. ¶ Aduersa terra: i Troade ubi fuit Troia e regione thraciæ sita. ¶ Toruus uultus: tristitia efferatos. ¶ Positi iacentis. ¶ Maneret: esset. ¶ In imagine: in imaginatione & cognitione pœnæ qua polymestorem afficere posset. ¶ Vtq; furit sæuit. Hac autem similitudine ostendit poeta: quantam iram: indignationem q; conceperit Hecuba aduersus polymestorem filii

Ismarus

Polymestoris excæcatio

Quid ue moror? quo me seruas damnosa senectus?
Quo Dii crudeles? nisi quo noua funera cernam?
Viuacem differtis anus? quis posse putaret
Felicem Priamum post diruta pergama dici?
Felix morte sua est, nec te mea nata peremptam
Aspicit: & uitam pariter, regnumq; reliquit.
At puto funeribus dotabere regia uirgo.
Condeturq; tuum monumentis corpus auitis.
Non hæc est fortuna domus. tibi munera matris
Contingent fletus, peregrinæq; haustus harenæ:
Omnia perdidimus. superest cur uiuere tempus
In breue sustineam: Proles gratissima matri
Nunc solus, quondam minimus de stirpe uirili,
Has datus Ismario regi Polydorus in oras.
Quid moror: interea crudelia uulnera lymphis
Abluere? & sparsos immiti sanguine uultus?
Dixit: & ad littus passu procedit anili,
Albentes lacerata comas, dato Troades urnam
Dixerat infelix: liquidas hauriret ut undas
Aspicit eiectum Polydori in littore corpus,
Factaq; Threiciis ingentia uulnera telis:
Troades exclamant; obmutuit illa dolore:
Et pariter uocem, lachrymasq; introrsus obortas:
Deuorat ipse dolor: duroq; simillima saxo
Torpet: & aduersa figit modo lumina terra:
Interdum toruos extollit ad æthera uultus:
Nunc positi spectat uultum: nunc uulnera nati:
Vulnera præcipue: seq; armat: & instruit ira.
Qua simul exarsit: tanq̃ regina maneret:
Vlcisci statuit. pœnæq; in imagine tota est.
Vtq; furit catulo lactente orbata Leæna.
Signaq; nacta pedum sequitur: quẽ non uidet hostẽ
Sic Hecube, postq̃ cum luctu miscuit iram:
Non oblita animorum, annorum oblita suorum:
Vadit ad artificem diræ polymestora cædis:
Colloquiumq; petit. nam se monstrare relictum
Velle latens illi: quod nato redderet, aurum.
Credidit Odrysius, prædæq; assuetus amore:
In secreta uenit: tum blando callidus ore,
Tollere moras Hecube (dixit) da munera nato:
Omne fore illius quod das: quod & ante dedisti.
Per superos iuro: spectat truculenta loquentem,
Falsaq; iurantem, tumidaq; exæstuat ira.
Atq; ita correpto, captiuarum agmina matrum
Inuocat. & digitos in perfida lumina condit:
Expilatq; genis oculos (facit ira ualentem,)
Immergitq; manus: fœdatq; sanguine fonti
Nõ lumen (neq; enim superest) loca luminis haurit,
Clade sui Thracum gens irritata tyranni
Troada telorum, lapidumq; incessere iactu

quem educandum susceperat. interfectorem. ¶ Hostẽ catuli raptorẽ. ¶ Animorum: magnitudinis ac præstantiæ animi sui. ¶ Nam se mõstrare: ait simile uerbũ: quod eleganter prætermittitur: est subaudiendum. ¶ Latens: occultum. ¶ Odrysius: Polymestor thracius. Nam Odrysæ (ut in superioribus quoq; scripsimus) sunt populi thraciæ & odrysa urbs eorum. ¶ Spectat truculenta: indignata: toruum præse ferens aspectum: Nam truculentus dicitur aspectu ferox atq; terribilis: quales tauri sunt. ¶ Falsa iurantem: peierantẽ. ¶ Tumida ira: ab effectu quæ tumidos & inflatos homines reddit. ¶ Correpto: comprehenso polymestore. ¶ In perfida lumina: in perfidi polymestoris oculos. Est enim hypallage. ¶ Expilat: extrahit, eruit. ¶ Facit ira ualentem: parenthesis sit tacitæ obiectioni occurrens. ¶ Sanguine fonti: sanguine nocentis ac scelerati polymestoris. ¶ Lumen: oculos. ¶ Superest: saluum est. ¶ Haurit: percutit: aperit. ¶ Troada: hecubam troianam. ¶ Incessere: irritare, prouocare: inuadere.

Odrysæ

Truculentus

Incessere

¶Rauco cum murmure: cum uoce canina. Iaũ enim in canem fuerat conuersa.

---



Raph.

Hecuba in canem

Cainis sepulchrũ

¶ Et ex re nomẽ habet: nam κυνὸς σῆμα appellatur: idest canis sepulchrum. Est autem in Chersoneso Thracia iuxta abydum: ut Strabo refert.

Sithõia

¶ Per Sithonios agros: Thracios. nã Sithonia pars est Thraciæ. ¶ Illius troasq; suos: Hæc ad connectendã Memnonis cinerum in aues cum superiore Metamorphosin a poeta inferuntur. ¶ Vt & ipsa Iouis: Iuno quæ Troianorum adeo atrox erat inimica.

Fabulæ tertiæ libri. xiii. argumentum.

Lactã. ¶Nõ uacat Auroræ &c. Memnon Tithoni Auroræq; fili⁹ Priamo ferẽs auxiliũ ab Achille occiditur: mater ergo precibus pro assiduo officio inducendæ lucis ab Ioue ĩpetrat: ut fauillæ eius adusto rogo paritérq; sorores in uolucres cõuertãtur, Memnonides nomine, quæ memores belli quotãnis ad sepulchrũ eius cõueniunt; & inter se dimicantes sanguine suo manibus ei⁹ frequẽtes parẽtant. Et ipsa mater ei⁹ matutinis temporibus lachrymas desiderio filii sui Memnonis transformat in rorẽ: qđ tamen monumentũ in phrygia constituit patruus eius: ut Hesiod⁹ uult.

Raph. Mẽnon

¶Nõn uacat Auroræ: Memnon Tithoni atq; auroræ filius, cum in bello Troiano ab Achille fuisset interfectus, mater Iouem rogauit, ut aliquo eum efficeret honore. Iuppiter autem fauillas rogi ipsius congregatas: eiusq; socios in aues commutauit: quæ Memnonides a Memnõe uocatæ, singulis quibusq; annis ad sepulchrum illius acriter inte se pugnãtes, duci suo. parentare uidentur. ¶ Quanquã iisdem fauerat armis: propter Tithonum maritũ, qui Laomedõtis fuerat filius: ac Priami frater. ¶ Luthea mater: Aurora ipsa

Mẽmnonis cineres in aues

Tithonus

Cœpit, at hæc missum rauco cum murmure saxum
Morsibus insequitur: rictuq; ad uerba parato
Latrauit; conata loqui locus extat: & ex re
Nomen habet: ueterumq; diu memor illa malorum,
Tum quoq; Sithonios ululauit mœsta per agros:
Illius Troasq; suos, hostesq; pelasgos:
Illius fortuna Deos quoq; mouerat omnes.
Sic omnes, ut ipsa Iouis coniunxq;, sororq;
Euentus Hecubam meruisse negauerit illos.
Non uacat Auroræ, q̃q̃ iisdem fauerat armis:
Cladibus, & casu Troiæq;, Hecubæq; moueri:
Cura Deam proprio, luctusq; domesticus angit
Memnonis amissi: Phrygiis quem lutea campis,
Vidit Achillea pereuntem cuspide mater.
Vidit, & ille color, quo matutina rubescunt
Tempora palluerat: latuitq; in nubibus æther.
At non impositos supremis ignibus artus
Sustinuit spectare parens: sed crine soluto,
Sicut erat, magni genibus procumbere non est
Dedignata Iouis, lachrymisq; has addere uoces.
Omnibus inferior, quas sustinet aureus æther.
Nam mihi sunt totum rarissima templa per orbem
Diua tamen ueni. non ut delubra, diesq;
Dies mihi sacrificos, Calliturasq; ignibus aras:
Si tamen aspicias, quantum tibi fœmina præstem.
Tum cum luce noua, noctis confinia seruo:
Præmia danda putes. sed non ea cura: neq; hic est
Nunc status Auroræ: meritos ut poscat honores:
Memnonis orba mei, uenio, qui fortia frustra
Pro patruo tulit arma suo: primisq; sub annis
Occidit a forti (sic Dii uoluistis) Achille:
Da præcor huic aliquem solatia mortis honorem
Summe Deum rector: maternaq; uulnera leni.
Iuppiter annuerat. cum Memnonis arduus alto
Corruit igne rogus: nigriq; uolumina fumi
Infecere diem ueluti cum flumina natas
Exhalant nebulas: nec Sol admittitur infra.
Atra fauilla uolat: glomerataq; corpus in unum
Densatur: faciemq; capit, sumitq; colorem.
Atq; animum ex igni leuitas sua præbuit alas
Et primo similis uolucri. mox uera uolucris
Insonuit pennis: pariter sonuere sorores
Innumeræ. quibus est eadem natalis origo:
Terq; rogum lustrant. & consonus exit in auras
Ter plangor. quarto seducunt castra uolatu.
Tunc duo diuersa populi de parte feroces
Bella gerunt: rostrisq; & aduncis unguibus iras
Exercent: alasq; aduersaq; pectora lassant.
Inferiæq; cadunt cineri cognata sepulto
Corpora: seq; uiro forti meminere creatas.

Memnonis mater rutilis ac rubicunda. ¶ Non sustinuit: non potuit. ¶ Parens: causa cur nõ sustinuerit spectare, q̃a parens. ¶ Omnibus inferior: in soluta oratione omnium infima diceret. ¶ Aureus æther: Splendidum cælum. ¶ Nam mihi sunt, parenthesis causã continens cur aurora omnium Dearum sit infima. ¶ Dies sacrificos: in quibus mihi sit sacrificandum. ¶ Ignibus sacrificiis. ¶ Aspicias: cõsyderes. ¶ Quantum tibi fœmina præstem: quantũ tibi prosim, q̃uis fœmina sim. ¶ Noctis confinia seruo: hoc est custodio. ne nox suos fines transeat. Nisi enim aurora uigilãs esset: nox semper uideretur duratura. ¶ Orba: priuata. ¶ Frustra: quia & ipse fuit interfectus, & Troia euersa. ¶ Pro patruo suo: Priamo. ¶ A forti Achille: interfect⁹, percussus similéue participiũ subaudiamr. ¶ Maternaq; uulnera leni: maternos dolores mitiga. ¶ Volumina: reuolutiões. ¶ Infecere: obscurauere, denigrauere. ¶ Exhalant: emittunt. ¶ Infra: nebulas subaudiẽdũ. ¶ Glomerataq;: congregata, ¶ Faciem capit: figurã ac formam accipit. ¶ Atq; animum ex igni: scite: Anima nãq; ut flamma semper est in motu: unde philosophorum quidam dixerunt animam esse ignẽ. ¶ Leuitas sua præbuit alas: idest propria fauillæ leuitas alas efficit. ¶ Quibus est eadem natalis origo: nã & ipsæ ex fauillis sũt ortæ. ¶ Lustrant: circumuolant. ¶ Plangor: clangor ¶ Seducunt castra: separant castra & diuidunt se in duas partes. ¶ Diuersa de parte: ex partibus aduersis. ¶ Cognata: simul nata.

Raph. Memnonides. parentalia

¶ Præpetibus ſubitis: ſubito natis alitibus. ¶ Auctor: Memnō eaꝝ origo. Memnonides.n.a Mēnōe fuerūt cognominatæ: ut paulo āte diximus: & ipſe poeta aperte teſtat. ¶ More parentali: more eoꝝ qui inferis parētant. Parentalia uero ꝓprie, dicunt ſacrificia: quę manibus fiunt. ¶ Rebellant: bellum iterū inter ſe ſuſcipiūt autem ſcribit illam prius Edonida fuiſſe uocatā: quo tēpore a Cimeriis inhabitat. ¶ Linquit: quis ibi iā ut bem Aenū ędificaſſet ut Virg. narrat. ¶ Apollineā urbem: Delum apollinis oraculo inſignē. ¶ Hunc Anius Deli regē fuiſſe: Apollinis ſacerdotē etiā Virgil. ſcribit, Rex anius: rex idem hominum: phœbiq; ſacerdos

Dymantis

¶ Dymantida: hecubā Dymantis filiā: q̄ā alii in primiſq; Euripides ac Virgilius Ciſſei regis Thracię filiā fuiſſe ſcribūt. ¶ Rorat: rorē fūdit. Fabulę quartę libri. xiii. argumentum.

Rorare

Lacti.

¶ Nō tamē &c. Aeneas cū parēte anchiſe & filio Aſcanio pfug⁹ delphos uenit. Hic ab anio ſacerdote apollinis recipit hoſpitio: qbus iudicat quod ſe filiaꝗ parētē orbū reliquerat: andro.n. a quo Andros inſula reliquit: prīā huic i apollo dederit auguriū: ſic Liber dedit ſe uirginib⁹: ut cōtracta manib⁹ eaꝝ in ſegetem uinū: oleū q; uerterent. eas agamēnō ut cęleſti munere exercitū aleret cū uellet abducere: in iſulā eandē andro pfugiſſe. Hincruſ ſus ne uinculis illigatę reperirent potētia regis Agamēnonis: liberi numē effecit ob miſericordiam & muneris ſui cām ut in colūbarum ſpeciem transferrentur.

Raph.

¶ Non tamen euerſam: anii Apollinis Delii ſacerdotis filiaꝝ metamorphoſin in colūbas deſcripturus poeta: aeneæ pietatē pri⁹ ad Delūq; nauigatione; cōmemorat: quo apti⁹ fabulę conectat. ¶ Sacra & ſacra altera patrē: aeneā ex incēdio Troiāo: & ſacra deꝗ Veſtę & patrem Anchiſen abſtuliſſe: aſcaniūq; abduxiſſe: carmine quoꝗ Virgiliano eſt notū. ¶ Et ſacra altera: neq; n. min⁹ piū eſt parētib⁹ q̄ ſacris auxilium ferre. ¶ Cythereius heros: aeneas Veneris: quę & cytherea dicit: fili⁹. ¶ Præda illā: ſacra & patrē. ¶ Fertur ab antandro: antandrus urbs eſt ſub Ida: ab antādro duce cognominata. Ariſtoteles

antādro

Præpetibus ſubitis nomen facit auctor: ab illo
Memnonides dictæ. cum Sol duodena peregit
Signa: parentali moriturę more rebellant.
Ergo aliis latraſſe Dymantida flebile uiſum eſt:
Luctibus eſt Aurora ſuis intenta: piaſq;
Nunc quoq; dat lachrymas, & toto rorat in orbe.




Non tamen euerſam Troiæ cum mœnibus eſſe
Spem quoq; fata ſinunt. ſacra, & ſacra altera patrem
Fert humeris uenerabile onus Cythereius heros:
De tantis opibus prædam prius eligit illam:
Aſcaniumq; ſuum, profugaq; per æquora claſſe
Fertur ab Antandro: ſceleratáq; littora Thracum,
Et Polydoreo manantem ſanguine terram
Linquit: & utilibus uentis, æſtuq; ſecundo
Intrat apollineam ſociis comitantibus urbem.
Hunc Anius, quo rege homines, antiſtite phœbus
Rite colebatur: temploq;, domoq; recepit:
Vrbemq; oſtendit: delubraq; nota, duaſq;
Latona quondam ſtirpes pariente retentas.
Thure dato flammis, uinoq; in thura profuſo,
Cæſarumq; boum fibris de more crematis,
Regia tecta petunt: poſitiſq; tapetibus altis
Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.
Tunc pius Anchiſes, o phœbi lecte ſacerdos
Fallor? an & natum, cum primum hæc mœnia uidi,
Biſq; duas natas, quantum reminiſcor: habebas?
Huic Anius niueis circundata tempora uittis
Concutiens: & triſtis, ait non falleris heros:
Maxime uidiſti natorum quinq; parentem:
Quem nunc tanta homines rerum inconſtātia uerſat:
Pene uides orbum: quod enim mihi filius abſens
Auxilium? quem dicta ſuo de nomine tellus
Andros habet, pro parte locumq; & regna tenentem:

¶ Quo rege homines: utebantur eſt ſubaudiēdū ¶ Delubraq; nota clara propter oraculū. ¶ Duas ſtirpes: duas arbores quas tenēs: amplectēſq; Latona apollinē & Dianam enixa eſt. ¶ Retentas: alludit ad fabulā: nā Iuno ita latonā dicit per ſecuta: ut nuſq̄ quieſcere poſſet. Cū uero delū cōſcendiſſet cōplexa duas arbores oliuā & palmā: ut poeta in ſexto narrat apollinē pepit atq; Dianam. ¶ Thure dato flāmis: hoc eſt ſacrificiis pfecti. ¶ Fibris crematis: exuſtis: cōbuſtis. More; autē pioꝝ hoium exprimit poeta: q ante omnia Deos ſolent uenerari: ut Virgili⁹ quoq; pręcipit. In primis uenerare deos ¶ Poſitis tapetibus ſtratis tapetibus. illos autē; cœnaſſe ait. ¶ Tūc pi⁹ anchiſes: inqt uerbum. ſi mileue. eſſe ſubaudiēdū facile cōſtat. ¶ Cū primū quando primū. ¶ Biſq; duas natas: Anius quatuor habuit filias: quib⁹ Bacchus conceſſit: ut quicquid tangerent in frumētum. uel uinum uel oleū cōmutarent. Eas cū agamemnon ui ducere uellet in expeditionē Troianam: ut exercitum alerent Bacchi auxilio in colūbas fuiſſe conuerſas fabulant. ¶ Vidiſti parētem me ſubaudiamus. ¶ Pene orbū fere carētem filiis. ¶ Tanta inconſtantia: inſtabilitas fortunę. Eſt aūt acclamatio ſenis grauitati maxime cōueniens. ¶ Quod.n. mihi fili⁹ abſēs auxiliū: nul li inqt ſibi eſſe auxilio ſi liū abſentē quis ſit uiu⁹. ¶ Andros hēt: Andros inſula ē una ex Cycladibus: ab andro Anii filio ut ſcribit Ouidius: ut alii Eurymachi: denomiata

¶ Augurium

Latonę partus

andros

---



Raph.

¶ Augurium: augurioꝝ ac uaticinādi peritiā. ¶ Vota maiora fideque: hoc eſt maiora q̄ quis expeteret aut credere debeat. ¶ Latice meri: uinum. ¶ Baccamq; Mineruæ: oliuam: Pallas enim olium extulit in lucē. ¶ Diues uſus: opulēta utilitas. ¶ Troiæ populator atrides: Agamēnon Troiæ depredator. ¶ Ne non putes: aut putes. ¶ Euboea duabus: Euboea inſula eſt Bœotiæ adiacens admodum longa. Vnde & Macris fuit quondam appellata: & Macra, id eſt longa ut tradit Plin. ſed & Chalchodotis, & chalcis, ęre ibi primum reperto, & abantis, & aſopis. ¶ Pietas: Atridi fratris i ſorores. ¶ Cō ſortia corpora: ſorores. ¶ Per quos: quorum uirtute. ¶ Captiuis lacertis: captiuarum brachiis. ¶ Miro more: mirando modo. ¶ Perdere: deſtruere, delere. ¶ Ferre uocatur opē ac ſi diceret Anius: perde re miro modo non eſſe opem ferre. ¶ Tuæ coniugis: Veneris. Nam Veneri columbę ſunt dicatæ. ¶ Abiere: conuerſę fuere. Fabulæ quintæ. xiii. libri argumentum.

Anii filiarū ta ctu oīa i fruges mutari

euboea

anii filias columbas

Lacti.

¶ Talibus atq; &c. Diſcedentes ab anio Anchiſes & æneas inuicem munera dant & accipiunt, in quibus fuit crater enēę datus ab alcone Lydio cælatus. Anius autem a Therſe Bœotio acceperat: in quo ſculptæ erant Thebæ & Orionis filiæ: quæ pro populo Thebano paſſę erāt immolari: & harum procū muneribus adulti eēnt. duo adoleſcentes inde inuenerunt: qui ex uirginū noīe coronę ſunt noiati.

Raph.

¶ Talibus atq; aliis: hæc idcirco a poeta narrantur: ut aptius ſequentem Metamorphoſin cum ſuperio re cōnectat. Nam Thebani cum peſtilentia laborarent oraculum acceperunt eam eſſe ceſſaturam: ſi ſe duæ uirgines pro populo deuouerent. Duæ autem Echionis filiæ cum ſe imolādas tradidiſſent: tamq; cremarentur: duo iuuenes

Delius augurium dedit huic: dedit altera Liber
Fœmineæ ſtirpi uoto maioraq; fideq;:
Munera. nam tactu natarum cuncta mearum
In ſegetem, laticemq; meri, baccamq; Mineruæ
Transformabātur: diueſq; erat uſus in illis:
Hoc ubi cognouit Troiæ populator Atrides:
(Ne non ex aliqua ueſtram ſenſiſſe procellam
Nos quoq; parte putes) armorum uiribus uſus
Abſtrahit inuitas gremio genitoris: alantq;
Imperat argolicam cæleſti munere gentem:
Effugiunt quo quæq; poteſt. Euboea duabus,
Et totidem natis andros fraterna petita eſt.
Miles adeſt: & ni dedantur: bella minatur:
Victa metu pietas conſortia corpora pœnæ
Reddidit: & timido poſſes ignoſcere fratri:
Non hic Aeneas, non qui defenderet andron
Hector erat: per quos decimum duraſtis in annū:
Iamq; parabantur captiuis uincla lacertis:
Illæ attollentes etiam nunc libera cælo
Brachia: Bacche pater fer opem dixere: tulitq;
Muneris auctor opem (ſi miro perdere more
Ferre uocatur opem) nec qua ratione figuram
Perdiderint potui ſcire: aut nunc dicere poſſum:
Summa mali nota eſt: pennas ſumpſere: tuæq;
Coniugis in uolucres niueas abiere columbas:
Talibus, atq; aliis poſtq̄ conuiuia dictis
Implerunt: menſa ſomnum petiere remota:
Cumq; die ſurgunt: adeuntq; oracula phœbi.
Qui petere antiquam matrem: cognataq; iuſſit
Littora: proſequitur rex, & dat munus ituris
Anchiſæ ſceptrum, chlamydem, pharetramq; nepoti
Craterem aeneæ, quem quōdam miſerat illi
Hoſpes ab Aoniis Therſes Iſmenius oris:
Miſerat hunc illi Therſes: fabricauerat Alcon
Myleus: & longo cælauerat argumēto:
Vrbs erat: & ſeptem poſſes oſtendere portas:
Hæ pro nomine erant: & quæ foret illa, docebant:
Ante urbem exequiæ tumuliq;, ignesq;, rogiq;,
Effuſæq; comas, & apertæ pectora matres
Significant luctum: Nymphæ quoq; flere uidentur.
Siccatoſq; queri fontes, ſine frondibus arbor
Nuda riget, lambunt arentia ſaxa capellæ.
Ecce facit mediis natas ab Echione Thebis:
Hanc nō fœmineum iugulo dare pectus aperto,
Illam demiſſo per fortia pectora telo
Pro populo cecidiſſe ſuo: pulchriſq; per urbem
Funeribus ferri: celebriq; in parte cremari.
Tum de uirginea geminos exire fauilla,
Ne genus intereat: iuuenes (quos fama Coronas
Nominat) & cineri materno ducere pompam.

qui Stephani: hoc eſt coronæ ſunt uocati, de rogi fauilla uiſi ſunt exire: exequias q̄ matri celebrare. ¶ Antiquam matrem: Italiam: unde Dardanus in Phrygiam fuerat profectus. Sic & Virgilius: Dardanię durisque uos a ſtirpe parentum Prima tulit tellus: eadem uos ubere læto Accipiet reduces. antiquam exquirite matrē. Hic domus æneæ cunctis dominabitur annis: Et nati natorū & qui naſcentur ab illis. ¶ Nepoti: aſcanio. ¶ Iſmenius: Thebanus. ab iſmeno Bœotiæ fluuio. ¶ Alcō Myleus: non mylei filius: ſed a patria ſic cognominatus: Mylę nanq; nomē eſt duarum urbium, quarum altera eſt in Sicilia: altera in Theſſalia. Duo autem fuerunt alcones dari: hic argentarius faber, & alter Cretenſis arte ſagittandi inſignis. ¶ Lōgo argumēto: plixa materia. ¶ Vrbs erat in illo cratere cælata: Thebæ autē bœotię fuerant ſculptę: ¶ Hæ ꝓ nomine erant: nam ſeptē portę ſignificāt eas eſſe Thebas Bœotias. Thebe enī Bœotię ſeptem portas habuiſſe dicuntur. ¶ Effuſæ comas: diffuſas & ſparſas comas & pectora aperta habētes. Eſt enim figura poetica. ¶ Lambūt arentia ſaxa: herbę nanq; omnes aruerant. ¶ Natas ab Echione: filias Echiōis Thebani legitur & Orionę. ¶ Non fœmineū: timidū: ſed uirile & audax. ¶ Coronas: latine dixit, nā apud Grecos Stephani uocantur. ¶ Summus: in ſummitate.

alcon

Mile

Thebę Bœotię

**Miſcere** **Exæſtuare** **Vires Aetnæ** **Acis**

¶ Huius cōtemptus: quo me ſpernis. ¶ Patientior: tolerātior. ¶ Placeatq; ſibi: pulcher ſibi uideatur, ſuaq; forma ſuperbus ſit. ¶ Modo copia detur: modo ipſū cōprehendere poſſim. Hæc autem cum maxima idignatione a polyphemo iactata fuere. ¶ Sentiet eſſe mihi: hoc eſt cognoſcet me pro mēſura tam magni corporis uires habere. ¶ Traham: extraham. ¶ Diuulſa: diſcerpta. ¶ Si ſe tibi miſceat: ſi tecum coeat, atq; concumbat. ¶ Vror: crucior. ¶ Læſus ignis: offenſus amor. ¶ Exæſtuat: feruet: inflammatur. ¶ Acrior: acrius & uehemētius. Nomen enim p aduerbio ponitur. ¶ Cū ſuis uiribus: cū ſuis ignibus. Vires .n. aetnæ incendia ſunt aſſidua. ¶ Moueris: commoueris ad miſericordiā, ut mihi morem geras. ¶ Ferus: terribilis. ¶ Ignaros: neſcios nos uideri, eoq; ſecuros. ¶ Veneris ueſtræ: ueſtræ uoluptatis. ¶ Veſtris regnis: in ueſtra aquarum regna. ¶ Quamuis extremus angulus: quamuis ultima pars āguli. Hic uero colligitur q̄ magnum fuerit illud ſaxum, quod in acim Poliphemus iecit. ¶ Obruit: texit, cooperuit. ¶ Per fata: permittentibus fatis. ¶ Vires auitas: uires Simethi fluuii: ut in fluuiū conuerteretur. Hoc autem idcirco fictum eſt, quia Acis fluuius eſt Siciliæ ex aetna monte decurrens tanto impetu, ut inde fuerit appellatus. Nam acis ſagitta interpretatur. ¶ Tum moles tacta dehiſcit: tum rupes percuſſa aperitur. ¶ Properataq; ſurgit arundo: properata quidem legitur: ſed procera, hoc eſt recta & longa: arundini magis cōuenire uidetur. Tametſi properata p pperanter ac feſtināter nata intelligi poſſit. ¶ Extitit: extra ſtetit. ¶ Incinctus iuuenis flexis: ſic quidē legitur, ſed inflexis forſitā & cinctus ſic legendū, ut utrunq; in alterius locum transferat, hoc modo: Inflexis iuuenis cinctus noua cornua cannis. Nam fluuiorū Dii cornua habere fingunt: q̄ boum ſimiles eſſe dicit, & propter ſtrepitum: & pter circūflexiones: quas cornua uocāt. Cincta autem cornua cannis idcirco habere finguntur. q̄ fere in ripis fluminū arūdines naſcunt. ¶ Cærule⁹: niger. ¶ Et antiquum tenuerunt flumina nomē: Acis nanq; fluuius ille fuit appellatus.

Fabulæ. viii. decimitertii libri argumētum.

**Raph.** ¶ Deſierat galatea loqui: cœtuq; ſoluto &c. Glaucus Antedonis filius piſcator cū ſpecioſos piſces cœpiſſet: & cum uellet recentiſſimos in urbē ferre, in quodā loco proximo mari eos dum requieſceret: ac retia ſiccarentur ſub recentiſſimam herbā expoſuit: at illi uigore eius, ſuccoq; contactu recupato ſpiritu quē amiſerant: miſerūt ſe in pfundum. At Glaucus perrectus exiſtimans uim quandā diuinitatis eſſe in herba: ipſe quoq; ieiunus polluit: alienatuſq; mente ex alto ſe præcipitauit in pelagū. Sed inter deos marinos receptus fuit: qui cū Scyllam Tethydis filiam eodē mari uerſantem cōſpexit: pulchritudine eius accenſus eſt: quē ne alloqui poſſit mari recondita eſt.

**Raph.** ¶ Deſierat Galatea loqui fine ſermoni ſuo impoſuerat galatea. Hęc autem ad connectendam cum ſuperioribus Glauci transfigurationem a poeta narrantur. Nam Glaucus Polybi filius, piſcator cū eſſet, forte piſces captos i prato expoſuit. Qui cum in mare reſiliuiſſent: ut cauſam huius rei cognoſceret: dentibus cœpit illas herbas mādere, in quibus iacuerant piſces. Sed ſtatim mutata natura ſe in mare præcipitauit: quem dii miſerati in Deum marinum: ſiue (ut Strabo refert) in balenam tranſmutarunt: Glaucum autem piſcem inde fuiſſe denominatum aiunt. Quod quidem idcirco fictum fuiſſe Palephatus ait. Quia glaucus optim⁹ fuit urinator: qui cum ſub aqua nataret ad inſulam quandam cultoribus uacuam: indeq; poſt tres ampliuſue dies rediens: ſe apud marinos deos fuiſſe profitebatur. Sicq; rudibus tunc hominibus facile perſuaſit ſe marinum deum fuiſſe effectum. ¶ Scylla redit ad littus reuertitur e mari.

At ego contemptus eſſem patientior huius:
Si fugeres omnes ſed cur Cyclope repulſo
Acin amas? preferſq; meis amplexibus Acin?
Ille tamen placeatq; ſibi, placeat, licebit;
Quod nollem Galatea, tibi: modo copia detur:
Sentiet eſſe mihi tanto pro corpore uires.
Viſcera uiua traham: diuulſaq; mēbra per agros,
Perq; tuas ſpargam: ſi ſe tibi miſceat undas.
Vror enim: læſuſq; exæſtuat acrior ignis:
Cumq; ſuis uideor tranſlatam uiribus aetnam
Pectore ferre meo. nec tu Galatea moueris.
Talia nequicquam queſtus (nam cuncta uidebā)
Surgit: & ut taurus uacca furibundus adempta
Stare nequit: ſiluaq;, & notis ſaltibus errat.
Cum ferus ignaros, nec quicquam tale timentes
Me uidet, atq; acin. uideo, exclamat: & iſta
Vltima ſit: faciam: Veneris concordia ueſtræ.
Tantaq; uox, quantam Cyclops iratus habere
Debuit: illa fuit. clamore perhorruit aetna.
Aſt ego uicino pauefacta ſub æquore mergor.
Terga fugæ dederat conuerſa Simæthius heros.
Et fer opem Galatea (precor) mihi ferte parentes
Dixerat: & ueſtris periturum admittite regnis.
Inſequitur Cyclops: partemq; e monte reuulſam
Mittit: & extremus quamuis peruenit ad illum
Angulus e ſaxo: totum tamen obruit Acin.
At nos quod fieri ſolum per fata licebat:
Fecimus: ut uires aſſumeret Acis auitas.
Puniceus de molle cruor manabat: & intra
Temporis exiguum rubor euaneſcere cœpit:
Fitq; color primo turbati fluminis imbre:
Purgaturq; mora. tum moles tacta dehiſcit:
Viuaq; per imas, proceraq; ſurgit arundo:
Oſq; cauum ſaxi ſonat exultantibus undis:
Miraq; res, ſubito media tenus extitit aluo
Inflexis iuuenis cinctus noua cornua cannis:
Qui, niſi q̄ maior: q̄ toto cærulus ore eſt:
Acis erat: & ſic quoq; erat tamen acis in amnem
Verſus: & antiquum tenuerunt flumina nomen.
Deſierat Galatea loqui: cœtuq; ſoluto
Diſcedunt: placidiſq; natant Nereides undis.
Scylla redit: neq; enim medio ſe credere ponto
Audet, & aut bibula ſine ueſtibus errat harena.

Seductos



**Raph.** ¶ Seductos receſſus gurgitis: ſecretos ſinus. ¶ Nouus incola: Glaucus q̄ paulo ante in deum marinum fuerat cōmutatus. Fuerūt aūt tres Glauci poetarū carminibus clari. Is qui in deū marinum fuit cōuerſus: & quē in Iliad. vi. ſcribit Homē. (cū ferreis diomedis armis ſua aurea pmutaſſe) & quē narrat Virg. in Geor. ob cōtēptā Venerē dentibus ſuarum equarū fuiſſe laniatū. Fuit & glaucus Cariſtius pugil: de quo Pauſanias: & Glaucus minois filius, q̄ cū in doliū mellis cecidiſſet, extinctus ope Aeſculapii reuixit: de quo Hygin⁹. Eſt et Glaucus Lyciæ & ſin⁹ & fluui⁹: ut Stra. & Pli. narrant. ¶ In Euboica anthe. **Anthedon** Anthedon urbs ē Bœotię maritima ab anthedone dii & alces abātis filio denomiata: uel q̄ oium ſit ἀνθηρότατη .i. floridiſſima, eſt & alia eodē noie iuxta Gazā iudeę maritima: unde anthedonius: Eſt et portus anthedonius. ¶ Euboica: q̄ Euboea Bœotię adiacet. ¶ Morari: remorari: retinere. ¶ In ſummū: in ſūmitate & cacumē. ¶ In unū apicē: in unū cacumen. ¶ Coniectus: coactus. ¶ Cōuexus: inclinatus. Locū aūt deſcribit pręcipitio accommodatum. ¶ Ad æquora: in mare uerſus. ¶ Tortilis pi. q̄ ſe facile torquet. ¶ Vltima iguina: ultimā iguinū ptem. Ad id antem alludit poeta qd Strab. ait, Glaucū in balenam fuiſſe trāſfiguratū. Senſit: aīaduertit Glaucus eā mirari & addubitare utrū Deus an mōſtrum eſſet. ¶ Et innitēs moli adhęrens rupi & ſaxo. ¶ Nō ego pdigiū: monſtrū. ¶ Sed de⁹ aq: ſed deus marinus. ¶ Mai⁹ ius: maiorē potentiam. ¶ Sed ſcilicet altis dedit⁹ æquoribus: ſed piſcādi in mari ſtudioſus: Significat .n. Glaucus ſe fuiſſe piſcatorē. ¶ Tantum: ſolū. ¶ Nā modo ducebam: interdū iquit glaucus retibus, iterdum hamis piſces capiebam. ¶ Ducebam: trahebā. ¶ Linum: hami lineā. ¶ Sunt uiridi prato: topographia & loci deſcriptio. ¶ Morſu læſere: depauere. ¶ **Genialia ſerta** Genialia ſerta: genio ac uoluptati cōuenientes coronas. ¶ In illo ceſpite: in illo herboſo litore. **Ceſpes** Ceſpes .n. dicit terra cum propria herba auulſa. ¶ Recēſerem: dinumerarē. ¶ Captiuos: captos. ¶ Lina maden. retia madefacta p metonymiam. ¶ Inſuper: deſuper, ſupne. ¶ Egerat: ipulerat. ¶ Res ſimilis fictę: uidebit ſubaudiēdū. ¶ Sed qd mihi fingere pdeſt? ac ſi diceret Nullam habeo cām cur fingere debeā. ¶ Gramine: herba. ¶ Mea pda: capti piſces, tamq̄ mortui. ¶ Niti: ſalire: ſalientes .n. niti ſolent ut longiores edant ſaltus. ¶ Motare: frequenter mouere. ¶ Dumq; moror, mirorq; ſimul: agnominatio lepida. ¶ Has uires: tantā uim ut mortuos piſces uiuos efficere poſſit. ¶ Trepidare: ſalire, moueri. ¶ Pect⁹ rapi: animum teneri. ¶ Alteri⁹ naturę: equoris ac piſcis. ¶ **Reſtare** Reſtare: reſiſtere, amori & cupiditati alterius naturæ. ¶ Socio honore: nam me quoq; in ſuū numerū admiſerūt. ¶ Feram: habeā. ¶ Demāt: auferāt. ¶ Luſtror: purgor.

Aut, ubi laſſata eſt, ſeductos nacta receſſus
Gurgitis incluſa ſua membra refrigerat unda:
Ecce fretum ſcindens alti nouus incola ponti
Nuper in Euboica uerſis Anthedone membris
Glaucus adeſt: uiſæq; cupidine uirginis ardet.
Et quæcunq; putat fugientem poſſe morari
Verba refert, fugit illa tamen, ueloxq; timore
Peruenit in ſummum poſiti prope littora montis.
Ante fretum, eſt ingens apicem coniectus in unum
Longa ſub arboribus conuexus ad æquora uertex:
Conſtitit hic: & tuta loco monſtrum ne, Deus ne
Ille ſit ignorans: admiraturq; colorem,
Cæſariemq; humeros, ſubiectaq; terga tegentem:
Vltimaq; excipiat q̄ tortilis inguina piſcis.
Senſit: & innitens, quæ ſtabat proxima moli:
Non ego prodigium: nec ſum fera bellua uirgo:
Sed Deus (inquit) aquæ, nec maius in æquore Proteus
Ius habet, & Triton, Athamantiadeſq; Palæmon.
Ante tamen mortalis eram: ſed ſcilicet altis
Deditus æquoribus, tantum exercebar in illis:
Nam modo ducebam ducentia retia piſces.
Nunc in mole ſedens moderabar arundine linum:
Sunt uiridi prato confinia littora: quorum
Altera pars undis, pars altera cingitur herbis,
Quas neq; cornigeræ morſu læſere iuuencæ:
Nec placidæ carpſiſtis oues, hirtæue capellæ.
Non apis inde tulit collectos ſedula flores:
Non data ſunt capiti genialia ſerta: nec unq̄
Falciferæ ſecuere manus: ego primus in illo
Ceſpite conſedi: dum lina madentia ſicco.
Vtq; recenſerem captiuos ordine piſces.
Inſuper expoſui: quos aut in retia caſus,
Aut ſua credulitas in aduncos egerat hamos:
Res ſimilis fictæ: ſed quid mihi fingere prodeſt?
Gramine contacto cœpit mea præda moueri,
Et motare latus: terraq; ut in æquore niti.
Dumq; moror, mirorq; ſimul: fugit omnis in undas
Turba ſuas: dominumq; nouum, littuſq; relinquunt.
Obſtupui: dubitoq; diu, cauſamq; requiro:
Num Deus hoc aliquis, num ſuccus fecerit herbæ.
Quæ tamen has inquam uires habet herba? manuq;
Pabula decerpſi: decerptaq; dente momordi.
Vix bene combiberant ignotos guttura ſuccos:
Cum ſubito trepidare intus præcordia ſenſi:
Alteriuſq; rapi naturæ pectus amore,
Nec potui reſtare diu: repetendaq; nunq̄
Terra uale dixi: corpuſq; ſub æquora merſi.
Dii maris exceptum ſocio dignantur honore:
Vtq; mihi, quæcunq; feram mortalia demant.
Oceanum, Tethynq; rogant, ego luſtror ab illis:

T iiii

Oui. Metha.

Raph. ℭNefas: impietatē, hiſta nāq; infirmitatē. Suppo nere: ſubiicere. ❡ De diuerſis: de diuerſis regionib⁹. ❡ Quę poſtq̃ rede. poſtq̃ ī: fluuii ęquora q; a me receſſerūt: alium me eē pcepi, q̃ paulo āte fuerā. ❡ Recepi: pcepi. ❡ Nec eūdē mē. nā mē tē quoq; mutaueram. ❡ Acta memorā. facta memoria digna. ❡ Viridē ferrugine: cęruleā & ſubnigrā. Ferrugo nāq; ē (ut Ser. exponit) purpura nigrior. Vñ. Virg. Cū caput obſcura nitidū ferrugie texit. Verro: traho. ❡ Cruraq; pinni. crura ſua ait glaucus ī piſcis qdē caudā fuiſſe trāsformata. ❡ Curuata: ꝗ ī flexiōe q̃dā mutata. ❡ Pinnigero piſce: in piſcē pinnas habentem. ❡ Nō tāgeris: nō moueris. ❡ Furit: in furorē ſtimulatē. ❡ Irritat⁹: indignat⁹, ira iflāmat⁹. Prodigioſa atria: ędes mōſtrorū plēas. Hoīes nāq; multi ī feras uarias mutati illic detinebant. ❡ Titanidos: Circe titani, hoc eſt ſolis, filiæ.

Ferrugo

Et purganti nefas nouies mihi carmine dicto
Pectora fluminibus iubeor ſupponere centum:
Nec mora: diuerſis lapſi de partibus amnes:
Totaq; uertuntur ſupra caput æquora noſtrum.
Quæ poſtq̃ redeunt: alium me corpore toto,
Ac fueram nuper: nec eundem mente recepi:
Hactenus acta tibi poſſum memoranda referre:
Hactenus & memini: nec mens mea cætera ſenſit:
Hanc ego tum primum uiridem ferrugine barbam,
Cæſariemq; meam, quam longa per æquora uerro,
Ingenteſq; humeros, & cærula brachia uidi:
Cruraq; pinnigero curuata nouiſſima piſce.
Quid tamē hæc ſpecies? quid Diis placuiſſe marinis?
Quid iuuat eſſe Deum? ſi tu non tangeris iſtis?
Talia dicentem dicturum plura reliquit
Scylla Deum, furit ille: irritatuſq; repulſa
Prodigioſa petit Titanidos atria Circes.

Fabulę pmę libri. xiiii. argumentum.

Lactan. ℭIāq; gigan. Glaucus anthedoni⁹ ſupradict⁹. Scyllā circa Siciliā cōſpicat⁹ cū adamaſſet: & q̃ nollet ſ. q̃ appetentē uenit ad circē obſecrās remedia ut amāti ſuccurreret: quē illa nō leui cupiditate capta negēs a pꝓpoſito retardare amorē īdicit dicēs q̃ eēt: q̃ ſibi pferret. Inſtructa n. Hecates carmib⁹ uenit ī locū ī quo Scylla ablui cōſueuiſſet: uenēiſq; ibuit: q̃b⁹ illa tenus pube canib⁹ eſt efferata: ut amātib⁹ odio ac timori eſſet. Quod ob factū illa poſtea in Vlyſſem amatū ab ea exercuit ſæuitiā: q̃ Glaucus factū hoc a Circe dolenter tulit.

ℭRAPHAELIS Regii in Quartumdecimum Metamorphoſeos Ouidii Librū enarrationes.




Circes odiū Vlyſſis ſocios ſubmerſit: ac forſitan ēt aeneæ ſtruxiſſet īſidias, niſi iā ī ſaxū fuiſſet cōuerſa: qđ ēt nūc a nautis uitatur. ❡ Gigāteis faucib⁹: capitib⁹ gigantū, q̃ oppreſſi aetna dicuntur. ❡ Quid raſtra: ſine uerbū qđ ſæpe elegāter prætermittit: ſubaudiat. ❡ Neſcia arua: nāq; illa nunq̃ fuerant arata. ❡ Eubeicus cultor: Glauc⁹ anthedoni⁹. ❡ Tumidaq; aquarū: periphraſis ē maris: ❡ Liquerat & Zāclen: Zāclē, ut in ſupiore dixim⁹ libro, eadē eē cū Meſſena uꝰ. ❡ Aduerſaq; mœnia Rhe. Rhegiū e regiōe Meſſenę ſitū eē ſignificat. Rhegiū aūt ē urbs ī finib⁹ Calabrię ubi Sicilia ab italia diſtracta fuiſſe mēorat. Vnde & Rhegiū ἀπὸ τοῦ ῥήγνυσθαι dictū ē: hoc ē ab abrūpēdo: q; eo in loco Sicilia ab italia fuerit abrupta: ut Plin. tradit. ❡ Nauifragūq; fretū: ī quo multa fiūt naufragia. Nā a nauib⁹ frāgēdis nauifragū cōpoſuit: qđ nomē: cū ſit hoc loco quatuor ſyllabarū: corrupte fere uꝰ b⁹ efferi. ❡ Preſſū: āguſtatū. ❡ Gemino littore: duob⁹ littorib⁹ Italico: & Siculo. ❡ Auſoniæ Siculęq; tenet cōfinia: freto namq; Sicilia ab Italia diſtermi ratur. ❡ Inde: a freto. nā mare iferum: quod & Tyrrhenum uocatur: uſq; ad fretum protenditur.

Rhegiū

Naufragū

Raph. Amq; gigāteis. Glauc⁹ cū a Scylla fuiſſet ſpretus, ſe ad circē Solis filiā herbis: carminibuſq; potētiſſimā cōtulit: eāq; rogauit: ut ſibi opē ferret: efficeretq; carminib⁹ ut a Scylla redamaret. Sed Circe illius ſtatī amore capta ipm in ſuos amplexus pellicere tentauit: a quo ſpreta cum fuiſſet oēm idignationē ī Scyllam conuertit: ac ſinum quendā in quē deſcendere Scylla ipſa cōſueuerat, ueneris infecit: quibus pꝰ hactenus in uaria monſtra conuerſa, cum ſibimet ipſi diſpliceret, in fretū Siculū deſiluit. Vbi cum alios, tum ſo

Scylla i monſtrū

ℭP. Ouidii Naſonis Metamorpho. Liber. XIIII.

Iamq; Gigāteis iniectā faucibus Aetnam,
Aruaq; Cyclopū, qđ raſtra, quid uſus aratri
Neſcia, nec quicq̃ iūctis debentia bubus,
Liq̃rat Euboic⁹ tumidarum cultor aquarum:
Liq̃rat & Zāclē, aduerſaq; mœnia Rhegi,
Nauifragumq; fretū, gemino qđ littore pſſū
Auſoniæ, Siculæq; tenet confinia terræ.
Inde manu magna Tyrrhena per æquora uectus,

ℭHerbiferos



Raph. ℭHerbiferos colles: Circæum ſignificat, ubi quo monte Circe dicitur habitaſſe: quę homines carminibus ſucciſq; herbarū in feras cōuertebat. ❡ Simul: poſtq̃. ❡ Modo: dummodo. ❡ Leuare: leuem facere. ❡ Titani: o Circe filia titanis & Solis. ❡ Cogniti⁹ notius. Qui ſummat⁹ cauſam exponitur nulli ſit notius quanta ſit herbarum potentia q̃ ſibi: quia inqt ab illis ſum conuerſus ex homine in Deum marinū. ❡ Mei furoris: amoris tā uehementis. ❡ Meſſenia mœnia contra: e regione Meſſenæ urbis: quam & Zancle appellatam fuiſſe diximus: Eſt autem Anaſtrophe: prępoſitio nanq; quæ preponi debet poſtpoſita eſt. ❡ Pudor eſt referre: me pudet: tibi narrare: blanditiis nanq; uſus erat Glaucus Deo noncōuenientibus. ❡ Aliquid regni: aliqua potētia. ❡ Expugnatior: potētior ad expugnandum & uincendū. ❡ Operoſæ: efficacis. ❡ Fineq; nil: q̃a nihil op⁹ eſt fine: hoc ē nolo ut amori meo finis imponatur. ❡ Parte; ferat illa caloris hoc eſt illa quoq; mei amore capiatur. Vellet enim Glauc⁹ efficeret Circe: ut a Scylla redamaret. ❡ Ingenium aptius: naturam aptiorem & inclinatorem. ❡ Talibus flammis: talibus amoribus. ❡ In ipſa: in ipſius uolūtate ad amores, libidinemq; prona. ❡ Indicio paterno: idicio Solis, qui illius cum Marte concubitū Vulcano indicauit: quare Venus indignata omnem Solis ꝓgeniē turpiſſimis amorib⁹ inquinauit. ❡ Volentem: me ſubaudiamus. ❡ Parilīq; cupidine: pari amore. ❡ Dignus eras: ultro potera rogari. Sponte inquit ob pulchritudinem tuam poteras ac debebas a ſcylla rogari. ❡ Adſitq; tuę fiducia formæ: Hoc eſt tuæ pulchritudini confide. ❡ Voueo: uotis exopto. Hinc aūt oſtendit Glaucū ſingulari quadam pulchritudine fuiſſe ornatum. ❡ Spernentem: Scyllam. ❡ Sequēti Redde uices: me uiciſſim ſequere & redama. ❡ Vnoq; duas ulciſcer fa cto: & me quæ tibi ea quę rogaſti: concedere nolo, & Scyllam quæ te eſt aſpernata. ❡ Prius in æquore: ante rerum natura cōmutabitur, q̃ ego ab amanda Scylla deſiſtam. ❡ Frondes: arbores pars. n. pro toto per ſynegdochen frequenter uſurpatur. ❡ Algæ: herbæ ſunt maris peculiares algæ. ❡ Soſpite Scylla: incolumi & uiua ❡ Quatinus: quoniam. Quatenus uero in quantum ſignificat. ❡ Lędere non poterat: Deus. n. erat ❡ Amans: cauſa cur nollet, quia amans. ❡ Repulſam ueneris: propter coit⁹ repulſam. ❡ Infamia pabula: infames herbas propter nocumenta. ❡ Hecateia carmina: incātatiōes ab Hecate matre acceptas ❡ Cærula uelamina: cæruleas ueſtes & nigras. ❡ Proceſſit: exceſſit. ❡ Feruenteſq; ęſtibus undas: periphraſis ē frequēti quod a feruendo eſt dictū: Significat autē Scyllam pedibus fretū fuiſſe ingreſſam. ❡ Ponit ueſtigia: ingreditur. ❡ Sūmaq; decurrit: hoc eſt per ſummitatem maris currit ſiccis pedib⁹, q̃ niſi eſſe dea maxime mirandum foret ❡ Paru⁹ erat gurges: gurgitē deſcribit in quo ſe lauare ſolebat Scylla Glauci amica. ❡ Medio cū pluribus orbe Sol erat: periphraſis ē meridies. ❡ Medio orbe: medio cælo. ❡ Præuiciat ante inficit. ꝑ corrumpit. ❡ Portentificis ueneris: portenta ac monſtra facientibus. ❡ Inquinat: inficit. ❡ Preſſos latices: ſuccos exꝑſſos ex herbis noxiis. ❡ Magico ore: hypallage eſt. Magicum n. carmē accipimus. ❡ Demurmurat: deorſum murmurat.

Circęū

Alga

Quatinus

Quatenus

Fretum

Herbiferos adiit colles atq; atria Glaucus
Sole ſatæ Circes uariarum plena ferarum.
Quam ſimul aſpexit dicta, acceptaq; ſalute,
Diua Dei miſerere, precor nam ſola leuare
Tu potes hunc dixit (uidear modo dignus) amorē:
Quanta ſit herbarum Titani potentia, nulli:
Quam mihi cognitius, qui ſum mutatus ab illis.
Neue mei non nota tibi ſit cauſa furoris:
Littore in Italico Meſſenia mœnia contra
Scylla mihi uiſa eſt: pudor eſt promiſſa, preceſq;
Blanditiaſq; meas, cōtemptaq; uerba referre,
At tu ſiue aliquod regnum eſt in carmine, carmen
Ore moue ſacro: ſiue expugnatior herba eſt,
Vtere tentatis operoſæ uiribus herbæ:
Nec medeare mihi, ſaneſq; hæc uulnera mando,
Fineq; nil opus eſt, partem ferat illa caloris:
At Circe (neq; enim flammis habet aptius ulla
Talibus ingenium: ſeu cauſa eſt huius in ipſa:
Seu Venus indicio facit hoc offenſa paterno)
Talia uerba refert: melius ſequere uolentem,
Optantemq; eadem, parilīq; cupidine captam:
Dignum eras ultro: poteras certeq; rogari:
Et ſi ſpem dederis (mihi crede) rogaberis ultro,
Ne dubites, adſitq; tuæ fiducia formæ:
En ego cum Dea ſim: nitidi cum filia Solis:
Carmine cum tantū, quātū quoq; gramine poſſim
Vt tua ſim, uoueo: ſpernentem ſperne: ſequēti
Redde uices: unoq; duas ulciſcere facto.
Talia tentāti: prius inquit in æquore frondes
Glaucus, & in ſummis naſcentur montibus algæ,
Soſpite q̃ Scylla noſtri mutentur amores:
Indignata Dea eſt: & lædere quatinus ipſum
Non poterat, nec uellet amans, iraſcitur illi.
Quæ ſibi prælata eſt, Veneriſq; offenſa repulſa.
Protinus horrendis infamia pabula ſuccis
Conterit: & tritis Hecateia carmina miſcet.
Cæruleaq; induitur uelamina: perq; ferarum
Agmen adulantum media proceſſit ab aula:
Appoſitumq; petens contra Zancleia ſaxa
Rhegion ingreditur. feruenteſq; æſtibus undas,
In quibus, at ſolida ponit ueſtigia terra:
Summaq; decurrit pedibus ſuper æquora ſiccis:
Paruus erat gurges curuos ſinuatus in arcus,
Grata quies Scyllæ, quo ſe referebat ab æſtu
Et maris, & cæli: medio cum plurimus orbe
Sol erat: & minimas a uertice fecerat umbras,
Hunc Dea præuitiat: portentificiſq; uenenis
Inquinat: hic preſſos latices radice nocenti
Spargit: & obſcurum uerborum ambage nouorū
Ter nouies carmen magico demurmurat ore.

Raph. ¶Fœdari:deſ. pari. ¶ Abigit:depellit manibus. ¶ Ora pꝑter.īproba,rabida. ¶ Corpꝰ ſe.carnē ac pulpā ſum marū coxarū.Femora.n.ſūmitates coxarū dñr:ac p iu-

Femora. Femoralia. gulnibꝰ ponunt:uñ femoralia declinant,qbus pudēda tegunt. ¶ Cerbereos rictꝰ: ora canū Cerbero ſimiliū. ¶ Stat:horret. ¶ Inguinibꝰ trūcis:mutilatis. nā īguina

Scyllæ inguina in canes. in canes fuerāt conuerſa. ¶ Vtero exemīnēte uētre ¶ Coercet:ɔtinet cōprimit

Fabulæ.ii. decimiquarti libri argumentum.

Lactā. ¶Fleuit amans Glaucus &c.docet eandē Scyllam tranſformatam eſſe in ſaxum:ne Aeneæ nauigāti nocere poſſit in italiam.

Raph. ¶Fleuit amās Glaucus: quia amans fleuit Scyllæ fatum. ¶ Scylla loco manſit in eodem gurgite remā-

Scylla ī ſcopulū. ſit. ¶ In Circes odiū:ſciebat eniꝫ Vlyſſem a Circe amari.Multos autem e ſociis in freto Siculo amiſit ulyſſes:ut in Odyſſea narrat Homerꝰ. ¶ Mox:paulopoſt. ¶ Teucras ca. naues aeneæ troiani.Fuerāt merſura:ſubmerſiſſet,niſi quo tempore illac tranſiuit aeneas,in ſcopulum iā mutata fuiſſet. ¶ Ni prius in ſcopuluꝫ:& alii geographi:& Plini in primis ſcribunt, Scyllam ſaxuꝫ eſſe īngens freto īmminēs:qđ in parte ſuperiore humanam habet effigiem,in inferiore uero plures habet cauernas,quibus undę recractæ latratus canum & luporum ululatus referre uidentur.

Fabulæ.iii.libri.xiiii.argumentum.

Lactā. ¶Hunc ubi &c. Cercopides,ꝓpter fraudē,ſceluſqꝫ quia boni ſemper inſidiatores fuerunt: exoſus eſt Iuppiter:ut qualem aīum habuiſſent,talem & ſpēm poſt obitum indicarent:in ſimias cōuerſi ſunt. itaqꝫ Inarimen,Prochytēqꝫ īſulas proximas:quas hi incoluerāt: Pithecuſa nomine ſuo pithecuſas uocauit.

Raph. ¶Hūcubi Troianæ:errores aeneæ deſcribit poeta:ut cū ad pithecuſam eū deduxerit inſulā cōmodius Cercopum in Simias Metamorphoſin deſcribere poſſit. ¶ Auidam Charybdim:quę deuorat naues:atqꝫ euomit. ¶ Nō bene latura:naꝫ ſeipſam interfecit:ut ex carmine Virgiliano etiaꝫ pueris eſt notum. ¶ Sidonis:Di-

Sidonis. do Sidonia decepta ab Aenea,q eam reliqt:q ſibi illuꝫ ut maritū copularat. ¶ Harēoſę terrę: Carthaginis:unde Hiarbas apud Vir. Cui litꝰ arādū Dedimꝰ. ¶ Ad

Eryx. fines Eycis:mōs ē Sicilię Eryx ab Eryce amyci Bebriciorū regis & ueneris filio denominatꝰ:q uirībꝰ corpis

Scylla uenit:mediaqꝫ tenus deſcenderat aluo:
Cum ſua fœdari latrantibus inguina monſtris
Aſpicit:ac primo non credens corporis illas
Eſſe ſui partes:refugitqꝫ,abigitqꝫ,timetqꝫ
Ora proterua canum:ſed quos fugit;attrahit una:
Et corpus quærens femorum,crurumqꝫ,pedūqꝫ,
Cerbereos rictus pro partibus inuenit illis.
Statqꝫ canum rabies,ſubiectaqꝫ terga ferarum
Inguinibus truncis,uteroqꝫ extante coercet.
Fleuit amans Glaucus,nimiumqꝫ hoſtiliter uſæ
Viribus herbarum fugit connubia Circes.
Scylla loco manſit:cumqꝫ eſt data copia primum
In Circes odium ſociis ſpoliauit Vlyſſem:
Mox eādem Teucras fuerat merſura carinas:
Ni prius in ſcopulum(qui nūc quoqꝫ ſaxeus extat)
Tranſformata foret:ſcopulum quoqꝫ nauita uitat.
Tunc ubi Troianæ remis,auidamqꝫ Charybdim
Euicere rates:cum iam prope littus adeſſent
Auſonium:Libycas uento referuntur ad oras.
Excipit Aenean illic animoqꝫ:domoqꝫ
Non bene diſſidium Phrygii latura mariti
Sidonis:inqꝫ pyra ſacri ſub imagine facta
Incubuit ferro,deceptaqꝫ decipit omnes.
Rurſus harenoſæ fugiens noua mœnia terræ:
Ad ſedes Erycis:fidumqꝫ relatus Aceſten,
Sacrificat:tumulumqꝫ ſui genitoris honorat.
Quaſqꝫ rates Iris Iunonia pene cremarat:
Soluit:& Hippotadæ regnum,terraſqꝫ calenti
Sulfure fumantes,Acheloidumqꝫ relinquit
Sirenum ſcopulos,orbataqꝫ præſide pinus
Inarimen,Prochytenqꝫ legit:ſterileſqꝫ locatas
Colle Pithecuſas habitantum nomine dictas.
Quippe Deum genitor fraudem,& periuria quādā
Cercopum exoſus,gentiſqꝫ admiſſa doloſæ

ꝓſtās,tādē cū Hercule ceſtibus pugnās occubuit:uñ uenus Erycina fuit appellata. ¶ Iris iu.a iunōe miſſa:notū eſt:aūt hoc ex.v.Vir. ¶ Hippotadę re.aeolias īſulas

Hippotades. Nā aeolus iouis fuit filius ex aceſta Hippotæ Troiani filia. ¶ Sirenū acheloidū:acheloi filiarū. Sirenes enim

Sirenes. acheloi filię ex Calliope muſa fuiſſe dicunt:quę iuxta fretū Siculum habitantes ſuauiter adeo canebāt:ut illac nauigantes ſopirent ſomnoqꝫ oppreſſos mergerent. Tres auteꝫ fuiſſe dñr, Parthenope, Leucoſia,ligia: ¶ Orbataqꝫ præſide pinus:nauis palinuro gubernatore priuata, ut plene Virg.narrat. ¶ Ina-

Inarime. rimē,Prochytēqꝫ legit:trāſit. Inarime aūt īſula eſt in ſinu Cāpano.in q̄ ē mōs flāmas eructās. Prochyte

Prochyte. uero inſula eſt ſic dicta:q terræmotu ab ænaria ſit ꝓfuſa.nam προχέω ſignificat ꝓfūdo. ¶ Pithecuſas

Pithecuſa. hitātū noīe dī. Pithecuſa inſula eſt in ſinu Cāpano urbē ī monte hñs Pithecuſa a multitudine ſimiaruꝫ dicta.Naꝫ πίθηκος ſimia dicit.Iuppiter.n.Cercopū perfidiaꝫ odio hñs eos in ſimias conuertit,hācqꝫ īſulā illis aſſignauit habitandā.Pli.uero audacter ab Oui.diſſentiens ſcribit pithecuſā nō a ſimiarꝫ multitudine, ut aliq exiſtimāuere,ſed a figulinis doliorꝫ denominatā eſſe:pithos nāqꝫ doliū a Græcis appellatur ¶ Cercopidū exoſus:cum maxima athenienſium: qui & Cecropidæ dicūtur,ignominia:ſic legitur:cuꝫ præſertim nulq lectum ſit athenienſes tocū odio fuiſſe, quare ſolo Cecropiduꝫ audacter cōtenderim Cercopum pertinultima producta eſſe legēdū. Nam(ut ſcribit Sui-

Suidas. das)Candulus & Atlas fratres fraudulētiſſimi fuerūt, qui ꝓp ſceleſtos mores Cercopes noīati ſūt( hoc ē deceptores)q aduenas oēs ac iouēꝫ quoqꝫ decipe conati ſūt.Quare īdignatꝰ Iuppiter ī ſimias:quas græci πιθήκους uocāt:trāſformauit.Cercopas aūt hoīs fuiſſe doloſos ac pfidos īditio eſt hoc Græcorꝫ ꝓuerbium ἀγορὰ κερκώπων.i.forꝫ Cercopū.Quod qdē ꝓuerbiū ī malignos & fraudulētos uſurpat.Inde ēt κερκωπίζειν græci dicūt p eo qđ eſt decipe & fraudare.uidet aūt ad id alludere:qđ Cercopitheci Simię caudatæ dicunt quiſi ἀπὸ τῆς κέρκου:hoc ē a cauda cognominent. Cercopa ſane(ut aīt Sex.Pō.)græci appellant lucrari undiqꝫ cupientē:q̄ſi κερδῶνα,quē nos qꝫ lucrionē uocamꝰ.Horatius quoqꝫ ī cercopas carmine īuectus eſt: ut narrat Plutar.

¶Poſſe



Raph. ¶Poſſe queri:facultatem quærēdi,ac lamentādi. Verbum enim pro nomine poſitum eſt.

Fabulæ.iiii.libri.xiiii.argumentum.

Lactā. ¶Has ubi &c. Apollo Iouis & Latonæ filꝰ. Glaucū ſibyllā cū diligeret:p cōcubitu optādi ueniā tribuit. At illa in longū uictura tps ſpaciās in littore hauſto pugno harenæ petit tot annorū ſpacium quot partes eius dinumerare poſſet igitur ꝑſtata fide ad tempora ſe-

Cercopes in ſimias. nectute dilapſo. corpore relicta eſt uox:quæ Sibyllam indicaret. Deus uero noluiſſe morari eam in eo munere, ſed illa neglexit Dei uoluntatem.

Raph. Sibylla in uoce. ¶Has ubi ꝑterīt: aduentū Aeneæ ad Sibyllā deſcribit poeta,ut Sibyllam ipſam in uocē tādē cōuerſam fuiſſe exponat. Nam Sibylla qđ eſſet uirgo ab apolline amata,cuꝫ ab eo ut quicquid uellet peteret hortante īpetraſſet, ut tot annos uiueret, quot ī manu harenas tenebat: oblita ē adiicere uoto: ne unq̄ ſeneſceret. Quaꝛ cū phœbo morem gerere noluerit:ad tātuꝫ decrepitatis ꝑuenit,ut a corpore derelicta tota in uoce fuerit cōmutata. ¶ Parthenopeia

Parthenope. Miſenꝰ. mœnia:Neapolī:q & Parthenope ab una Sirenū illic ſepulta fuit appellata. ¶ Canori aeolidæ:miſeni aeoli filii: Quo non præſtantior alter aere ciere uiros, Martemqꝫ accendere cantu: ut canit Vir. unde etiam promontoriū Miſeni fuit appellatū. ¶ Litto-

Cumæ. ra Cumaꝝ: Cumæ urbs Cāpanię antiqſſima Italicaꝝ urbiū:atqꝫ Siculaꝝ a Chalcidenſibus qdē condita(ut Strabo inqt) ſeda Cumæis denomiata. Nā Coloniæ ductores Hippocles Cumæus: & Megaſthenes Chalcidēſis inter ſe pepigerūt:ut Chalcidenſiū qdē Colonia eēt:a Cumęis uero nomē accipe ret.alii ἀπὸ τοῦ κυμάτων:hoc eſt ab undis Cūas ſcribūt fuiſſe denoiatas. Sed prior noīs huius rō mihi ueriorꝫ eſſe uidet. ¶ Viuacis Sibyllę:q̄ ſeptingentos iā an-

Sibylla. nos uixiſſet,ut ipſa paulopoſt narrat. Adamatæ nanqꝫ ab ſe apollo conditionem tulit: ut qcqd uellet optaret ſe nihil negaturū. Illa hauſta manu harena petiit ut tot annos uiueret,nec adiecit ne ſeneſceret. Quare adeo cōſenuit:ut uox ei ſola ſupereſſet. Sibylla uero ex ſentētia Mar. Varonia oīs fœmina uates nūcupat, uel ab unius Delphidis nomine,uel a conſiliis Deorꝫ enūciā-

In deformē uiros animal mutauit:ut iidem
Diſſimiles homini poſſent ſimileſqꝫ uideri.
Membraqꝫ contraxit:nareſqꝫ a fronte remiſſas
Contudit:& rugis perarauit anilibus ora:
Totaqꝫ uelatos flauenti corpora uillo
Miſit in has ſedes:nec non prius abſtulit uſum
Verborum:& natæ dira in periuria linguæ.
Poſſe queri tantum rauco ſtridore reliquit:
Has ubi præteriit:& parthenopeia dextra
Mœnia deſeruit:læua de parte canori
Aeolidæ tumulum,& loca fœta paluſtribus uluis
Littora Cumarum,uiuaciſqꝫ antra Sibyllæ
Intrat:& ut manes adeat per auerna paternos
Orat:at illa diu uultum tellure moratum
Erexit,tandemqꝫ Deo furibunda recepto:
Magna petis dixit,uir factis maxime,cuius
Dextera per ferrum eſt,pietas ſpectata per ignes:
Pone tamen Troiane metum. potiere petitis,
Elyſiaſqꝫ domos,& regna nouiſſima mundi
Me duce cognoſces: ſimulachraqꝫ chara parentis:
Inuia uirtuti nulla eſt uia(dixit)& auro
Fulgentem ramum ſilua Iunonis auernæ
Monſtrauit:iuſſitqꝫ ſuo diuellere trunco:
Paruit Aeneas:& formidabilis Orchi
Vidit opes.atauoſqꝫ ſuos,umbramqꝫ ſenilem
Magnanimi Anchiſæ.didicit quoqꝫ iura locorum
Quæqꝫ nouis eſſent adeunda pericula bellis
Inde ferens laſſos auerſo tramite paſſus
Cum duce Cumæa fallit ſermone laborem:
Dumqꝫ iter horrēdum per opaca crepuſcula carpit
Seu Dea tu præſens,ſeu Diis gratiſſima dixit
Numinis inſtar eris ſemper mihi,meqꝫ fatebor
Muneris eſſe tui:quæ me loca mortis adire,
Quæ loca me uiſæ uoluiſti euadere mortis.
Pro quibus aerias meritis euectus ad auras,
Templa tibi ſtatuam,tribuam tibi thuris honores.

dis:σιοὺς,i.Deos,& cōſiliū.βουλὴν appellabāt aeolico genere ſermonis.Itaqꝫ Sibyllā dictā eſſe quaſi θεοβουλὴν ſcribit Varro:eaſqꝫ decē numero fuiſſe:quas q-

Sibyllę decem. dē oēs enumerauit ſub auctoribus,q de ſingulis ſcriptitarūt.Prima āt fuit Perſica.Secūda Libica. Tertia Delphica.Quarta Cimeria.Quinta Erythręa.Sexta Samia Septia Cumana noie, Amalthea,q ab aliis Herophile:uel Demophile nominatur. Octaua Helleſpontica. Nona Phrygia. Decima Tiburs noie Albunea.Cęterꝫ Cumana, ad quā ꝑueniſſę aeneam Ouid. narrat nouē libros

Sibyllini libri. attuliſſe ad regē Tarquiniū priſcū narraſ ac pro eis trecentos Philippeos poſtulaſſe.Rexqꝫ aſpernatus ꝑtii magnitudinē mulieris: inſaniā deriſiſſe. Illa in cōſpectu regis tres combuſſit:ac pro reliquis idem ꝑtiū poſtulaſſe. Tarquinꝰ multo magis mulierē inſanire putaſſe: q̄ demum tribus aliis exuſtis cuꝫ in eodē ꝑtio ꝑſeueraret:motus rex anus ꝑtinacia reſiduos trecētis aureis emiſſe. ¶ Manes paternos: aīam anchiſæ pris. ¶ Furibunda:furenti ſimilis. ¶ Deo recepto:apolline accepto. ¶ Dextra fortitudo. ¶ Per ferrum:per enſem: quo multos hoſtiū interfecit Aeneas. ¶ Pietas ſpectata per ignes:nam ex incendio Troiano & Deos

Aeneas ad inferos. penates:& patrem anchiſen humeris exportauit Aeneas. ¶ Elyſiaſqꝫ domos:Elyſium a poetis fin-

Elyſiuꝫ. gitur locus eſſe apud inferos:ubi aīę eorū qui bene uixerunt,quieſcere ī ſumma felicitate dicuntur. ¶ Regna nouiſſima: infe-ros. ¶ Simulachraqꝫ chara parētis:hoc ex eorꝫ opinione dictū eſt:q aīūt hominē ex tribꝰ cōſtare:aīa: corpore:& ſimulachro.

Hoīem ex tribꝰ cōſtare. animaqꝫ cælū petere. Corpꝰ reddi terræ. Simulachrū ad īferos deſcēdere. ¶ Inuia uirtuti nulla ē uia: naꝫ ſub audiat. Eſt.n.ſnia cām cōtinēs cur ſit ad iferos deſcēſurus aeneas. ¶ Iunonis auernę:Proſerpię. Nemꝰ.n. iuxta auernū & Plutoni & Proſerpinę fuit dicatum. ¶ Formidabilis Orchi:formidādi Plutōis. ¶ Inde ferens laſſ. ab iferis reuertēs. ¶ Laſſos paſſus:hypallage ē: ſpe.n. laſſus itelligit. ¶ Fallit ſer.la,hoc eſt loquēdo efficit: ut labor nō ſentiat. ¶ Numinis inſtar:ad ſimilitudinē Deę ꝑ dea. ¶ Muneris eē tui:me uitā abs te dono accepiſſe ¶ Tribuā tibi thuris ho,hoc eſt tibi tāq̄ deę ſacrificabo

bcu

Raph. ¶ Et ſuſpiratib⁹ hau. ſuſpiriis tractis. ¶ Humanū mortale. ¶ Dignare: dignū puta. ¶ Lux æter. uita ppetua. ¶ Patuiſſet: expoſita & apta fuiſſet. ¶ Optatis potiere uotis: uoti tui cōpos fies. ¶ Pulueris hauſti: eruti. ¶ Tot natales: tot annos. Vana: ſtulta. ¶ Excedit: e memoria fugit, oblita ſum. ¶ Hos tamē ille mihi dabat: dediſſet ¶ Si Venerē pa. ſi paſſa fuiſſem illum coire mecū. ¶ Innuba uirgo: ſine nuptiis. ¶ Felicior ętas: iuuenilis ętas. ¶ Terga de. fugit. ¶ Aegra ſene. ab effectu ꝙ ęgros homines reddat. ¶ Quæ pa. diu: q̄ mihi per longū tps eſt toleranda. ¶ Sęcula ſeptē: ſeptingentos annos: nā ſęculum centū annorū ſpatium cōplectit. ¶ Supeſt uidere: poetica locutio, ſupereſt ut uideam. ¶ Tercentum meſſes & muſta: tercentū annos intelligimus.

Seculū

Fabulæ. v. vi. & vii. libri xiiii. argumentum.

Lactā. ¶ Talia connexum &c. Aeneas iter in Italia tendēs ad Leſtrygōas uenit: ubi Macareus neretius cōmes Vlyſſis apparuit cōgreſſuſq; eos eſt comitat⁹. Itaq; cum expoſuiſſet Achęmenides apud cyclopē q̄ eſſent paſſi ſocii: ſimiliter & ille a Circe cum comite: Eurylocho qui potione accepta in uarias figuras cōmutati ſunt: nouiſſime ulyſſes remedio mercurii eo uenit & ſocios recuperauit. Ex eo Circē ſtrixiſſe ſe ei in matrimonium, monuitq; Aeneā ne littoribus Circes accederet.

Raph. ¶ Talia cōnexū: pulchra phātaſia ad deſcribendū ſociorū Vlyſſis in uarias feras Metamorphoſin deſcēdit poeta, ac eorundē in humanā figuram reſtitutionem. Macareum enī Neritium atq; Achæmenidē ulyſſis comites fingit ea quæ ſibi euenerunt cōmemorare. De odyſſea autem Homeri hæc ſumūtur. ¶ Conuexū per iter arduum. ¶ Memorante: narrante. ¶ Euboicam in urbem: Cumas dicit quæ a Chalcydenſibus cōditæ fuerunt. ¶ Nutricis nomē

Caieta Caietæ. nam Caieta nutrix Aeneæ fuit quæ moriens urbi & portui nomen dedit, ut carmine Virgiliāo eſt notū. Tu quoq; littoribus

Reſpicit hunc uates, & ſuſpiratibus hauſtis,
Nec Dea ſum dixit: nec ſacri thuris honore
Humanum dignare caput. neu neſcius erres:
Lux æterna mihi. carituraq; fine dabatur:
Si mea uirginitas Phœbo patuiſſet amanti:
Dum tamen hanc ſperat: dū præcorrumpere donis
Me cupit: elige ait uirgo Cumæa, quid optes:
Optatis potiere tuis: ego pulueris hauſti
Oſtendens cumulū, quot haberet corpora puluis:
Tot mihi natales cōtingere uana rogaui:
Excidit, ut peterem iuuenes quoq; protinus annos.
Hos tamen ille mihi dabat: æternamq; iuuentam,
Si Venerem paterer, contempto munere Phœbi
Innuba permaneo. ſed iam felicior ætas
Terga dedit: tremuloq; gradu uenit ægra ſenectus
Quæ patienda diu: nam iam mihi ſæcula ſeptem
Acta, uides: ſupereſt numeros ut pulueris æquē
Tercentum meſſes, tercentum muſta uidere.
Tempus erit: cum de tāto me corpore paruam
Longa dies faciat: conſumptaq; membra ſenecta,
Ad minimum redigentur onus: nec amata uidebor
Nec placuiſſe Deo Phœbus quoq; forſitā ipſe
Vel non agnoſcet: uel dilexiſſe negabit.
Vſq; adeo mutata ferar. nulliq; uidenda,
Voce tamen noſcar. uocem mihi fata relinquent.
Talia connexum per iter memorante Sibylla.
Sedibus Euboicam ſtygiis emerſit in urbem
Troius Aeneas: ſacriſq; ex more litatis,
Littora adit nondum nutricis habentia nomen.
Hic quoq; ſubſtiterat poſt tædia lōga laborum
Neritius Macareus comes experientis Vlyſſei.
Deſertum quondam mediis in rupibus Aetnæ
Noſcit Achæmenidē: improuiſoq; repertum
Viuere miratur. quis te caſuſue, Deuſue
Seruat, Achæmenide? cur inquit barbara Graium
Prora uehit? petitur ueſtra quæ terra carina?
Talia quærenti iam non hirſutus amictu,
Iam ſuus, & ſpinis conſerto tegmine nullis
Fatur Achæmenides. iterum Polyphemon, & illos
Aſpiciam fluidos humano ſanguine rictus.
Hæc mihi in potior domus, Ithaciq; carina,
Si minus Aeneam ueneror genitore. nec unq̄
Eſſe ſatis potero (præſtem licet omnia) gratus.

noſtris aeneia nutrix æternam moriens famam Caieta dediſti. ¶ Neritius Macare⁹: hic forte ad Circea potentiā explorandam ab ulyſſe miſſus, cum potionē ab ipſa Circe acceptam guſtaſſet, una cum omnibus ſociis præter unum Eurylochum: qui nihil bibere uoluit, in porcum fuit conuerſus: ſed precibus ulyſſis Circe eos tandem priſtinæ reſtituit figurę (ut Homerus in decimo Odyſſeæ libro narrat) unde hæc oia quę macareo referunt, ab Ouidio ſumpta eſſe uident. Quę uero narrat achęmenides in nono ipſius Odyſſeæ legitur. ¶ Hic quoq; ſubſti. illic quoq; remanſerat. ¶ Neritius. Ithaceſius. neritum. n. ithacæ mons eſt. ¶ Experientis ulyſſei: experti multa & paſſi Vlyſſis. ¶ Deſertum quondā: olim derelictū. ¶ Noſcit Achęmenidem: achæmenides timore Polyphemi Cyclopis i Sicilia ab ulyſſe relictus ab aenea illac nauigante fuit exceptus: ut ex carmine Virgi. etiā pueris eſt notū. ¶ Seruat: ſeruauit. Putabat. n. Macareus illū periiſſe. ¶ Cur barbara graium: miratur Macareus achęmenidem grecū Vlyſſiſq; comitē cū Troianis grecorū hoſtib⁹ nauigar. ¶ Petitur ueſtra quæ terra carina? hoc eſt, quo nauigatis? ¶ Iam nō hirſutus amictu: iam non aſperis indutus ueſtibus, quales in Aetna latitās gerebat. Alludere autē poeta uī ad ea, quæ de achemenide Virg. ſcribit. Cū ſubito e ſiluis macie cōfecta ſuprema ignoti noua forma uiri: miſerandaq; cultu Procedit, ſupplexq; manus ad littora tendit. Reſpicimus: dira illuuies, immiſſaq; barba Conſertum tegimen ſpinis, ac cætera Graius: Et quondam patriis ad Troiā miſſus in armis. ¶ Iā ſuus: iā ſui iuris. ¶ Iterū Polyphemō: illi interrogationi reſpondet: Cur barbara graium Prora uehit? Se aūt gratū erga aeneam oſtēdit achęmenides. ¶ Illos rictus fluidos: illa fluentia ora. ¶ Aſpiciam: optandi eſt mod⁹. ¶ Ni potior dom⁹ eſt: niſi melior & charior hęc domus eſt mihi, q̄ ſit & mea & Vlyſſis nauis.

Macareus

Cetera

Neritus

achęmenides

¶ Quod



Raph. ¶ Quod loquor & ſpiro: quod uiuo. Fatet autem Achęmenides ſe uitam ab Aenea accepiſſe illiq; ſe omnia debere. Eſt autem ordo. ille dedit quod loquor & ſpiro ¶ Poſſim ne ingrat⁹: parenthesis qua ſignificat Achæmenides ſe nunq̄ in aeneam ingratū eſſe poſſe. ¶ Vt lumen iam nunc uitale relinquam: hoc eſt ut contingat me ſtatim mori. ¶ Vt tumulo cōdar: ſepeliar. Illud autem uerbum. dedit. huc quoq; eſt referendū ¶ Aut certe: correctio ē dicti prioris. poſſe enim in mari perire. ¶ In illa aluo: Cyclopis notiſſima. ¶ Quid ai fuit: q̄s anim⁹ eē debuit. ¶ Permiſit: coniecit. ¶ Veluti tormēti uiribus acta: tormentum inſtrumentum eſt bellicum a torquēdis & cum impetu mittēdis lapidibus dictū. ¶ Acta impulſa. ¶ Giganteo lacerto: maximo brachio quantus gigantem decceret. Per quod uaſta polyphemi magnitudo ſignificatur. ¶ Deprimeret: demergeret. ¶ Fluctus: ſaxorum iactu excitat⁹. ¶ Iam me non eſſe oblitus in illa: perinde tmgt timui, ac ſi in illa naue ego quoq; fuiſſē. ¶ Reduxit: liberauit. ¶ Et luminis orbus: oculo priuatus. ¶ Incurſat rupibus: incidit in ſaxa, ſicut pedes lædat. ¶ Tabo: ſanie corporum deuoratorum. ¶ Execratur: deteſtatur. ¶ O ſi quis referat: ordo eſt: O q̄ nullū ſit, aut leue dānum lucis ademptæ, ſi quis caſu referat mihi Vlyſſē. ¶ Referat: reuelat. ¶ Sæuiat: ſæuitiam, ac crudelitatē

Tormē tum

Quod loquor: & ſpiro: cælumq́, & lumina Solis
Aſpicio (poſſim ne ingratus & immemor eſſe?)
Ille dedit, quod non anima hæc Cyclopis in ora




Venit: & ut lumen iam nunc uitale relinquam,
Vt tumulo, aut certe non illa condas in aluo.
Quid mihi tūc animi, niſi timor abſtulit omnem
Senſum, animumq;, fuit? cum uos petere alta relicta
Aequora conſpexi. uolui inclamare: ſed hoſti
Prodere me timui. ueſtræ quoq; clamor Vlyſſis
Pene rati nocuit, uidi cum monte reuulſum
Immanem ſcopulum medias permiſit in undas.
Vidi iterum ueluti tormenti uiribus acta
Vaſta giganteo iaculantem ſaxa lacerto.
Et ne deprimeret fluctus ue, lapis ue carinam
Pertimui: iam me nō eſſe oblitus in illa
Vt uero fuga uos ab acerba morte reduxit:
Ille quidem, totam gemebundus obambulat Aetnam,
Prætentatq; manu ſiluas, & luminis orbus
Rupibus incurſat: fœdataq; brachia tabo
In mare protendens gentem execratur Achiuam:
Atq; ait. o ſi quis referat mihi caſus Vlyſſem:
Aut aliquem ex ſociis, in quem mea ſæuiat ira:
Viſcera cuius edam: cuius uiuentia dextra
Membra mea laniem: cuius mihi ſanguis inundet
Guttur: & eliſi trepident ſub dentibus artus:
Quam nullum, aut leue ſit damnū mihi lucis adeptę?
Hæc, & plura ferox. me luridus occupat horror,
Spectantem uultus etiam nunc cæde madentes.
Crudeleſq; manus, & inanem luminis orbem,
Membraq;, & humano concretam ſanguine barbam.
Mors erat ante oculos: minimum tamen ipſa doloris.
Et iam prenſurum, iam nunc mea uiſcera rebar
In ſua merſurum, mentiq; hærebat imago
Temporis illius: quo uidi bina meorum
Ter, quater affigi ſociorum corpora terræ,
Dum ſuper ipſe iacens hirſuti more leonis
Viſceraq;, & carnes, cumq; albis oſſa medullis,
Semianimeſq; artus auidam condebat in aluum.

coerceat. ¶ Laniem: lacerē. ¶ Inundet: undæ more impleat. ¶ Eliſi artus: contuſa membra. ¶ Trepident: palpitēt ¶ Lucis ademptæ: effoſſi oculi. ¶ Hęc & plura ferox: locutus eſt, facta uit, ſimileue uerbum eſt ſubaudiendum. ¶ Luridus horror: ab effectu: ꝙ luridos & nigros faciat. ¶ Cæde ſanguine. ¶ Et inanē luminis orbem: circulum oculo uacuum. ¶ Membraq;: uaſta ſubaudiamus. ¶ Cōcretā: coniunctā. ¶ Minimum tamen ipſa doloris: afferebat, erat ue ſubaudiatur. Sic autem ex morte quæ ſibi inſtare uidebatur: minimum doloris cœpiſſe Achæmenides ait, ꝙ uidebat Polyphemum oculo priuatum ſuæ crudelitatis pœnas dediſſe. ¶ Rebar. opinabar: putabam ¶ Hærebat: affixa erat. ¶ Affigi: alludi. ¶ Semianimes: ſemimortuoſ ¶ Auidam condebat in aluum deuorabat.

Raph.

¶ Sine ſanguine: pallidus. ¶ Mandentemq; uidens: quia uidebam. Eſt enim participium cauſam ſignificãs: cur mœſtus ac ſine ſanguine ſtaret achęmenides. ¶ Fruſtra: carnis partes. ¶ Glomerata: coniuncta. ¶ Talia fata: talem mortem. ¶ Cupiduſq; moriri: moriendi. Eſt.n. græca figura. Moriri autem ſecundum quartam declinauit coniugationem: cum frequẽtius ſecundum tertiã dicatur. ¶ Glande famem pellens: glãdibus & herba ueſcẽs. ¶ Exſpes: extra omnem ſpem conſtitutus. ¶ Et moui: cõmoui: perſuaſiq; ut me acciperet. ¶ Graium. græcũ ac ſi diceret ſibi hoſtem. ¶ Et turbæ: & comitum ¶ Quæ tecum eſt credita ponto: quæ ſe tecum mari commiſit. ¶ Aeolõ ille refert: Aeolus Iouis ex aceſta filia Hippotæ Troiani filius regnaſſe dicitur apud inſulas aeolias ab ipſo appellatas, qui ex conſurgentibus nebulis ita uentos prædicebat futuros, ut eos in ſua poteſtate habuiſſe ſit creditus. Ad hunc (ut Homerus ſcribit) cũ Vlyſſes peruẽiſſet, quo commodius in patriam nauigaret, uẽtos in utre ligatos ab ipſo accepit. Sed ſocii aurum eſſe putantes utrem ſoluerunt: unde erumpentes uenti maximam excitarunt tẽpeſtatem, qua ad Aeolũ redire coacti fuerunt. ¶ Thuſco profundo: in Thuſco mari. ¶ Hippotaden: Hippotæ nepotẽ. ¶ Cohibentem: coercẽtem: continentem. ¶ Bouis tergo: in utre ex tergore & pelle bouis confecto. ¶ Terram petitã: Ithacam expetitã. ¶ Proxima poſt nonam Aurora: decima dies. ¶ Dempſiſſe ligamina uẽtis: diſſoluiſſe uentos. ¶ Dulichium ducem: Vlyſſem. ¶ Inde Lami ueterem: Lamus antiquiſſimus læſtrygonum rex fuitq; populi fuerunt feritate famoſi in ultimo Italiæ angulo habitantes. Ad eos cum ueniſſet Vlyſſes, antiphates regnabat a quo non nullis & nauibus & ſociis fuit ſpoliatus. Lęſtrigones autem primi poſt Cyclopes Siciliam habitaſſe feruntur. ¶ Ad hũc: ad illum. ¶ Tinxit: madefecit. ¶ Læſtrygonis: antiphatæ. ¶ Concitat: conuocat. ¶ Agmen: læſtrygonum multitudinẽ ¶ Coeunt: conueniunt, concurrunt. ¶ Terris allabimur illis: ad illas terras nauigauimus. Circęum autem manu oſtendit quod quidem promõtorium eſt latii, a Circe dictum, in quo urbs erat nomine Circæi. ¶ Procul uidenda: neq;. n. tutum eſt accedere propi⁹ ¶ Immanſueti: crudelis illud uero epitheton parum feritati Cyclopis cõuenire uidetur. ¶ Ire negabamus: nolebam⁹ ire ¶ Circæa ad mœnia: Circæorum urbis eſt periphraſis. Circęum autẽ eſt etiam planicies in colchis ut Timeus ait a circe denomiata. ¶ Simul: poſtq̃. ¶ Tecti: domus. per ſynegdochẽ. ¶ Mille lupi: multi. finitus enĩ numer⁹ pro infinito eſt poſitus. ¶ Leæq;: & leęnę. ¶ Sed nulla: ferarũ ſubaudiatur. Idcirco autem nulla earum timenda uidebatur, quia nondum humanitatem depoſuerant, eoq; hominibus adulabãtur: ¶ Comitãt: archaiſmos, comitantur. n. nunc dicimus.

Moriri — Exſpes — Aeolus — Vlyſſi tradit — Lamus læſtrygones — Circeſi — Circæi — Circæſ i colchis — Comitare

Me tremor inuaſit, ſtabam ſine ſanguine mœſtus:
Mandentemq; uidens, eiectantemq; cruẽtas
Ore dapes: & fruſtra mero glomerata uomentem,
Talia fingebam miſero mihi fata parari:
Perq; dies multos latitans, omnemq; tremiſcens
Ad ſtrepitum, mortemq; timens, cupiduſq; moriri,
Glande famem pellens, & miſta frondibus herba,
Solus, inops, exſpes, leto, pœnæq; relictus,
Hanc procul aſpexi longo poſt tempore nauem:
Orauiq; fugam geſtu, ad littuſq; cucurri:
Et moui, Graiumq; ratis Troiana recepit.
Tu quoq; pande tuos comitum gratiſſime caſus,
Et ducis, & turbæ, quæ tecum eſt credita ponto.
Aeolon ille refert Thuſco regnare profundo:
Aeolon Hippotaden cohibentem carcere uentos:
Quos bouis incluſos tergo (memorabile munus)
Dulichium ſumpſiſſe ducem: flatuq; ſecundo
Lucibus iſſe nouem, & terram aſpexiſſe petitam:
Proxima poſt nouam cum ſeſe Aurora moueret.
Inuĩdia ſocios, prædæq; cupidine uictos
Eſſe ratos aurum, dempſiſſe ligamina uẽtis.
Cum quibus iſſe retro, per quas modo uenerat undas,
Aeoliiq; ratem portus repetiſſe tyranni.
Inde Lami ueterem Læſtrigonis inquit in urbem
Venimus, Antiphates terra regnabat in illa.
Miſſus ad hunc ego ſum numero comitante duorum:
Vixq; fuga quæſita ſalus, comitiq; mihiq;.
Tertius e nobis Læſtrygonis impia tinxit
Ora cruore ſuo: fugientibus inſtat, & agmẽ
Concitat Antiphates. coeunt, & ſaxa, trabeſq;
Coniiciunt. merguntq; uiros: merguntq; carinas.
Vna tamen, quæ nos, ipſumq; uehebat Vlyſſem
Effugit: amiſſam ſociorum parte dolentes;
Multaq; conqueſti terris allabimur illis:
Quas procul hinc cernis: pcul hinc (mihi crede) uidẽda
Inſula uiſa mihi, tuq; o iuſtiſſime Troum
Nate Dea (neq; enim finito Marte uocãdus
Hoſtis es aenea) moneo fuge littora Circes.
Nos quoq; Circæo religat in littore pinu
Antiphatæ memores, immanſuetiq; Cyclopis
Ire negabamus, & tecta ignota ſubire.
Sorte ſumus lecti. ſors me, fidumq; Polyten,
Eurylocumq; ſimul. nimiiq; Elpenora uini,
Biſq; nouem ſocios Circæa ad mœnia miſit
Quæ ſimul attigimus: ſtetimuſq; in limine tecti
Mille lupi, mixtiq; lupis, urſiq;, leæq;
Occurſu fecere metum, ſed nulla timenda,
Nullaq; erat noſtro factura in corpore uulnus.
Quin etiam blandas mouere per aera caudas,
Noſtraq; adulantes comitant ueſtigia: donec

Raph.

¶ Marmore tecta: marmoreis ſegmentis incruſtata. ¶ Aurato amictu: aurato pallio. ¶ Gramina: herbas. ¶ Secernũt: diſcernunt. ¶ Variaſq; coloribus herbas: uariorum colorum herbas. ¶ Opus exigit: perficit, complet. ¶ Quis uſus: quæ utilitas. ¶ Quo in folio: in q̃ herba. ſynegdochicos, a parte namq; totum intelligimus. ¶ Penſas: põderatas. Neq;.n. pharmaca niſi ponderentur recte componi poſſunt. ¶ Diffudit uultus: exhilarauit ¶ Et reddidit omnia uotis: hoc eſt omnia pro uotis reſpõdit. ¶ Hordea toſti grani: hypallage eſt grana.n. ordei toſti intelligimus. ¶ Cũ lacte coagula paſſo: periphraſis ẽ caſei. ¶ Sacra dextra: execrabili. ¶ Arentiore: ſicco. per quod intelligimus ipſos fuiſſe bibẽdi auidos. ¶ Horreſcere: horridus fieri. ¶ Nec iã poſſe queri: & cœpi nõ poſſe queri & lamentari. Iam.n. in porcum fuerat conuerſus. ¶ Occaleſcere: in callum commutari. ¶ Pando roſtro: recuruo. ¶ Colla tumere toris: extantibus carnib⁹ tumida fieri. ¶ Illa ueſtigia feci: brachia in crura anteriora fuiſſe commutata agit. ¶ Cũq; eadem paſſis: cum ſociis meis q eadem erant paſſi in ſtabulo claudor. ¶ Tantũ medicamia poſſunt: parentheſis eſt acclamationem continens in circes medicamenta. ¶ Maneret: eſſet. Ab illo certior factus ſubaudiat. ¶ Pacifer Cyllenius: Mercurius qui ad pacem mittitur, quemadmodum Iris ad diſcordiam. ¶ Moly uocant ſuperi: quod ſubaudiat, quod ſuperi uocant Moly. De hac uero herba ex ſententia Homeri ſic Plinius ſcribit. Laudatiſſima herbarum eſt: Homero teſte: quam uocari a Diis putat Moly. Inuentionẽ eius Mercurio aſſignat: contraq; ſumma beneficia demonſtrat naſci eam hodie circa pheneum & in Cyllene Arcadiæ tradunt ſpecie illa Homerica radice rotõda, nigraq; magnitudie cępę: folio ſcyllę, effodi autem difficulter. Gręci auctores florem eius luteum pinxere, cum Homerus candidum ſcripſerit. Inueni e peritis herbarum medicis, qui & in Italia naſci eam dicerent afferriq; mihi e campania aliquot diebus effoſſam inter difficultates ſaxeas, radicis triginta pedes longæ, ac ne ſic quidem ſolidę ſed abruptę. ¶ Thalamo: in thalamum. ¶ Coniugii dotem: coitus præmium. ¶ Sociorum corpora: ut reſtituat ſociorum corpora priſtinę figurę. ¶ Percutimur caput: poetica eſt ſynegdoche. Nam in proſa caput nobis percutitur diceremus. ¶ Magis hoc: tanto magis. ¶ Illum flẽtem: Vlyſſem ſubaudiamus. ¶ Quã nos teſtantia gratos: ſe ante omnia gratias Vlyſſi egiſſe ait.

Socii Vlyſſis — Moly herba

Excipiunt famulæ, perq; atria marmore tecta
Ad dominam ducunt: pulchro ſedet illa receſſu
Solenni ſolio, pallamq; induta nitentem
Inſuper aurato circumuelatur amictu.
Nereides, nymphæ ſimul. quæ uellera motis
Nulla trahunt digitis: nec fila ſequentia ducunt.
Gramina diſponunt. ſparſoſq; ſine ordine flores
Secernunt calathis, uariaſq; coloribus herbas
Ipſa quod hæ faciunt, opus exigit ipſa quis uſus,
Quoue ſit in folio: quæ ſit cõcordia mixtis
Nouit. & aduertens penſas examinat herbas.
Hæc ubi nos uidit: dicta, acceptaq; ſalute,
Diffudit uultus: & reddidit omnia uotis.
Nec mora: miſceri toſti iubet hordea grani,
Mellaq;, uimq; meri, & cum lacte coagula paſſo:
Quiq; ſub hac lateat furtim dulcedine ſuccos
Adiicit. accipimus: ſacra data pocula dextra.
Quæ ſimul arenti ſitientes hauſimus ore:
Et tetigit ſummos uirga Dea dira capillos:
Et putet, & referam: ſetis horreſcere cœpi:
Nec iam poſſe queri, pro uerbis edere raucum
Murmur: & in terram toto procumbere uultu.
Oſq; meum ſenſi pando occaleſcere roſtro,
Colla tumere toris. & qua modo pocula parte
Sumpta mihi fuerant: illa ueſtigia feci.
Cumq; eadem paſſis (tantum medicamina poſſunt)
Claudor in antra Suis ſolum caruiſſe figura
Vidimus Eurylochum, ſolus data pocula fugit.
Quæ niſi uitaſſet, pecoris pars una maneret.
Nunc quoq; ſerigeri: nec tantæ cladis ab illo
Certior ad Circem ultor ueniſſet Vlyſſes.
Pacifer huic dederat florem Cyllenius album:
Moly uocant Superi nigra radice tenetur.
Tutus eo, monitiſq; ſimul cæleſtibus intrat
Ille domum Circes: & ad inſidioſa uocatus
Pocula, conantem uirga mulcere capillos
Repulit. & ſtricto pauidam deterruit enſe.
Inde fides, dextræq; datæ. thalamoq; receptus
Coniugii dotem ſociorum corpora poſcit:
Spargimur ignotæ ſuccis melioribus herbæ.
Percutimurq; caput conuerſæ uerbere uirgæ.
Verbaq; dicuntur dictis contraria uerbis:
Quo magis illa canit, magis hoc tellure leuati
Erigimur: ſetæq; cadunt. bifidoſq; relinquit
Rima pedes, redeunt humeri: & ſubiecta lacertis
Brachia ſunt flentem, flentes complectimur illum,
Hæremuſq; ducis collo. nec uerba locuti
Vlla priora ſumus. q̃ nos teſtantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora: multaq; præſens
Tempore tam longo uidi multa auribus hauſi.

Raph. ¶Hoc quoq; cū multis: Pici iuuenis in auem sui nominis portentosam Metamorphosin narrat achæmenidi Macareus. Nā Picus Saturni filius rex fuit latii: Qui cum iā Canentē ex uenilia iani filiam duxisset uxorem, a Circe forte in uenatiōe uisus, statim amatus cū ei morem gerere nollet: in auē sui nominis fuit mutatꝰ. ¶Paratis: instructis. ¶Ad talia sacra: magica. ¶Cū duce meo: cum ulysse. ¶Illa famula. ¶Signum: statuam. ¶Insigne: ornatū. ¶Accipe: audi. Adiice: adhibe. ¶Proles Saturnia: filiꝰ Saturni. ¶Forma uiro tali erat pulchritudie quali a statua ipsiꝰ. ¶Licet ipse decorem: tantū fuisse decoris in uiuēte Pico, quantū est in ipsius imagie ait. ¶Nec adhuc spectasse tot annos: significat Picū tūc cum mutatus fuit nondum ad uigintiannos peruenisse. Ē autē ordo: Neq; poteras cedere ipsū quater quinquēnē; spectasse tot annos Graia pugna: hoc ē in palæstra: quam ideirco Graiam pugnā uocat q; a Græcis fuit instituta. Innuit autē eū uisum fuisse iuniorē q̄ erat. qđ uero qdā Graiam palæstram pro bello troiano putant accipiendā mihi nō pbat. ¶Quas albula: tybris qui a colore aquę prius albula dicebatur. ¶Quasq; Numici: Numicus fluuius est laurētis agri in quē æneam cecidisse ferūt. ¶Quas Aniensis aquæ: anio fluuius est latii haud longe ab urbe in Tyberim defluens. ¶Almo: fluuius haud longe ab urbe Roma distās: qui in tyberi nō lōge a fonte ingreditur. Vnde etiam a poeta breuissimo cursu esse dicit. In almone autem singulis quibusq; annis sexto calend. Aprilis (ut refert Macrobius) Cybeles simulachrū lauari cōsuetū erat. ¶Nar ue tulit præceps: Nar fluuius est Vmbriæ in Tyberim labēs. ¶Et opacæ Farfarꝰ undæ: Farfarus fluuius est Sabinorum. ¶Scythicę Dianæ: quę ab Horeste una cū iphigenia ex taurica regiōe ariciam usq; allata fuit. ¶Stagnū nemorale: iter nemora positum. Nā (ut Strabo scribit) Artemisio, id est dianæ & luco & templo lacus adiacet instar pelagi fluctuans, qui undiq; siluis circundatur. ¶Venilia: uxor fuit iani antiquissimi italiæ regis. ¶Ancipiti iano bicipiti atq; bifronti. ¶Rara quidē facie: pręstās facie. Omne enim rarum præclarum est. ¶Vnde canēs dicta est: nam Canens nomine pprio uocabať ppter excellētē canēdi peritiā. ¶Morari: remorari sistere. ¶Ore suo: cantu suo ¶Exierat tecto: domo egressꝰ erat. ¶In agros Laurēteis: in agros laurentum. laurentes enim populi fuerūt latii. a laurento urbe. ¶Fixurus: confecturus, percussurꝰ. ¶Acris equi: ferocis. ¶Phœnicea: purpurea. ¶Ab auro: ab aureo cingulo comprensam & cinctam clamydem habens. ¶Et filia Solis: ę; Circe Solis filia.

Graia pugna

Albula

Numicꝰ

Anio Almo

Nar

Farfarꝰ

Scythica Diana

Lacus nemorus

Canēs uxor pici

laurentes




Hoc quoq; cum multis, q; clam mihi rettulit una
Quatuor e famulis ad talia sacra paratis.
Cum duce nanq; meo Circe dum sola moratur:
Illa mihi niueo factum de marmore signum
Ostendens iuuenile, gerens in uertice Picum
Aede sacra positum: multisq; insigne coronis,
Quis foret: & quare sacra coleretur in æde
Cur hanc ferret auem: quærenti, & scire uolenti
Accipe ait Macareu: dominæq; potentia quæ sit,
Hinc quoq; disce meæ tu dictis adiice mentem.
Picus in Ausoniis proles Saturnia terris
Rex fuit utilium bello studiosus equorum.
Forma uiro, quam cernis erat. licet ipse decorem
Aspicias, fictaq; probes ab imagine ueram.
Par animus formæ. nec adhuc spectasse tot annos
Quinquennem poteras Graia quater edere pugna
Ille suos Dryadas Latiis in montibus ortas
Verterat in uultus illum fontana petebant
Numina Naiades, quas Albula, quasq; Numici,
Quas anienis aquæ: cursuq; breuissimus Almo.
Nar ue tulit præceps: & opacæ Farfarus undæ:
Quæq; colunt Scythicæ stagnum nemorale Dianæ:
Finitimosq; lacus spretis tamen omnibus unam
Ille colit nympham: quam quondam in colle Pallati
Dicitur accipiti peperisse Venilia Iano.
Hæc ubi nubilibus primum maturuit annis:
Præposito cunctis Laurenti tradita Pico est.
Rara quidem facie, sed rarior arte canendi,
Vnde Canens uicta est, syluas, & saxa mouere,
Et mulcere feras, & flumina longa morari
Ore suo, uolucresq; uagas retinere solebat.
Quæ dum fœminea modulatur carmina uoce:
Exierat tecto Laurenteis Picus in agros
Indigenas fixurus apros: tergumq; premebat
Acris equi: læuaq; hastilia bina ferebat:
Phœniceam fuluo chlamidem comprensus ab auro
Venerat in siluas & filia Solis easdem:
Vtq; nouas legeret fœcundis collibus herbas:

¶Circæa



RAPh. ¶Circæa arua: Circæum mōtem a Circe denominatum: in quo Circæi oppidum fuit, ut paulo ante diximus. ¶Abdita: abscondita. ¶Obstupuit: ēphasis pulchra. Hinc enim facile colligiť: quanta foret pici pulchritudo, qua statim Circe ita capta est ut obstupuerit. ¶Valido ab æstu: uehementi amore. ¶Circūfusisq; satelles: circūpositi ministri: est. n. synegdoche. ¶Licebit: p licet: quamuis. ¶Si modo me noui: meam potentiā. ¶Euanuit: uana facta ē. ¶Præter: iuxta. ¶Trabibus. arboribus: ex quibus trabes fiunt. ¶Inscius: prædam nō cognoscēs esse falsam. ¶Vmbras prædæ: imaginē apri simulati & ficti. ¶Spem uanam: umbram corpore carētē. ¶Errat: uagatur. ¶Concipit illa præces: uota quibus a Diis id quod cupiebat; impetraret. ¶Ignoto carmine. obscuris: & non intellectis uerbis. ¶Confundere: obscurare. ¶Patrio capiti: Soli. ¶Densatus cælum: in nubem cogitur aer: ut inquit Virgi. ¶Cæcis. ignotis. ¶Et abest custodia regis: comites regis absunt. ¶Tibi; qui es mortalis. ¶Consule: succurre, mederě. ¶Durus: crudelis. ¶Et quæcunq; es. ait: cum quodā contemptu hæc ait Picus. Ac si diceret. Etiā si esses filia Iouis, nedum Solis. ¶Ianigenam: iano genitam. ¶Retētatis: iteratis. ¶Non impune feres: non abibis sine pœna. ¶Neq; reddere Canēti: neq; redibis ad Canētē. ¶Disces rebꝰ ait: re ipsa īquit cognosces. ¶Circe est. Hęc cum maxima īdignatione dicuntur: perinde ac si diceret: Circę læsa est: quæ omnium incantamentorum & ueneficorū est peritissima. ¶Solito uelocius: citius q̄ solebat. Iam enim in auem fuerat conuersus. ¶Accedere: adiungi. ¶Duro fera robora rostro: hypallage ē: dura nāq; robora fero p[...] cuius rostro: intelligimus. ¶Figit: percutit. ¶Fibula qđ fuerat. fibula aurea. ¶Momorderat: depilauerat. Nam fibulæ uestes mordere uidenť, cū eas pilis priuent. Significat autem Pici aureum baltheū in torquem fuluum, quo collum Pici auis cingitur, fuisse conuersum. ¶Nec quicquam antiquum Pico, nisi nomina, restat: Picus Martius idcirco hæc auis cognominať, q; Marti sit consecratus: a Pico, autem Picenum deducitur Italiæ regio: quæ uulgo nunc Marchia Anconitana uocatur, q; Sabini cū Asculū conderēt in eorū uexillo Picus consedit.

Ianigena

Picus in auem

Picus Martius

Picenū

Nominę dictasuo Circæa reliquerat arua:
Quæ simul ac iuuenem uirgultis abdita uidit,
Obstupuit: cecidere manus quas legerat, herbas,
Flammaq; per totas uisa est errare medullas.
Vt primum ualido mentem collegit ab æstu,
Quid cuperet fassura fuit. ne posset adire
Cursus equi fecit: circunfusisq; satelles,
Non tamen effugies: uento rapiare licebit,
Si modo me noui: si non euanuit omnis
Herbarum uirtus: nec me mea carmina fallunt:
Dixit: & effigiem nullo cum corpore falsi
Finxit apri: præterq; oculos transcurrere regis
Iussit: & in densum trabibus nemus ire uideri:
Plurima qua silua est: & equo loca peruia nō sunt,
Haud mora, cōtinuo prædæ petit inscius umbras
Picus: equiq; celer spumantia terga reliquit:
Spemq; sequens uanam, silua pedes errat in alta.
Concipit illa preces: & uerba precantia dixit:
Ignotosq; Deos ignoto carmine adorat:
Quo solet & niueæ uultum confundere Lunæ:
Et patrio capiti bibulas subtexere nubes.
Tunc quoq; cantato densatur carmine cælum:
Et nebulas exhalat humus: cæcisq; uagantur
Limitibus comites: & abest custodia regis.
Nacta locum, tempusq; per o tua lumina (dixit)
Quæ mea cœperūt: perq; hanc pulcherrime formā
Quæ facit, ut supplex tibi sim Dea: cōsule nostris
Ignibus: & socerum, qui præuidet omnia, Solem
Accipe: nec durus Titanida despice Circen.
Dixer. it ille ferox ipsamq; precesq; reliquit:
Et quęcunq; es (ait) non sum tuus. altera captum
Me tenet: & teneat per longum comprecor æuum:
Nec Venere externa socialia fœdera lædam,
Dum mihi Ianigenam seruabunt fata Canentem:
Sæpe retentatis precibus Titania frustra,
Non impune feres: neq; (ait) reddere Canenti.
Læsaq; quid faciat: quid amās, qđ fœmina, disces
Rebus ait: sed amās, & læsa, & fœmina, Circæ est,
Tum bis ad occasum, bis se conuertit ad ortum:
Ter iuuenem baculo tetigit, tria carmina dixit.
Ille fugit: sed se solito uelocius ipse
Currere miratus: pennas in corpore uidit:
Seq; nouam subito latis accedere siluis
Indignatus auem, duro fera robora rostro
Figit. & iratus longis dat uulnera ramis.
Purpureum chlamydis pennę traxere colorem,
Fibula quod fuerat, uestemq; momorderat aurū
Pluma fit: & fuluo ceruix præcingitur auro.
Nec quicquam antiquū Pico, nisi nomina restat.
Interea comites clamato sępe per agros

Fabulę octauę libri. xiiii. argumentum.

¶Interea &c. Secit quoque Pici requirentes ducem: ne uiribus in noxiaz sęuirent: contacti ueneni in uarias species abiere mutati.

¶Interea comites: Pici comites cum uim Circæ afferre pararēt, in uarias feras conuersi fuere.

RAph.

**RAph.** Tenuerat: tenues ac ſubtiles reddiderat. Eſt autē parentheſis, qua narratio uerisimilis efficit. Criminib⁹ ueris: uera criminatione. Vimq; ferūt: uiolentiam Circe afferre uolunt. Inceſſere: inuadere. Noctiſq; Deos: Hecatem, Plutonem, & reliquos īferos Deos. Nam nox apd̄ inferos ſemper eſſe putatur. Ereboq; Chaoq; : hoc ē ab Erebo uſq; & Chao idē iēs Circe, ſiue ab īferis Deos noctis iuocat. Eſt. n. **Erebus** Erebus obſcuriſſimus inferni locus: unde ortā eſſe noctē Varro ſcribit. **Chaus** Chaus aūt quod Chaos i primo appellauit poeta, fuit q̄dam rerum oium confuſio: ex qua Dii quoq; nati ēē feruntur. **Pici ſocii in feras** Ad illud aūt Ouid. alludere uī: q̄ Pronapides poeta Græcus ſcriptū religit Chau; Demogorgonis primi Deorū oium uxorē fuiſſe, ex qua **Demogorgonis ſoboles** Erebu; Terraq; ſuſcepit: unde Nox. Miſeria, Egeſtas Fames: Tartar⁹: Clotho: Lacheſis: Atropos: Plutō, multaq; alia nata eſſe fingūt. Edere: emittere. Tenues aiæ: ſine corpore. Vulgus: comites Pici. Mirātia: ſtupētia. Mōſtra: monſtroſæ figuræ. In iuuenes ueniunt: nam illi in uarias feras fuerunt conuerſi.

Fabulæ nonæ libri. xiiii.
argumentum.

**Lactan:** Preſſerat occiduus &c: Vxor quoq; Pici Canens deſyderio uiri ſui in Tyberi; deflēs caſus amiſſi extabuit. Ita tñ ut locus memoriam nominis præberet poſteris. **Canēs i loci nom** Canens nominatus eſt.

**RAph.** Preſſerat occidu⁹: Canens uxor Pici cum uiru; nuſq̄ iueniret, ita ſe lachrimis tradidit: ut paulatim iuxta Tyberim in auras fuerit reſoluta. Locus aūt ille Canēs a canētis nymphæ noie fuit appellat⁹. **Tartheſus** Tartheſia littora: occidētalia. Nam Tartheſus urbs eſt ulterioris Hiſpaniæ. Lumia: funalia, faces. Seq; proripit: e domo. Et dare plangorem: & edere eiulatum. Veſana: iſana ac furens. Inopem: exptem: carentem. Carmia exeqalia: exequiis cōuenientia. Cygn⁹ aūt morti uicinus ſuauiſſime canere memoratur. **Tabeſcere** Tabuit: paulatim abſumpta ē. Euanuit: reſoluta eſt. Rite: merito & recte ob memoriam illius nymphę: quæ mariti deſyderio illic uitam cum morte commutarat.

Nec quicquam Pico: nullaq; in parte reperto:
Inueniunt Circen: nam iam tenuauerat auras:
Paſſaq; erat nebula uentis, ac Sole reſolui:
Criminibuſq; premunt ueris: regemq; repoſcunt,
Vimq; ferunt ſæuiſq; parant inceſſere telis.
Illa nocens ſpargit uirus: ſuccoſq; ueneni:
Et noctem, noctiſq; Deos, Ereboq; Chaoq;
Conuocat: & longis Hecaten ululatibus orat.
Exiliere loco (dictu mirabile) ſiluæ:
Ingemuitq; ſolum: uicinaq; palluit arbor:
Sparſaq; ſanguineis rubuerunt pabula guttis:
Et lapides uiſi mugitus edere raucos:
Et latrare canes: & humus ſerpentibus atris
Squallere: & tenues animæ uolitare uidentur.
Attonitum monſtris uulgus pauet, illa pauentum
Ora ueneñata tetigit mirantia uirga:
Cuius ab attactu uariarum monſtra ferarum
In iuuenes ueniunt. nulli ſua manſit imago.
Preſſerat occiduus Tartheſia littora Phœbus,
Et fruſtra coniunx oculis, animoq; Canentis
Expectatus erat. famuli, populuſq; per omnes
Diſcurrunt ſiluas. atq; obuia lumina portant.
Nec ſatis eſt nymphæ flere: & lacerare capillos,
Et dare plangorem: facit hæc tamen omnia: ſeq;
Proripit: ac latos errat uæſana per agros.
Sex illam noctes, totidem redeuntia Solis
Lumina uiderunt inopem, ſomniq; ciboq;
Per iuga, per ualles: qua ſors ducebat, euntem.
Vltimus aſpexit feſſam luctuq; uiaq;
Tybris, & in gelida ponentem corpora ripa.
Illic cum lachrymis ipſos modulata dolores
Verba ſono tenui mœrens fundebat, ut olim
Carmina iam moriens canit exequialia Cygnus.
Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
Tabuit, inq; leues paulatim euanuit auras.
Fama tamen ſignata loco eſt: quem rite Canentem
Nomine de nymphæ ueteres dixere coloni.
Talia multa mihi longum narrata per annum,
Viſaq; ſunt. reſides, & deſuetudine tardi,
Ruſus inire fretum: rurſus dare uela iubemur.
Ancipiteſq; uias, & iter Titania uaſtum
Dixerat: & ſæui reſtare pericula ponti.
Pertimui (fateor) nactuſq; hoc littus adhæſi.
Finierat Macareus: urnaq; Aeneia nutrix
Cōdita marmoreo tumulo breue carmen habet
Hic me Caietam notæ pietatis alumnus
Ereptam Argolico, quo debuit igne, cremauit.
Soluitur herboſo religatus ab aggere funis:
Et procul inſidias, infamatæq; relinquunt
Tecta Deæ: lucoſq; petunt: ubi nubilus umbra

Fabulę decimę libri. xiiii.
argumentum.

**Lactan.** Talia multa mihi &c: Nec minus refert. Macareus inſolentiam ſociorū erga Venerem æneæ aduerſus Rutulos p latino dimicātes ab Euādro cu; auxiliū petiſſet. Et quemadmodū Turn⁹ Venulo legato a Diomede itē auxiliū poſtulaſſet: qui ſub Dauno Iapigiæ rege domicilium poſuiſſet: q id ſe facturū negaſſet, eo q p Aenea aduerſus Venerē ſtetiſſet: uulneratamq; a ſe inimicā haberet. Et uti comites ei⁹ cōtēptu Deæ cupientes proficiſci in bellum in mari uolucrum ſilia decepti ſubſtiterūt. Eorum nomina hæc ſunt, Agrion, Tlycus, Cidas, Rhetenor, Nycteus: quę uolucres albi coloris Cygni eſſent.

**RAph.** Per longum an num: quo apud Circen fuim⁹. Reſides: deſides, pigri facti aute; ſubaudiatur. Inire: intrare. Dare uela: nauigare. Sæui pōti: furētis, & in tēpeſtatem cōcitati maris. **Caieta** Aeneia nutrix: Caieta Aeneæ nutrix. quæ mortua ac ſepulta & portui, & urbi nomē dedit. Breue carmē: epitaphium dicit. Alumnus: æneas a me alitus atq; educat⁹. Argolico igne: quo a græcis iliū fuit incēſum. Funis religatus: quo naues religatę tenent. Huiuſmodi āt funis ora uocat a Quitiliano. Tametſi qdā lora putent eſſe legendū, non orā. Infamatæ Deæ: in famia laborantis Circes.

Prorumpit



**Raph. Faunigena** Prorūpit: cū impetu igredit. Faunigenæq; do. Latini Fauni filii. Hæc autē idcirco narrat poeta, ut ſociorum Diomedis in aues cygni ſiles metamorphoſin cū ſuperiore apti⁹ conneciat. Cū gēte feroci: rutulorū, ut ex carmine quoq; Virgiliāo ē notū. Cōcurrit Latio Tyrrhenia tota: Thuſciæ populi cōtra latinos bellū p Troianis ſuſcipiunt. Externo robo. externis militibus. Neq; æneas Euādri ad mœnia fruſt. Nā Euāder ſū Troianorū auxiliū & Pallantē filiū miſit: & ut a Thuſcis imploraret auxiliū, hortatus eſt: ut Virgi. quoq; canit. At Venulus fruſt. Venulus a Turno ad Diomedē, q i Apulia urbem ædificauerat: miſſus orator: nihil auxiliū ab eo ipetrauit: q diceret cū alia quędā: tū troianos nimiū Diis eē gratos & charos. Profugi Diomedis: procul a patria ob uxoris turpitudinē fugati. **Diomedes** Nā Diomedes a bello troiano i patriā reuerſus Aegialē uxorē cōperit Cylleboro Stheneli filio adhæſiſſe: a qua cū recept⁹ non foret: aufugiēs peruenit in Apuliā: ubi a Dauno cū parte regni filia accepta urbē noie argyrippā ædificauit. **Daun⁹** Sub Iapig. Dau. Daunus rex fuit apuliæ: a quo Daunia fuit appellata. **Iapyx iapygia** Iapyx aūt a iapygia declinat: quæ eadē eſt cū apulia, ab Iapyge Dedali filio cognominata. Sane iapyx urbis quoq; nomē eſt, q̄ nūc Bariū dr. Eſt ēt Iapyx uētus apuliæ peculiaris. Aetoli⁹ he. diomedes tydei ætolię regis fili⁹. Excuſat: in excuſatione adducit. Commenta. ficta. Perpetiar: ſuſtinebo. Memorare: narrare. **Ilios** Ilios: urbs Troia: q̄ & Iliō dr. Nariciuſq; **Narix** heros: Aiax Oilei filius, qui fuit Naricius. Narix enim quæ & naricium, & narice dicitur: urbs fuit locridis: unde naricius de **Aiax oilei** clinatur. Aiax aūt Oilei filius caſſādrā Priami filiā: cū i tēplo palladis ſtupraſſet nō in ſe ſolū: ſed in oēs græcos irā nūinis cōcitauit: nā i patriā nauigantes, & ipſe fulmine pcuſſus orta maxima tēpeſtate: & alii per maria fuere deiecti. A uirgie: Pallade: q̄ ppetuā ſeruauit uirginitatem. Virgine rapta: Caſſandra ſtuprata. Digeſſit: diſſipauit: dimiſit. Spargimur: diſſipamur: diſpergimur. Cumulumq; Capha. cladis. **Caphareus** Caphareus p mōtorium eſt Eubœæ in Helleſpontū ſpectās: ad cuius radices ira Mineruæ, ac fraude naupli Palamedis pris grecorū claſſis maximū fecit naufragiū. Priamo quoq; flenda uideri: tanta ē calamitas: q̄ hoſtibus quoq; flenda uī. Antiquo de uulnere: tā in bello Troiano Diomedes cū ænea congreſſus: ut ſibi cū auxilio Veneris eripi uideret in ipſam Deā ſagittas coniecit. Quare Dea irata a Diomede uxoris animū ſic abalienauit: ut illū ab excidio Troiano reuerſum in ædes accipere noluerit. Memores pœnas: q̄s in memoria habebat. Importunus Capha. ſine portu, pniciosus. Deficiūt: me derelīq̄re uolunt. **Agmō** At Ag. Fer. Agmō cū Venerē cōtēneret, i auē cygno ſimilē una cū q̄buldā e ſociis fuit cōmutatus. Feruidus ige. feroci ingenio p̄ditus. Et aſper: ēt idignatus. Recuſet ferre: nolit pati. Eſt locus in uoto: uotis & p̄cibus locus relinquitur: tunc enim homines, ad preces confugiunt. cum peiora timēt. Sors aūt ubi peſſima rerū eſt:, ubi peſſima eſt rerum ſtatus. Sub pedib⁹ timor ē: nihil timet. Secura: ſine timorē. Sub Diomede: exiſtēs ſubaudiam⁹. Spernimus: cōtēnim⁹. Magna potentia. Veneris. Stat magno: conſtat. nā; patriam propter ipſam amiſimus. **Pleuronius** Pleuronius agmon. Pleuron urbs eſt Aetoliæ: unde Pleuronius deriuatur. Reſuſcitat: iterum excitat.

In mare cum fulua prorumpit Tybris harena:
Faunigenæq; domo potitur: nataq; Latini,
Non ſine Marte tamen: bellum cum gente feroci
Suſcipitur: pactaq; furit pro coniuge Turnus.
Concurrit Latio Tyrrhenia tota: diuq;
Ardua ſollicitis uictoria quæritur armis.
Auget uterq; ſuas externo robore uires.
Et multi Rutulos, multi Troiana tuentur
Caſtra: neq; Aeneas Euandri ad mœnia fruſtra:
At Venulus fruſtra profugi Diomedis ad urbem
Venerat: ille quidem ſub Iapyge maxima Dauno
Mœnia condiderat: dotaliaq; arua tenebat.
Sed Venulus Turni poſtq̄ mandata peregit:
Auxiliumq; petit, uires Aetolius heros
Excuſat: nec ſe aut ſoceri committere pugnæ
Velle ſui populos: aut quos e gente ſuorum
Armet, habere ullos: neue hæc commēta putetis:
(Admonitu quamq̄ luctus renouentur amari)
Perpetiar memorare tamē: poſtq̄ alta cremata eſt
Ilios: & Danaas pauerunt Pergama flammas:
Nariciuſq; heros a uirgine, uirgine rapta:
Quam meruit pœnam ſolus, digeſſit in omnes.
Spargimur: & uentis inimica per æquora rapti
Fulmina, noctem, imbres, iram, cæliq;, mariſq;,
Perpetimur Danai: cumulumq; Capharea cladis
Neue morer referens triſtes ex ordine caſus:
Græcia tum potuit Priamo quoq; flenda uideri.
Me tamen armiferæ ſeruatum cura Mineruæ,
Fluctibus eripuit: patriis ſed rurſus ab agris
Pellor: & antiquo memores de uulnere pœnas
Exigit alma Venus: tantoſq; per alta labores
Aequora ſuſtinuit: tantos terreſtribus armis.
Vt mihi felices ſint illi ſæpe uocati:
Quos cōmunis hyems, importunuſq; Caphareus
Merſit aquis: uellemq; horum pars una fuiſſe.
Vltima iam paſſi comites, belloq; fretoq;,
Deficiunt: finemq; rogant erroris: at Agmon
Feruidus ingenio, tum uero, & cladibus aſper,
Quid ſupereſt, quod iam patientia noſtra recuſet
Ferre uiri? dixit, quid habet Cytherea? quid ultra
Velle puta, faciat? nam dum peiora timentur,
Eſt locus in uoto: ſors autem ubi peſſima rerū eſt.
Sub pedibus timor eſt: ſecuraq; ſumma malorum.
Audiat ipſa, licet: & quod facit: oderit omnes,
Sub Diomede uiros: odium tamen illius omnes
Spernimus: & magno ſtat magna potentia nobis.
Talibus iratam Venerem: Pleuronius Agmon
Inſtimulat uerbis: ueteremq; reſuſcitat iram.

Oui, Metha.

Raph. ¶Numeri maioris amici: plures amici. ⁋ Tenuata: tenuis & exigua facta.
Agmon in auem ⁋ Magna pedis digitos pars occupat: hypallage eſt. Magnam enim pedis partē a digitis fuiſſe occupatā intelligimus. ⁋ Cornu: roſtro. ⁋ Finemq́ in acumine ponunt: acutum habent roſtrum. ⁋ Ex agmine: multitudine comitum. Huiuſmodi autem
Diomedeæ aues aues Diomedeæ a nomine ducis fuerunt appellatæ. ⁋ Plauſis alis: cū quodā ſtrepitu motis. ⁋ Dubiarum uolucrum: auium de quibus dubitatur, an Cygni ſint: an aliæ a Cygnis. ⁋ Proxima: ſimillima. nā Diomedeæ aues oloribus ſunt ſimiles.

Fabulæ .xi. xiiii. libri argumentum.

Lactan: ¶Vix equidē has ſedes &c. Lamniæ regionis locum arboribus obumbratum Pan Mercurii filius tenuit: quem poſtea nymphæ coluerunt. Has paſtor Aepulus cum precacib⁹ maledictis terruiſſet
Paſtor in oleaſtrū itaq́ ne amplius linguam in propatulo haberet nomine eaq́: in arborē oleaſtrum extabuit: & ita factus eſt.

Raph: Oenides ¶Hacten⁹ Oenides: Diomedes Oenei nepos. ⁋ Venul⁹ Calydonia regna: Diomedis
Calydō Calydonii. Nam Calydon urbs ē
Puteoli Aetoliæ. ⁋ Puteoloſq́ ſinus: Puteoli urbs eſt Apuliæ a multitudine puteorum dicta. Legitur etiam
Meſſapia Peutetios. ⁋ Meſſapia arua: apula a meſſapo duce cognominata. legit ē et melapia. ⁋ In qb⁹ antra uides paſtoris eiuſdē Aepuli iu oleaſtrum Metamorphoſin poeta exponit. ⁋ Nubila: obſcura. eſt enim hoc loco appoſitū. ⁋ Manantia: ſtillatia. ⁋ Semicaper
Pan Pan: Pan Deus eſt paſtorum, quia parte poſteriori capro ſimilis pingebatur. ⁋ Mouit: commouit ad fugiēdū. ⁋ Ad numerū: ad rithmū. & geſtus ratione. ⁋ Duxere choreas: tripudiarūt. ⁋ Improbat: uituperat. ⁋ Cōdidit: abſcondidit. ⁋ Succo: ex ſucco, qui eſt amarus & aſper.

Dicta placent paucis: numeri maioris amici
Agmona corripimus: cui reſpondere uolenti,
Vox pariter, uocisq́ uia eſt tenuata: comæq́
In plumas abeunt: plumis quoq́ colla teguntur,
Pectoraq́; & tergum, maiores brachia pennas
Accipiunt: cubitiq́; leues tenuantur in alas.
Magna pedis digitos pars occupat: oraq́; cornu
Indurata rigent, finemq́; in acumine ponunt.
Hunc Lycus, hunc Idas, & cū Rethenore, Nycte⁹,
Hunc miratur Abas: & dum mirantur, eandem
Accipiunt faciem: numeruſq́ ex agmine maior
Subuolat: & remos plauſis circumuolat alis.
Si uolucrum quæ ſit dubiarum forma requiris:
Vt non cygnorum, ſic albis proxima cygnis.
Vix equidem has ſedes: & Iapygis arida Dauni
Arua gener teneo minima cum parte meorum.
Hactenus Oenides, Venulus Calydonia regnā.
Puteoloſq́ ſinus, Meſſapiaq́ arua reliquit,
In quibus antra uidet: quæ multa nubila ſilua,
Et leuibus guttis manantia Semicaper Pan
Nunc tenet: at quodam tenuerūt tēpore nymphæ.
Appulus has illa paſtor regione fugatas
Terruit: & primo ſubita formidine mouit.
Mox ubi mētis rediit: & contempſere ſequētem,
Ad numerum motis pedibus duxere choreas.
Improbat has paſtor: ſaltuq́ imitatus agreſti
Addidit obſcœnis conuitia ruſtica dictis.
Nec prius obticuit: q̄ guttura cōdidit arbor.
Arbor enim eſt: ſuccoq́ licet cognoſcere mores.
Quippe notam linguæ baccis oleaſter amaris
Exhibet, aſperitas uerborum ceſſit in illas.
Hinc ubi legati rediere negatā ferentes
Arma Aetolia ſibi: Rutuli ſine uiribus illis
Bella inſauſta gerūt: multumq́ ab utraq́ cruoris
Parte datur. fert ecce auidas in pinea Turnus
Tecta faces: ignesq́ timēt: quibus unda pepercit.
Iamq́ picem, & ceras: alimentaq́ cætera flammæ
Mulciber urebat: perq́ altum ad carbaſa malum
Ibat: & incuruæ fumabant tranſtra carinæ.
Cum memor has pinus Idæo uertice cæſas
Sancta Deum genitrix tinnitibus æthera pulſi
Aeris: & inflati compleuit murmure buxi.
Perq́ leues domitis inuecta leonibus auras
Irrita ſacrilega iactas incendia dextra,
Turne ait eripiam: nec me patiente cremabit
Ignis edax nemorum partes, & membra meorū.
Intonuit dicente Dea: tonitruq́ ſecuti
Cum ſaliente graues ceciderunt grandine nimbi.
Aeraq́, & tumidum ſubitis concurſibus æquor,
Aſtræi turbant: & eunt in prælia fratres.

⁋ Notam: ſignum. ⁋ Oleaſter: oliua, eſt ſilueſtris. ⁋ Ceſſit: tranſiuit. oleaſter

Fabulæ .xii. xiiii. libri argumentum.

¶Hinc ubi &c. Turnus aduerſus æneam pro Lauinia ſponſa dimicans, cū immittere ignem claſſibus conaret: mater Deorum: quia ex ida monte Phrygiæ ſacrato eſſent factæ: impetratis precibus ab ioue in nympharum ſpeciem cōuerti: ut Dearum marinarum numerū augere poſſent, effecit. Lactā.

¶Rutuli: populi fuerūt, quibus imperauit Turnus. Hæc autem narrantur, ut commodius nauium Aeneæ tranſmutationem in nymphas iſerere poſſit poeta. Nam cum Turnus Rutulorum rex ignē immiſiſſet in claſſem Troianorum: mater Deorum eas naues (quia ī ida mōte ſibi dicato fabricatæ fuerant) cōburi nō eſt paſſa. Verū in nymphas eas marinas conuertit. ⁋ In pinea tecta: per phraſis eſt nauium: quæ ex pineis tabulis cōficiuntur. ⁋ Mulciber: Vulcanus, ignis. ⁋ Inflati buxi: tibiæ quæ ex buxo conficitur. ⁋ Domitis leonibus: curru. n. Cybeles, ut in ſuperioribus ſcripſimus, a leonibus trahitur. ⁋ Irrita: uana. ⁋ Sacrilega dextra: hipallage eſt. Ipſe enim ſacrilegus intelligitur. ⁋ Aſtræi turbant: Aſtræi uēti Auroræ & Aſtræi gigantis filii. Raph. Rutuli / Aſtræi

¶Stupp



Raph. ¶Stuppea retinacula (periphraſis eſt) oratum: i. funium quibus naues ad terram religantur. ⁋ Robore mollito: duricie molli facta. ⁋ In corpora: i. carnes. ⁋ Carina ſubdita: lignum ſuppoſitum. Nam carina proprie lignum eſt illud quo fundum nauis in duas diſtingui partes uidetur. ⁋ Lina: funes ex lino cōfecti. ⁋ Cærulus color: niger. ⁋ Duriſq́ in montibus ortæ. Molle fretum: antitheton elegās quo maxime ſenſus exornatur. Durum nanq́ opponitur molli. ⁋ Nec eas ſua tāgit origo: hoc eſt, nihil mouet cupiditate ſuæ originis uidendæ. Nihil curauit redire in montes, ubi ſunt ortæ. (Carina; Nauis i ſcopulū)

Fabulæ .xiii. libri. xiiii. argumentum.

Lactā. ¶Cladis adhuc &c. Naues æneæ docet ex recordatione in ſpeciem nympharum uerſas Deorum ſuorū uoluntate, Neritiiq́ nauē uidiſſe dicit naufragio. Ite, alcinoi Pelaſgos portantē ſaxo dureſcere. ¶Naricia ratis. Sic q̄de ſ legitur: ut intelligat nauis Aiacis Oilei, qui fuit naricius. Mihi uero magis neritiæ uidetur legendū: ut de Vlyſſis naufragio ſentire poetā intelligamus.
Neritus Neritus. n. mōs ē ithacæ: patriæ Vlyſſis: unde neritius declinat. ⁋ Puppes
Alcino⁹ alcinoi: alcinous Vlyſſē, quem naufragum hoſpitio ſuſceperat: iſtructa naue in ithacam uehendum curauit: ſed nauis ipſa in ſcopulum q̄ ē poſt Phalacriū Corcyræ promontorium: ſimili ſpēde tranſfigurata fuiſſe a neptuno in .xxiii. Odyſſeæ ab Homero narratur.

Fabulæ .xiiii. libri. xiiii. argumentum.

Lactā. ¶Spes erat &c. Turno ab æneā interempto Ardea urbs regni Turni incēdio ad cinerē redacta: ex qua uolucris emerſa ē: q̄ patriæ eius noīe uocare tura poſteris ardea.

Raph. ¶Animata claſſe: transmutata claſſe i nymphas aīam habētes. ⁋ Quod deorū eſt inſtar: ad ſimilitudinē. Nā animi ut dii ſunt immortales.

E quibus Alma parens unius uiribus uſa
Stuppea perrupit Phrygiæ retinacula puppis:
Fertq́ rates pronas: medioq́ ſub æquore mergit.
Robore mollito: lignoq́ in corpora uerſo,
In capitum facies puppes mutantur aduncæ,
In digitos abeunt, & crura natantia remi,
Quodq́ ſinus fuerat: latus eſt, mediiſq́ carina
Subdita nauigiis, ſpinæ mutatur in uſum.
Lina comæ molles: antennæ brachia fiunt:
Cærulus ut fuerat, color eſt, quaſq́ ante timebant,
Illas uirgineis exercent luſibus undas.
Naiades æquoreæ, duriſq́ in montibus ortæ,
Molle fretum celebrant: nec eas ſua tangit origo.
Non tamen oblitæ q̄ multa pericula ſæpe
Pertulerint pelago: iactatis ſæpe carinis
Suppoſuere manus: niſi ſi qua uehebat Achiuos.
Cladis adhuc Phrygiæ memores: odere pelaſgos:
Neritiæq́ ratis uiderunt fragmina lætis
Vultibus: & lætis uidere rigeſcere puppes
Vultibus Alcinoi: ſaxumq́ increſcere lignō.
Spes erat in nyphas animata claſſe marinas
Poſſe metu monſtri Rutulum deſiſtere bello.
Perſtat: habetq́ Deos pars utraq́: quodq́ Deorū eſt
Inſtar, habent animos: nec iam dotalia regna,
Nec ſceptrum ſoceri, nec te Lauinia uirgo,
Sed uiciſſe petunt: deponendiq́ pudore
Bella gerunt: tandemq́ Venus uictricia nati
Arma uidet: Turnuſq́ cadit, cadit Ardea Turno
Soſpite dicta potens, quam poſtq̄ barbarus enſis
Abſtulit: & tepida patuerunt tecta fauilla,
Congerieē media tum primum cognita præpes
Subuolat: & cineres plauſis euerberat alis:
Et ſonus, & macies, & pallor, & omnia, captam
Quæ deceant urbem: nomen quoq́ manſit in illa
Vrbis: & ipſa ſuis deplangitur Ardea pennis.
Iamq́ Deos omnes, ipſamq́ Aeneia uirtus
Iunonem ueteres finire coercuit iras.
Cum bene fundatis opibus creſcentis Iuli,
Tempeſtiuus erat cælo Cythereius heros:
Ambieratq́ Venus Superos: colloq́ parentis
Circunfuſa ſui: nunq̄ mihi dixerat ullo
Tempore dure pater, nunc ſis mitiſſimus opto.
Aeneæq́ meo, qui te de ſanguine noſtro
Fecit auum: quis paruum, des optime numen:
Dummodo des aliquid, ſatis eſt inamabile regnum
Aſpexiſſe ſemel: ſtygios ſemel iſſe per amnes.
Aſſenſere Dei, nec coniunx regia uultus

Hæc autem a poeta narrantur: ut aptius Ardeæ urbis in auem Metamorphoſin ſubiungat. Nā Ardea pria fuit Turni. quā uictores Troiani cum incenderent, forte auis ex incendio nunq̄ antea uiſa euolauit, quæ a nomine urbis ardea fuit appellata. ⁋ Soceri: Latini regis. ⁋ Viciſſe: uictoriam. uerbum pro nomine poſitum eſt. Sic Perſius: Scire tuū nihil eſt. ⁋ Deponendiq́ pudore: bella ſubaudiamus. utrunq́. n. pudebat deponere bellum. ⁋ Turnuſq́ cad. ab Aenea interfect⁹. ⁋ Barbarus enſis: Troian⁹. ⁋ Abſtulit: ſuſtulit, deleuit. ⁋ Patuerūt: diſſoluta fuerūt. ⁋ Cōgerie e media: e medio rogo. ⁋ Præpes: auis. Nā ppetes aues maiores dicunt, q̄ uolatu ſuo dant augurium. ⁋ Plauſis alis: concuſſis. ⁋ Et ſonus, & uox tenuis & exilis. eſt autem polyſyndeton. ⁋ Deplangit: pcutit. ⁋ Suis pēnis: ſuis alis. (Ardea; Præpes)

Fabulæ .xv. xiiii. libri argumentum.

¶Iamq́ Deos &c. Ven⁹ ut animaduertit filii Aeneæ laboribus exhauſtis ad finē ueniſſe æui: petit ab Ioue patre ut promiſſis fidē faceret. Cuiu⁹ ille pcibus auditis effecit: ut i agro Laurenti in flumine numitio mortalitatem ablueret: interq́ Indigetes Deos transferret ita, ut a poſteris ſicut cæteris diis ſacra ei adminiſtraretur. Lactā.

¶Iamq́ Deos omnes: Aeneas cum ad ultimam ætatis ſuæ tempus ueniſſet: precibus Veneris omnium Deorum conſenſu in Deum: quem Latini Indigetem appellarunt, fuit tranſmutatus. ⁋ Ipſamq́ iunonem: que ſemper ei fuerat aduerſata. ⁋ Coercuit: coegit. ⁋ Creſcentis Iuli: Iulus Aeneæ fuit filius, q patri i regno Latino ſucceſſit. ⁋ Colloq́ parētis. Circūfuſa ſui: hoc ē collū Iouis patris ſui cōplexa. ⁋ Quāuis paruū: q̄uis praui. ⁋ In amabile regnū: inferorū regnum, Raph.

Immotos tenuit: placatoq; annuit ore.
Tum pater: est is (ait) cælesti numine dignus:
Quæq; petis: p quoq; petis: cape nata quod optas.
Fatus erat: gaudet, gratesq; agit illa parenti:
Perq; leues auras iunctis inuecta columbis
Littus adit Laurens: ubi tectus arūdine serpit
In freta flumineis uicina Numicius undis.
Hunc iubet Aeneæ quæcunq; obnoxia morti
Abluere: & tacito deferre sub æquora cursu.
Corniger exequitur Veneris mandata, suisq;
Quicquid in Aenea fuerat mortale repurgat:
Et respersit aquis. pars optima restitit illi.
Lustratum genetrix diuino corpus odore
Vnxit: & ambrosia cum dulci nectare mixta
Contingit os: fecitq; Deum: quem turba Quirini
Nuncupat Indigetem: temploq;, arisq; recepit.
Inde sub Ascanii ditione binominis, Alba
Resq; Latina fuit. successit Siluius illi:
Quo satus, antiquo tenuit repetita Latinus
Nomina cum sceptro: clarus subit ecce Latino
Epitus ex illo. post hunc Capetusq;, Capysq;,
Sed Capys ante fuit. regnum Tyberinus ab illis
Cœpit: & in Thusci demersus fluminis undis
Nomina fecit aquæ: de quo Remulusq;, feroxq;
Acrota sunt geniti. Remulus maturior annis
Fulmineo petit imitator fulminis ictu:
Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti
Tradit Auentino: qui quo regnarat, eodem
Monte iacet positus, tribuitq; uocabula monti.
Iamq; Palatinus summæ loca gētis habebat.
Rege sub hoc Pomona fuit: qua nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit solertius hortos:
Nec fuit arborei studiosior altera fœtus:
Vnde tenet nomen, non siluas illa, nec amnes,
Rus amat: & ramos felicia poma ferentes.
Nec iaculo grauis est: sed adunca dextera falcē

Raph. ℭImmotos tenuit: significat Iunonem quoq; annuisse Ioui, ut Aeneas in Deoꝝ numeꝝ admitteret: q.n. ānuunt, caput mouēt. ¶ Tū pater: iuppiter. ¶ Is: æneas. ¶ Grates agit: grās agit. i soluta dicim⁹ orōne. ¶ Iunctis cocurr⁹ Veneris a colūbis trahi fingit. ¶ Numici⁹ undis: Numici⁹ fluui⁹ est Latiūq & Numic⁹ dr: in quē

numici⁹ cū cecidisset Aeneas: neq; iuētus eēt: creditus ē i deū indigetem fuisse cōmutatū. ¶ Serpit: lente labit. ¶ Quæcunq; ob. mor. q̄cunq; morti subiecta. ¶ Corniger: fluuius. oēs eni fluui cū cornibus pingebant. ¶ Restitit illi: remāsit illi æneæ. aīa nāq; immortalis ęternitati fuit ꝯsecrata. ¶ Lustratū: purgatū.

Ambrosia ¶ Ambrosia: mortalitas interpretatur: herba asit eē fingit, q̄ dii uescuntur. ¶ Cū dulci nectar: ut ambrosia p Deoruꝫ cibo ponit, ita nectar p eorum dē suauissima accipit potione. ¶ Contigit: tetigit. ¶ Turba qui: ppl⁹. Ro.

Indigetes dii ¶ Nuncupat idigetē: Dii idigetes, quos Græci heroas uocāt, ex mortali & deo nati putabant. unde

Indigetare æneā Latini deum idigetē appellarūt. Vñ idigetare antiq dicebāt p eo qd ē iuocare. Macro. Nāq; uirgines uestales ita indigetāt. Apollo medice. Apollo Pęan.

Nūcupare ¶ Nūcupat: nuncupauit, appellauit.

Fabulæ. xvi. libri. xiiii. argumentum.

Lactan. ℭInde sub &c. Tyberinus albanorum rex Thusco amni albula mersus interiit, ac nomē fluuio reliquit: e auētin⁹, a quo mōs urbis albę accepit īperiū.

Pomona Sub hoc Pomona Hamadryadū nympharū hortorū cultrix, felicisq; arborū, cuius nomen Pomaria obtinet. Hāc cū uertūnus diligeret, solitus in uarias figuras mutari, & ea refugiente concubitum sollicitudine assidua ureretur: nouissime in anū conuersus est: eiq; multa retulit, qbus fœminę flecti solent: ut sibi iungeretur. Ipsa autē perseuerāte i ꝓposito: nouissime refert quoq; fuisse Cypro anaxaretē uirginē: quę ꝓpter superbiā punita fuisset a Venere: uersusq; in suam formam cōcubuit cum ea.

Raph. Reges albani ℭInde sub Ascanii binominis: Ascani⁹ q & Iulus fuit appellat⁹ æneę i regno successit, cui Silui⁹, sic dict⁹, q i siluis sit nat⁹, cui Latin⁹, cui Epit⁹, cui Capys, cui gapetus, cui Tyberin⁹: q in Albula submersus nomē fluuio dedit: cui Remulus, cui Acrota, cui Auētinus: q colli nomē dedit, ibi sepult⁹: cui Palatiu⁹, sub quo rege pomona hortoꝝ dea Vertūno Deo, q se iu uarias uertebat figuras oib⁹ aliis spētis tādē nupsit. Varias āt uertūni metamorphoseis poeta scribit. ¶ Sub di. sub ipso.

Ascāi⁹ ¶ Ascanii bi. duo noīa hñtis. Nā & Ascani⁹ & Iulus a prima lanugine, ἰουλος grēce dr, fuit cognoīat⁹. Aut

Alba Alba binominis. Q d' alba longa' fuit, est. n. ambiguū. ¶ Alba resq; lauina fuit: Albā urbē, q ab situ lōga fuit denominata ab Ascanio æneæ filio fuisse ędificatam, & ab alba suę illic triginta porcellos enixa nominatam etiam pueri sciunt. Duæ sane fuerunt albæ: altera ad Fucinum lacum, unde albenses declinantur: altera Romæ uicina: unde Albani. ¶ Res La. imperium Latinum. ¶ Ab illis: post illos. ¶ Thusci flu. periphrasis est albulę

Tyberis qui postea Tyberis a tyberino rege in illo submerso fuit appellatus. ¶ Maturior annis: maior natu. ¶ Imitator ful. cum enim uellet uideri fulmina iaculari, a ioue fulmine uero percussus est. ¶ Sceptrū: impiū. ¶ Positus: sepultus. ¶ Tribuit

auētin⁹ q; uoca. mō. Auētin⁹. n. unus ex collibus Romæ urbis ab Auentino rege illic sepulto fuit cognominat⁹: q̄q Varro alias quoq; huius nōis origines tradat. ¶ Sūmæ gē. pstantissimæ. ¶ Pomona Dea fuit pomoꝝ: unde etiaꝫ fuit Pomona uocata. ¶ Lati

Hamadryades nas inter Ha. nymphas. Hamadryades nāq; dñr nymphę, q una cū arboribus & oriunt. & occidūt. Vñ etiā uomē sūpserunt. αμα nāq; sil: δρυσ δρυος dr q̄rcus. ¶ Solertius: diligētius. ¶ Vñ tē. no. Po/

Poma mona. n. a. pomis nomē ē cōsecuta. Poma uero dñr oēs fructus qcūq; ex arboribus nati usui sint apti: siue molli, siue duriore cortice tecti: quis Macrob: atq; Seruius poma a nucibus distinguentes scribāt nuces generaliter uocari: q durior cortice tegantur. Poma uero q̄ molliore. Sed pomū gñale uomē est oīum fructuū, quicūq; ex arboribus nascunt, cū ex alioꝝ scriptoꝝ, tū ex Ouidii uerbis apte colligi pōt. ¶ Nō siluas illa: Pomona inquit nō amat siluas ut uenef, non amnes ut piscatum eat. ¶ Felicia poma: dulcia, non amara, & aspera. ¶ Nec iaculo grauis est: nec dextra Pomōę ingt iaculū gestat, sed falcem: qua luxuriantes ramos recidat.

ℭLuxuriem:



Qua modo luxuriem premit, & spatiantia passim
Brachia compescit, fissa modo cortice, lignum
Inserit: & succos alieno præstat alumno.
Nec sentire sitim patitur: bibulæq; recuruas
Radicis fibras labentibus irrigat undis. (est
Hic amor, hoc studiū, Veneris quoq; nulla cupido
Vim tamen agrestum metuens pomaria claudit
Intus: & accessus prohibet, refugitq; uiriles.
Quid non & Satyri saltatibus apta iuuentus
Fecere? & pinu præcincti cornua Panes?
Silenusq; suis semper iuuenilior annis?
Quiq; Deus fures, uel falce, uel inguine terret?
Vt potirentur ea? sed enim superabat amando
Hos quoq; Vertumnus (neq; erat felicior illis.)
O quoties habitu duri messoris aristas
Corbe tulit: uerüq; fuit messoris imago.
Tempora sæpe gerens fœno religata recenti,
Desectum poterat gramen uersare uideri.
Sæpe manu stimulosq; rigida portabat: ut illum
Iurasses fessos modo disiunxisse iuuencos.
Falce data, frondator erat: uitisq; putator.
Induerat scalas: lecturum poma putares.
Miles erat gladio, piscator arundine sumpta.
Deniq; per multas aditum sibi sæpe figuras
Repperit ut caperet spectatæ gaudia formæ.
Ille etiam picta redimitus tempora mitra
Innitens baculo, positis per tempora canis
Assimulauit anum: cultosq; intrauit in hortos.
Pomaq; mirata est: tantoq; potior (inquit)
Omnibus es nymphis, quas cōtinet Albula ripis.
Salue uirginei flos intemerate pudoris:
Paucaq; laudatæ dedit oscula: qualia nunq̄
Vera dedisset anus. glebaq; incurua resedit
Suspiciens pandos autumni pondere ramos.
Vlmus erat contra speciosa nitentibus uuis:
Quā socia postq̄ pariter cum uite probauit:
At si staret (ait) cælebs sine palmite truncus,
Nil præter frondes, qua peteretur, haberet.
Hæc quoq; quæ iūcta est uitis, requiescit in ulmo:
Si non iūcta foret: terræ acclinata iaceret.
Tu tamen exemplo non tangeris arboris huius:
Concubitusq; fugis: nec te coniungere curas.
Atq; utinam uelles, Helene non pluribus esset
Sollicitata procis: nec quæ Lapitheia mouit
Prælia: nec coniunx timidi, aut audacis Vlyssei.
Nunc quoq; cum fugias: auersesq; petentes:
Mille uiri cupiunt: & Semideiq;, Deiq;,
Et quæcunq; tenent albanos numina montes.
Sed tu si sapis: si te bene iungere: anumq;
Hanc audire uoles: quæ te plus omnibus illis,

Raph. ℭLuxuriem. luxuriantes ramos. ¶ Premit: recidit. subaudiatur. ¶ Lecturum: collecturum. ¶ Redimit⁹ ¶ Brachia: ramos. ¶ Cōpescit: cohibet. ¶ Lignū: surculum alterius arboris. ¶ Alieno alūno surculo ex alia arbore in aliam

Fibrę translato. ¶ Fibras: tenuiores, subtilioresque radices. ¶ Vim agrestum: uio

Pomaria lentiam rusticorum. ¶ Pomaria. Pomaria loca arboribus frugiferis cōsita dicuntur, atq; pomorum re

Satyri positoria. ¶ Satyri: Dii sunt siluestres magnope/

Panes Silenus uertūn⁹ re saltu gaudentes. ¶ Panes: Dii sunt pastorū cornuti. ¶ Silenusq; suis. Silenus Bacchi fuit nutricius uoluptati maxime deditus. Satyri autēꝫ senes (ut scribit: Pausanias) Sileni uocantur. ¶ Quiq; Deus: periphrasis ē priapi. ¶ Hos quoq; Vertūnus: Vertumnus deus est bene uertendarum reꝝ: hoc est uendendarum atq; emendarum: a uertendo dictus: q; se in uarias uerteret formas: ut ipse de se apud Propertium narrat. Opportuna mea est cunctis natura figuris. In quæcunq; uoles uerte de

Vertūnalia corus ero. Inde Vertumnalia dicta sunt: quæ mēse Octobri in honorem uertumni celebrabant: ut auctor est Varro. Vertūnus autem Romæ in uico Thurario sacellum habuit: ut Pedian⁹, Porphyri⁹ q; scribūt. ¶ Neq; erat felicior illis. nā euꝫ quoq; Pomona aspernabatur.

messor ¶ Duri messoris: asperi: ac laboꝝ patientis. Messor asit est q frumenta metit ac secat. ¶ Desectum gramē: periphrasis est fœni, per qd' significat uer/

Fænisecæ tumnum fænisecę figurā aliquando suscepisse. Varias autem uertumni Metamorphoseis poeta describit. ¶ Sæpe manu stimulos: sæpe numero ingt in bubulcum uertumnus commutabatur: ut Pomo/

Frondator na potiri posset. ¶ Frondator erat: frondator dicitur frondium putator. ¶ Induerat schalas: sumpserat: si. autē coniunctio

tēpora: circūdata habens tēpora. ¶ Tantoq; pitior ingt: q̄to cultiores habes hortos subintelligamus. ¶ Intemerate: inuiolate. ¶ Qualia nunquā: facete hæc a poeta inferunt. lasciuioraq; ait fuisse uertūni oscula: q̄ quę a uera uetula unq̄ dari potuissent. ¶ Pādos: curuos. ¶ Autūni pondere: hoc ē pomis. ¶ Cōtra: e regiōe. ¶ Probauit: commendauit, approbauit. ¶ At si staret ait cælebs' his similitudinibus uult persuadere Pomonæ uertumnus ut nubat: cum pſertim a multis petatur. ¶ Cælebs: sine coniuge. Vites enim sic ul

cęlibes mos amplectuntur. ut uxores uiros. Cælibes enim dicuntur q sine con

Palmites iuge uiuunt: quasi cæleste uitam agētes. ¶ Sine palmite: sine uite. Nam palmites. uitium rami dicuntur uuas ferentes. ¶ Peteretur: expeteretur. ¶ Nō tangeris: non moueris. ¶ Helene non pluribus esset: Helenæ pulchritudo notior est q̄ ut hoc loco, sit, commemoranda. ¶ Sollicitata: uexata. ¶ Nec quę Lapitheia mouit: Hippodamiam dicit, cuius pulchritudine bellum fuit excitatum inter

Lapithæ Lapithas: & Centauros: ut in. xii. copiose narraf. Lapithæ autem populi fuerunt Thessaliæ a Lapitho Periphantis filio cognominati. ¶ Nec cōiunx timidi aut audacis Vlyssei: timidi in pugna: audacis in struēdis insidiis. Penelope uero ulyssis uxor formosissima fuisse scribitur: & a quamplurimis procis amata. ¶ Auerseris: aspernеris. ¶ Hanc anum: seipsum ostendit cum quadam senili grauitate uertumnus.

Pluſq; credis amo:uulgares reiice tædas.
Vertumnumq; tori ſocium tibi delige:pro quo
Me quoq; pignus habe:neq; enī ſibi notior ille eſt:
Quam mihi,nec toto paſſim uagus errat in orbe.
Hæc loca magna colit,nec tu ſicut pars magna procorum,
Quam modo uidit.amat:tu primus,& ultimus illi
Ardor eris:ſoliq; ſuos tibi deuouet annos.
Adde q; eſt iuuenis:q; naturale decoris
Munus habet:formaſq; apte fingetur in omnes.
Et quod erit iuſſus(iubeas licet omnia)fiet.
Quid q; amatis idem?quid? quæ tibi poma coluntur:
Primus habet?lætaq; tenet tua munera dextra,
Sed neq; iam fœtus deſyderat arbore demptos:
Nec quas hortus alit cum ſuccis mitibus herbas:
Nec quicquam niſi te.miſerere ardentis:& ipſum
Quod petit,ore meo præſentem crede precari.
Vltoreſq; Deos,& pectora dura peroſam
Idaliam memoremq; time Rhamnuſidis iram.
Quodq; magis caueas(& enim mihi multa uetuſtas
Scire dedit)referam tota notiſſima Cypro
Facta:quibus flecti facile,& miteſcere poſſis.




Viderat a ueteris generoſam ſanguine Teucri
Iphis Anaxareten humili de ſtirpe creatus,
Viderat:& totis perceperat oſſibus ignes;
Luctatuſq; diu,poſtq̄ ratione furorem
Vincere non potuit:ſupplex ad limina uenit.
Et modo nutrici miſerum confeſſus amorem,
Ne ſibi dura foret:per ſpes orauit alumnæ:
Et modo de multis alicui blanditus amicis
Sollicitā petiit perpenſum uoce fauorem.
Sæpe ferenda dedit blandis ſua uerba tabellis.
Interdum madidas lachrymarum rore coronas
Poſtibus intendit:poſuitq; in limine duro
Molle latus:triſtiſq; feræ conuitia fecit.

Raph. Tadæ ¶ Vulgares tæ.nuptias.p ſynecdochē. A parte nāq; totū itelligim⁹. Quiq; faceſ nāq; ex tęda arbore ɔfectę nouę nuptæ pręferebantur. Proci ¶ Procoꝝ:amatoꝝ:q̄b⁹ nihil ē icōſtāti⁹.Proci autē a ꝓcādo:hoc eſt a petēdo dicti:q mulieres in matrimoniū petūt: Procaces & procaces a nimiū petēdo meretrices dñr. Deuouē ¶ Deuouet:dedicat,deſtinat. Sane deuouere hoc loco i bonā accipit ptē:alibi in malā. Virgi.Præcipue infelix peſti deuota futuræ. ¶ Decoris:pulchritudinis. ¶ Fingetur:formabit:traſfigurabitur. ¶ Primus habet:primitię enim frugum uertūno dicabantur:ut ipſe apud Propertium commemorās cāſ cur uertūnus dicat ait. Seu quia uertentis fructum percipimus anni, Vertūni rurſus credidit eſſe ſacrū.Prima mihi uariat liuētibus uua racemis: Et coma lactēti ſpicea fruge tumet. Hic dulces ceraſos.hic autūnalia pruna Cernis,& æſtiuo mora rubere die.Inſitor hic ſoluit pomoſa uota corōa.Cū prius i uito ſtipite mala tulit. ¶ Cū ſuccis miti.dulcibus:ſuauibus. ¶ Miſerere ardētis:ardēter te amātis. Idalia ¶ Idaliā:Venerē Idalio Cypri nemore dictam. Rhamnuſia ¶ Rhānuſidis iram:Rhamnuſis quæ & Rhamnuſia dicit:pro Nemeſi ponitur:quę dea ulciſcit ſuperbos:a Rhamnunte Atticę uico(ubi maxie colebatur)denomiata. Cuius quidē in Capitolio ſacellum eſt:q̄uis nomine careat Romano:ut Plini.ſcribit. ¶ Vetuſtas:ſenectus. Senes nāq; idcirco prudētiores uidēt:q̄a multarū reꝝ peritiam hñt.

¶ Viderat a ue.&c.In Lacti. inſula Cypro Anaxagorete fuit ex ꝓgenie teucri Salamina:q̄ forma cæteras gētes eiuſdē ciuitatis ſupgreſſa ē.Sed ut pulchritudo eminēs ſuicita pp aſpnationē uiroꝝ abhomināda oib⁹. Quā cū Iphis eiuſdē ciuitatis amore diligeret:neq; aditū ad eā hēret,dolēs q̄ in tā graue ſorte icidiſſet:ne diuti⁹ doleret:ad extremū noctu clā añ foreſ puellę ſuſpēdio ſe liberauit Cui,cū funus ꝓ dignitate fortunę p publicū maxīa frequētia duceret:& patentiſſime ex ſupiori parte domus ꝓſpiceret:ob nimiā crudelitatē,animiq; duriciā i ueſtigio ſui a uenere ſaxo durata ē:ita ut apud Salaminios ſpes eius ꝓſpiciētis ueneris nomē accederit.Dehic uertumnus rediens in ſuam ſpecię Pomona potitus eſt.

¶ Viderat a ueteris. Raph. Iphis Anaxarete Iphis Cyprius Anaxaretes puellæ amore capt⁹,cū nullis p̄cibus ea poſſet potiri,uitā finire decreuit.Ad ianuā igitur amatæ cū ſe ſuſpendiſſet:maxīo mœrore matrē affecit. Cū uero funus efferret. Anaxerete ad feneſtram accedēs,ut ide exeqas ſpreti iuuēis ſpectaret:i ſaxū fuit ɔmutata. ¶ Veteris Teucri:de teucro Telamōis filio intelligimus:q ꝓp mortē aiacis a p̄re domo pulſus Salamia i Cypro ɔdidit. ¶ Miſeꝝ amoreꝫ:eā.n.a q̄ non amabat.amabat. ¶ Sollicita uoce:pluſq̄ diligēti ōrone ¶ Perpēſum fauorē:inpēſum & magnū,ac diligēter animaduerſuꝫ. Ea aūt omnia deſcribit Ouidius:q̄bus amatores utūt:ut puellis amatis potiri poſſint. ¶ In

¶ Multa fore dedit.multarum rerum peritiā mihi tribuit.Eſt enim uerbum pro nomine poſitū:quale eſt illud Perſii.Scire tuum nihil eſt. | tedit:alligauit. ¶ Poſuitq; i limie duro Mole lat⁹ ianui theſi. Dux nāq; opponit molli.Iphin āt ſæpenume ro in limine ianuæ Anaxaretes iacuiſſe ait. ¶ Conuicia Sera fecit:maledixit. ¶ Seræ:quā ianuā clauſam tenebat.

Fabulæ.vii.libri.xiiii.argumentum.

¶ Sæuior



Sæuior illa freto ſurgente,cadentibus Auſtris,
Durior & ferro:quod Noricus excoquit ignis:
Et ſaxo,quod adhuc uiuum radice tenetur.
Spernit:& irridet:factiſq; immitibus addit
Verba ſuperba ferox:& ſpe quoq; fraudat amantē.
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis:& ante fores hæc uerba nouiſſima dixit,
Vincis Anaxarete:neq; erunt tibi tædia tandem
Vlla ferenda mei.lætos molire triumphos:
Et pæana uoca:nitidaq; incingere lauro.
Vincis enim:morior q; libens,age ferrea gaude.
Certe aliquid laudare mei cogeris:eritq;
Quo tibi ſim gratus:meritumq; fatebere noſtrum,
Non tamen ante tui curam exceſſiſſe memento:
Quam uitā,geminaq; ſimul mihi luce carendū eſt.
Nec tibi fama mei uentura eſt nu ..la..eti,
Ipſe ego,ne dubites,adero:præſenſq; uidebor
Corpore ut exanimi crudelia lumina paſcas.
Si tamen o Superi mortalia facta uidetis:
Eſte mei memores(nihil ultra lingua precari
Suſtinet)& longo facite ut narremur in æuo:
Et quæ dempſiſtis uitæ.date tempora Famæ.
Dixit:& ad poſtes ornatos ſæpe coronis
Humentes oculos,& pallida brachia tollens,
Cum foribus laquei religaret uincula ſummis:
Hæc tibi ferta placent crudelis,& impia dixit:
Inſeruitq; caput:ſed tum quoq; uerſus ad illam eſt,
Atq; onus infelix eliſa fauce pependit.
Icta pedum motu trepidantum,& multa timentū
Viſa dediſſe ſonum eſt:adapertaq; ianua factum
Prodidit:exclamant famuli fruſtraq; leuatum
(Nam pater occiderat)referunt ad limina matris,
Accipit illa ſinu,complexaq; frigida nati
Membra ſui:poſtq̄ miſerarum uerba parentum
Edidit:& matrum miſerarum facta peregit:
Funera ducebat mediam lacrymoſa per urbem:
Luridaq; arſuro portabat membra feretro
Forte uiæ uicina domus:qua flebilis ibat
Pompa,fuit:duraq; ſonus plāgoris ad aures
Venit Anaxaretes(quam iam Deus ultor agebat)
Mota tamen,uideamus(ait)miſerabile funus
Et patulis iniit tectum ſublime feneſtris,
Vixq; pene impoſitum lecto proſpexerat Iphin:
Diriguere oculi:calidusq; in corpore ſanguis
.ndu cto pallore fugit:conataq; retro
.erre pedes,hæſit conata auertere uultus:
Hoc quoq; non potuit:paulatimq; occupat artus:
Quod fuit in duro iampridem pectore ſaxum.
Neue ea ficta putes:dominæ ſub imagine ſignum
Seruat adhuc Salamis,Veneris quoq; nomie tēplū

Raph. ¶ Sæuior illa freto ſurgente:quod in tempeſtatem excitatur. ¶ Cadentib⁹ Auſtris: flare deſinentibus. Tunc.n. ſeuiſſimi ſunt. Noric ¶ Noricus ignis:norici populi ſunt Alpini ferro abūdantes. ¶ Quod adhuc uiuum radice tenetur:hoc eſt quod nondum e terra eſt effoſum.Saxa enī nōdum a ſua radice auulſa,& uiua dicuntur & duriora ſunt. ¶ Spernit & irridet:Anaxarete iphis humilitatem contemnens illi⁹ querelas irridet. ¶ Factis immitib⁹:aſperis,crudelibus.Illum nanq; a ianua fortaſſe depulit. ¶ Et ſpe quoq; fraudat amantem: quod crudele admodum uidet. ¶ Fraudat:priuat. Pæan ¶ Et Pæana uo.hoc eſt uocibus lætitię utere,qualibus uoti compotens gaudia ſua exprimere ſolent:ut alibi Ouidius. Dicite io Pæan,io Pæan dicite Pæan. Pæan uero hymnus quoq; eſt i Apollinem,qui a triūphātibus canebatur. ¶ Incingere:coronare inquit uiridi lauro,id quod triumphantes ſolent. ¶ Ferrea: dura atq; crudelis.
¶ Certe aliquid mei cogeris laudare:quod mihi ipſe mortem conſciui,ut tibi rem gratam facerem.
¶ Curam tui:amorem, quo te proſequor. ¶ Exceſſiſſe ta me ſubauditur.
¶ Gemina luce. & uita mea,& tu quæ mihi altera lux es. ¶ Crudelia lumina:crudeles oculos
¶ Humentes:lacrymantes. ¶ Hæc tibi ferta placent:Huiuſmodi inquit coronæ tibi ſunt gratæ ut laqueo collum inferam.
Hæc autem cum maxima Anaxaretes inuidia dicūtur. ¶ Inſeruitq; caput:laqueo ſubitelligatur. ¶ Eliſa fauce:compreſſa ceruice. ¶ Icta:percuſſa. ¶ Famulis Anazaretes. ¶ Fruſtraq; leuatum:alleuatum Iam enim mortuus erat.
¶ Nam pater:Iphidis ſubaudiatur.eſt autem parentheſis. ¶ Funera ducebat ducendas ac celebrandas exequias curabat. ¶ Lurida:nigra,qualia ſunt mortuorum membra. ¶ Portabat portanda curabat. ¶ Arſuro feretro:capulo cōburendo.Ferretrum eñi una cuꝫ cadauere comburebatur. ¶ Quam iaꝫ Deus ultor agebat:quam iam Nemeſis ſuperbiæ ultrix perſequebatur. ¶ Tectum: cubiculuꝫ. ¶ Iniit:intrauit. ¶ Vixq; bene impoſitum lecto:ordo eſt.Vixq; bene Anaxarete ꝓſpexerat Iphin lecto & feretro impoſitum.cum illius oculi diriguere. ¶ Diriguere oculi:cum. ſubaudiendū ut intelligatur,cuꝫ oculi rigidi ſunt facti. ¶ Hæſit: affixa eſt.Saxum:ſaxi duricies quæ paulo ante i pectore illius erat. ¶ Salamis:quæ & Salami dicit. Salamis inſula eſt cuꝫ urbe eiuſdē nominis:& urbs i Cypro a Teucro Telamonis filio ædificat.

Raph. Venus proſpiciens Verſũ?

¶Veneris proſpiciendis: uenus proſpiciens dicta uſ, q uirginum ſuperbiã amatores contẽnẽtium pſpiceret atq; puideret. Nymphe aũt: cũ ſit uocandi caſus ſine diphthogo ſcribat. ¶ Lentos faſtus: diuturnã ſuperbiam ¶ Sic ubi: optantis eſt aduerbiũ hoc loco illd. ſic. ¶ In iuuenem: in iuuenilẽ figuram. ¶ Qualis ubi oppoſitas q pulcher eẽt uertum? auili habitu depoſito aptã ſimilitudine oſtendit poeta. ¶ Inq; figura Capta dei nympha eſt: ſic quidem legit, ſed nang; loco illius inq; ut reponatur ſenſus expoſcit. Exponit. n. poeta cur ui op? nõ fuerit. Nã Pomona forma uertumni capta facile ei mores geſſit. Hanc uero emendationem noſtram inepti quidam Scalforniæ rephẽdunt ut uerſum pturbantẽ, ſic. n. aiunt ſyllaba breuis natura produceret: quaſi uero hoc & ipſi non uiderimus, ac nõ illud ſecuti ſum?: quod nõ ſolũ a grãmaticis, ſed a Fabio quoq; Quintiliano præcipit. ſ. litteram ſæpe numero in metro excludi. Quo qdem modo nulla uis carmini affert. Sed de hoc quoq; alibi plura. ¶ Et mutua uulnera ſẽſit: na; & ipſa uertumni amore cœpit ardere.

¶Proxim? auſo Ad hiſtoriã regũ albanoꝝ (itermiſſa narratione mutationũ uertũni) reddit poeta. Nã Palatini amulius & numitor filii fuerũt: q cũ ea õditiõe a pr̃e regnũ albanoꝝ accepiſſẽt alternis annis regnare: amulius ſemel occupatũ iperiũ fratri reddere nunq̃ aium inducere potuit: ſed Romulus & Remus ex filia numitoris a Marte cõpreſſa nati: & amuliũ iterfecerũt, et regnũ auo r̃ſtituerũt. Ipſi uero urbẽ Romã edificarũt, ubi cũ romulus oĩa cõpoſuiſſet: iãq; ſenior eẽt effectus: Martis p̃cibus i Deorũ numerum fuit trãſlat?. ¶ Iniuſti amuli: fratrẽ. ſ. n. cõtra ius et fas regno fraudauit. ¶ Feſtis Palilib?: palilia feſta erant: q̃ in honorẽ Palis paſtorũ deę celebrant: qbus Roma a Romulo & remo condita fuiſſe dr̃: q dies a priſcis Romanis maxie celebrãt. ¶ Tati?, p̃ceſq; Sabini Bella gerũt: pp raptũ Sabinarũ. Nota ẽ autẽ hiſtoria. ¶ Arciſq; uia Tarpeia recluſa: ordo ẽ & ſẽſus. Et Tarpeia uirgo exuit atq; depoſuit aiã; pœna digna armis et ſcutis ſu cã cõgeſtis poſt recluſa; et apertã arcis uiã. Notior ẽ aũt hæc hiſtoria q̃ ut hoc loco ſit pluribus repetẽda. Tarpei? aũt mõs ẽ, q poſtea capitoli n? fuit dict?. In bello aũt Sabino tarpeia tarpeii, q arci pſidebat, filia, ſabinoꝝ ornamẽtus (q̃ in ſiniſtris geſtabat) capta hoſtib? prodidit arce;: Qui cũ pacti eẽnt ſe daturos id qđ in ſiniſtris geſtabãt in eã ſcuta congecerũt: quo et fidẽ datã ſeruarẽt: & pditricẽ ulciſcerent. ¶ Sati Curib? Sabini. Nã cures ſabiorũ urbs ẽ. ¶ Ore p̃mũt uoces. ſilẽt. ¶ Et corpa uicta ſopore, Romãos ſomno opp̃ſſos. ¶ Illiades: Romul? illiæ fili?. ¶ Iano loco iũcta tenebãt: tẽplo Iãi. Deſcribit aũt poeta mutationem agrum frigidarũ in calidas. Nã ipſo p̃lio cũ fugerent Romani precibus Romuli aquæ calidæ ſcaturire cœperũt, quibus Sabini phibiti ſunt ulterius Romanos pſeq. Poeta uero p̃cib? ueneris id factu; fuiſſe ait.

Palilia

Tarpeius

Tarpeia

Cures

Iliades

Proſpicientis habet: quorum memor o mea, lentos
Pone (precor) faſtus: & amanti iungere nymphe.
Sic tibi nec uernum naſcentia frigus adurat
Poma: nec excutiant rapidi florentia uenti.
Hæc ubi nequicquam formas Deus aptus in omnes
Edidit: in iuuenem rediit: & anilia demit
Inſtrumenta ſibi: taliſq; apparuit illi:
Qualis ubi oppoſitas nitidiſſima Solis imago
Euicit nubes: nullaq; obſtante reluxit.
Vimq; parat: ſed ui non eſt opus: inq; figura
Capta Dei nympha eſt: & mutua uulnera ſenſit.




Proximus auſonias iniuſti miles Amuli
Rexit opes: Numitorq; ſenes amiſſa nepotum
Munere regna capit: feſtiſq; palilibus urbis
Mœnia conduntur. Tatius patreſq; Sabini
Bella gerunt: arciſq; uia Tarpeia recluſa;
Dignam animam pœna congeſtis exuit armis.
Inde ſati Curibus tacitorum more luporum
Ore premunt uoces: & corpora uicta ſopore
Inuadunt: portaſq; petunt: quas obiice firmo
Clauſerat Illiades: unam tamen ipſa recluſit
Nec ſtrepitum uerſo Saturnia cardine fecit.
Sola Venus portæ cecidiſſe repagula ſenſit:
Et clauſura fuit: niſi q; reſcindere nunq̃
Dĩs licet acta Deum, Iano loca iuncta tenebant
Naiades Auſoniæ gelido rorantia fonte.
Has rogat auxilium: nec nymphæ iuſta petentem
Suſtinuere Deam: uenaſq;, & flumina fontis
Elicuere ſui: nondum tamen inuia Iani

Lactã.

Fabulæ. xviii. decimiquarti libri argumẽtũ.

¶Proximus Auſonias &c. Poſt amulii ac numitoris Albanoꝝ regũ interitũ Romulus urbis a ſe cõditę cœpit iperiu; Qui cũ aduerſus Titũ Tatiũ pro raptu uirginũ dimicaret: hoſtis appropiquauit patriç qđ ut uenus præſenſit: portis obſeratis una pateſacta eſt Tarpeia uirgine pdente patriã. uenus p filiũ incolumitate a nimphis: q̃ pxĩe Iano erant geminũ petiit auxiliũ;. Data ergo uenia ſecundũ portã quã Sabini irrupturi erãt recluſo fonte, ſcaturientes aquæ q antea latuerant humo ſparſæ preſſius hoſtẽ auerterunt: uictoriaq; Romulus rebus urbis compoſitis iura reddens populo, ſicut petierat mater, raptus in cælum e ſ(c)ita ut Quirinus nouo nomine uocaretur.





Raph. Iani tẽplum Bitumẽ Certar̃

¶Iani patentis: aperti. Nam Iani templũ apertũ ſignificabat urbẽ bello implicitã eſſe. clauſu; uero pace gaudere. ¶ Lurida ſup. qđ luridũ colorẽ & pallidum efficiunt. ¶ Fumante bitumine: ardẽte. Bitumẽ uero genus eſt picis facillime ignes ↄtrahẽtis. ¶ Certare Alpino rigori contendere cũ Alpiũ frigore: quod eſt uehemẽtiſſimũ. Eſt aũt cõſtructio græca: certo nãq; tecũ non ubi latine dicimus. ¶ Rigidis Sabi. ſeueris. ¶ Pręſtructa: obſtructa, obturata. Martius miles: Romanus. A Marte nanq; per Romulum originem ducunt Romani. ¶ Strata ẽ: cooperta fuit. ¶ Generiq; cruorem: Romani eni; Sabinorum filias uxores acceperunt. ¶ Pace tamẽ ſiſti bellum. interuẽtu Sabinaru; bellum illud fuiſſe ſublatum notius eſt q̃ ut ſit exponẽdum. ¶ Tatiumq; accedere regno: nã inter reliquas pacis conditiones hoc etiam placuit, ut Tatius una cum Romulo æqua poteſtate, paribuſq; honorib? regnaret. ¶ Occiderat Tatius: de morte Tatii: qui annis q̃nq; cum Romulo imperauit, & Titus Liui?, & dionyſius Halycarnaſeus copioſe ſcribũt: Lauinii fuit interfectus a proximis legatorum: qui ad res repetendas miſſi non ſolũ ſua a Tatio non impetrarant ſed a Sabinis quibuſda; inuito Romulo contra ius & fas perempti fuerant. ¶ Aequata: equalia facta. ¶ Tẽpus adeſt ſoluere. figura eſt græca. Nã ſolueu diſſoluta orõne diceret. ¶ Fundamine magno: firmo fundamẽto. ¶ Res romana: iperium Romanũ. ¶ Et pſide pẽdet ab uno: & unius pręſidis & regis nutu: regit atq; gubernat. ¶ Dignoq; nepoti; Romulo. ¶ Imponere cælo: i numerum Deorum referre. ¶ Na; memoro: in memoria habeo. Alias memorare; ſignificat narrare eſt autem parentheſis. Ordo nanq; eſt: Tu mihi quondam: & olim dixiſti concilio Deorum præſente. unus erit Romul?, quẽ tu o Mars tolles & extolles in ſydera cæli. ¶ Et nubibus aera cæcis. Hoc ex hiſtoria ſumptum eſt. Nam Romulus, ut narrat T. Liuius, cũ ad exercitũ recẽſendum cõtionẽ in campo ad Capræ paludẽ haberet: ſubito coorta tẽpeſtas cũ magno fragore tonitribuſq; tam denſo regem operuit nimbo, ut cõſpectum eius cõtioni abſtulerit: nec deinde in terris Romulus fuit uiſus. Creditus eſt autem a patrib? propter morum aſperitatem fuiſſe diſcerptus. ſed plebi perſuaſerũt ipſu; in ſydera fuiſſe tranſlatum. ¶ Promiſſæ rapinæ rapiẽdi Romuli & terris in cælum. ¶ Senſit: cognouit. ¶ Verberis: flagelli quo equi uerberãtur. ¶ Nemoroſi Palati: nemoribus obſiti. Palatium autem unus eſt ex collibus Romanis imperatorum ſede clariſſimus, quod nũc uulgus palatium maius uocat. ¶ Nõ regia iura: regi non conuenientia. De litibus. n. priuatoru; iudicabat. ¶ Suo Quiriti: ſuis Romanis. ¶ Intabeſcere: liqueſcere, atq; conſumi. Et puluinaribus altis: ſedibus atq; altaribus excelſis. Puluinaria nanq; lecti dicuntur: qui in deoru; templis ſternebantur. ¶ Trabeati: trabea induti. Nam Romulus du; uiueret trabea ueſte utebatur. Trabearum autem genera ſunt tria: ut ſcri. Suetonius in libro de genere ueſtium. Vnu; quod Dĩs ſacratur quod totu; eſt purpureũ. Alterum eſt regum quod quidem eſt purpureum, ſed albo infectum. Tertium eſt augurale de purpura & colora mixtum.

Palatiũ

puluinaria

Trabearum triagenera

Romulus in deu; Memoratu:

Ora patentis erant: nec iter præcluſerat unda.
Lurida ſupponunt fœcundo ſulfura fonti:
Incenduntq; cauas fumante bitumine uenas.
Viribus his, aliiſq; uapor penetrauit ad ima
Fontis: & Alpino modo quæ certare rigori
Audebatis aquæ: non ceditis ignibus ipſis
Flammifera gemini fumant aſpergine poſtes:
Portaq; nequicquam rigidis promiſſa Sabinis,
Fonte fuit præſtructa nouo: dum Martius arma
Indueret miles: quæ poſtq̃ Romulus ultro
Obtulit: & ſtrata eſt tellus Romana Sabinis
Corporibus, ſtrata eſtq; ſuis: generiq; cruorem
Sanguine cum ſoceri permiſcuit impius enſis,
Pace tamen ſiſti bellum: nec in ultima ferro
Decertare placet: Tatiumq; accedere regno.
Occiderat Tatius: populiſq; æquata duobus,
Romule iura dabas. poſita cum caſſide Mauors
Talibus affatur, Diuumq;, hominumq; parentem.
Tempus adeſt genitor (quoniã fundamine magno
Res Romana ualet: & præſide pendet ab uno)
Premia iam promiſſa mihi, dignoq; nepoti
Solueret: & ablatum terris imponere cælo.
Tu michi concilio quondam præſente Deorum:
(Nam memoro, memoriq; aĩo pia uerba notaui)
Vnus erit: quem tu tolles in ſydera cæli:
Dixiſti: rata ſit uerborum ſumma tuorum:
Annuit omnipotens, & nubibus aera cæcis
Occuluit: tonitruq;, & fulgure terruit orbem.
Quæ ſibi promiſſe ſenſit, data ſigna rapinæ:
Innixuſq; haſtæ preſſos temone cruento
Impauidus conſcendit equos Gradiuus: & ictu
Verberis increpuit: pronumq; per aera lapſus
Conſtitit in ſummo nemoroſi colle palati:
Reddentemq; ſuo non regia iura Quiriti
Abſtulit Illiaden. corpus mortale per auras
Dilapſum tenues: ut lata plumbea funda
Miſſa ſolet medio glans intabeſcere cælo.
Pulchra ſubit facies, & puluinaribus altis
Dignior eſt: q̃ ſit trabeati forma Quirini.
Flebat ut amiſſum coniunx: cum regia Iuno
Irin ad Herſiliam deſcendere limite curuo
Raph. Hiæna ¶Si tamẽ ẽ aliqd: Hyæna fera eſt de qua multa a Plinio mira tradũt. Sed maxime ei utrãq; ĩeſſe naturã, & alternis annis marem: fœminãq; fieri: & ut ſcribit Pliniꝰ ipſe parere ſine mare uulgꝰ credit: Ariſtoteles negat. Collum & iuba cõtinuitate ſpinç porrigit, flectiq; niſi circumactu totiꝰ corporis nequit. ¶ Alternaſ: alternis ãnis mutare. ¶ Id quoq; qđ uẽtis: Chameleontem dicit: q (ut Plin. tradit) ſolus animaliũ nec cibo nec potu alitur, nec alio q̃ aeris alimẽto. circa caprificos fœtus innoxiꝰ alioqui, & coloris natura mirabilior. Mutat nãq; eum ſubinde & oculis & cauda & toto corpore: redditq; ſp quẽcunq; proxime attigit prçter rubrũ, cãdidũq;: defuncto pallor ẽ. ¶ Victa racemifero: lyncuriũ gemma eſt q̃ ex urina lyncuꝫ dicit generari: unde etiã nomẽ fuit impoſitũ. Lyncurium enim dicit ꝙ ſit urina lyncis: οὖρος nãq; urinã ſignificat. ¶ Quicqd ueſica remiſit: omnis urina Lyncũ. ¶ Sic & coralium: i aquis molle eſt coralium: extra uero aquas dureſcit, ut ſuperius quoq; poeta narrauit. ¶ Quã cõſequar omnia dictis: q̃ uerbis omnia explicere poſſim. ¶ Sic oĩa uerti Cernimus: oĩa eẽ in cõtinuo fluxu. ex urbiũ quoq; ac populorꝫ excidiis ac felicitatibꝰ Pythagoras colligit. ¶ Clara fuit Spar. Sparta Laconica dicitur regio a ſpartis Cadmi ſociis cognominata: ſed plerũq; p urbe ponitur. ¶ Mycenæ: urbs eſt peloponneſi notiſſima a Myceneo Spartonis filio Phoronei fratris dicta. Mycenarꝫ autem muri ſicut tirynthii a cyclopibus ferũt fabricati: q̃ corꝫ ui capi non poterant, ut Pauſanias ait. ¶ Oedipodioniæ Thebæ: ubi Oedipus regnauit, ut Pãdioniæ athenæ ubi Pãdiõ. ¶ Nec non & Cecr. athenæ quarꝫ auctor fuit cecrops. ¶ Amphionis arces: Thebæ ab amphione amplificatæ.

Alternare chameleon. Hippolytus. Lincurium. Coralia.

Cum dedit huic ætas uires: oneriq; ferendo eſt:
Ponderibus nidi ramos leuat arboris altæ:
Fertq; pius, cunaſq; ſuas, patriumq; ſepulchrum:
Perq; leues auras Hyperionis urbe potitus,
Ante fores ſacras Hyperionis æde reponit:
Si tamen eſt aliquid miræ nouitatis in iſtis.
Alternare uices, & quæ modo fœmina tergo
Paſſa marem eſt: nunc eſſe marẽ miremur Hyænã,
Id quoq;, quod uentis animal nutritur, & aura:
Protinus aſſimilat: tetigit quoſcũq; colores:
Victa racemifero lyncas dedit India Baccho:
E quibus (ut memorant) quicquid ueſica remiſit,
Vertitur in lapides: & congelat aere tacto.
Sic & coralium, quo primum contigit auras
Tempore, dureſcit: mollis fuit herba ſub undis:
Deſinet ante dies: & in alto Phœbus anhelos
Aequore tinget equos: q̃ cõſequar omnia dictis,
In ſpecies tranſlata nouas, ſic omnia uerti
Cernimus: atq; alias aſſumere robora gentes:
Concidere has, ſic magna fuit, cenſuq;, uiriſq;,
Perq; decem potuit tantum dare ſanguinis annos.
Nunc humilis ueteres tantũmodo Troia ruinas,
Et pro diuitiis tumulos oſtendit auorum:
Clarã fuit Spartẽ, magnæ uiguere Mycenæ.
Nec non & Cecropis, nec non Amphionis arces:
Vile ſolum Sparte eſt, altæ cecidere Mycenæ:
Oedipodioniæ quid ſunt niſi nomina Thebæ?
Quid Pandioniæ reſtãt, niſi nomen, Athenæ?
Nunc quoq; Dardaniã fama eſt cõſurgere Romã:
Appenini genæ quæ proxima Tybridis undis,
Mole ſub ingenti rerum fundamina ponit.
Hæc igitur formam creſcendo mutat: & olim
Immenſi caput orbis erit (ſic dicere uates:
Faticinaſq; ferunt ſortes) quantumq; recordor
Dixerat Aeneæ, cum res Troiana labaret,
Priamides Helenus flenti, dubioq; ſalutis,
Nate Dea, ſi nota ſatis præſagia noſtræ
Mentis habes: non tota cadet te ſoſpite Troia.
Flamma tibi, ferrumq; dabunt iter: ibis: & una
Pergama rapta feres: donec Troiæq;, tibiq;
Externum patrio contingat amicius aruum:
Vrbem etiam cerno Phrygios debere nepotes,
Quanta nec eſt, nec erit: nec uiſa prioribus annis:
Hanc alii proceres per ſæcula longa potentem,
Sed dominam rerum de ſanguine natus Iuli
Efficiet: quo cum tellus erit uſa: fruentur

Fabulæ. xliii. libri. xv. argumentum.

Lactã. ¶Nũc quoq; Dardaniã fama eſt cõſurgere Romã &c. Numa Pompilius propter ſcientiam rerꝫ populo Romano i regnũ eſt receptus: cuius præcepta cũ antedictis hæc ſunt. Quæcũq; naſcuntur nec creſcẽdo & ſeneſcẽdo trãſmutari in diſſimiles ſpẽs, poſt obitũ ſic cõſumi: ut aut in terrã abeant, q̃ corpa ſint: aut in aera, quo ſpiritu cõtineri uidetur. Porro helenꝰ Priami filius refert Aeneç urbis cõditç poſitiõẽ.

Ciuium rerũ uiciſſitudinẽ eẽ. Troia. Sparta. Mycenæ.

Raph. ¶Nũc quoq; Dardaniã: exẽplo urbis Romæ, q̃ tũ maxĩe creſcebat, oĩa eẽ in cõtinuo motu Pythagoras oñdit. ¶ Dardaniã: romã a troianis ędificatã. ¶ Appenigenç Tybridis in appẽnino mõte oriẽtis. Tybrim aũt pter urbẽ romaꝫ labi notiꝰ ẽ q̃ ſit exponendum. ¶ Vates: Sibyllas. ¶ Sortes fat. fata canẽtes atq; pdicẽtes. ¶ Res Troiana: ipſũ Troianũ. ¶ Labaret: uacillaret, periclitaretur. ¶ Priamides Hele. Priami filiꝰ. Fuit aũt uates optimꝰ: ut ex carmĩe quoq; Virgiliano cõſtat. ¶ Debere urbẽ: urbi ædificãdç ita uolẽtibus fatis obnoxios eſſe. Pulchra aũt phãtaſia refert in Helenũ poeta q̃ iam ipſe uiderat. ¶ Per ſæcula lõga: per ſeptingẽtos annos. ¶ De ſanguine natꝰ Iuli: Auguſtꝰ Cçſar. Nam in Cæſaris Auguſti gratiam hæc referuntur.

Raph. ¶ Penatigero aeneę: penates gereti. Penates aūt (ut re fert Macro. ex Varronis ſnīa) Dardan⁹ ex Samothra cia in phrygiā: Aeneas ex phrygia in italiā detulit. Dii uero penates dicunt (ut uolunt qui diligētius ueritatē inqrunt) per quos penitus ſpiramus: p quos habem⁹ corpus: per quos rōnē animi. Eos aūt eē iouē, Iunonē Mineruā. ¶ Utiliter phr. cum utilitate phrygum & Troianoꝝ. ¶ Pelaſgos ui ciſſe: Grecos Troiā expu gnaſſe. ¶ Nec tñ obli. con cludit oīa in continuo eſſe fluxu, & a carnibus oīno eſſe abſtinendū pythago/ ras: cū animæ nr̄æ ī uaria corpa tranſeāt. ¶ Ad me/ ta: ad finē & concluſionē. Metaphora ab eqs curren tibus ſumpta. ¶ Expatie mur eqs: euagamur copia uerborū. ¶ Animæ uolu. leues atq; ueloces. Ani/ mo nāq; nihil ē uelocius. ¶ In ferinas domos: i cor/ pora feraꝝ. ¶ Pecudūq; i pectora cōdi: ordo & ſen/ ſus: Nos quoq; pars mun/ di ſinamus & pmittamus tuta eſſe & honeſta ea cor pora: quę poſſunt animas habuiſſe parentū aut fra/ trum: aut iunctoꝝ nobis aliquo fœdere & affinita/ te: aut certe hominū: quo niam non corpora ſolum: uerum etiam uolucres & ueloces animæ ſum⁹: hoc eſt, qm̄ non ſolū ex corpo/ re: ſed etiam anima conſta mus: & iferas & pecudes ire poſſumus. His aūt oī/ bus colligit Pythagoras nullo modo carnibus eſſe ueſcendū. ¶ Neue Thye/ ſteis: nota eſt fabula. Nam atreus & Thyeſtes Pelo/ pis & Hippodamiæ filii: opera Mercurii ægre ferē tis Mirtillum filiū a pelo pe ſe ipſo fuiſſe interfectū: in tatam deuenere diſcor/ diā, ut alteri utergꝫ inſidias ſtrueret: cū ea cōditione regnū a patre accepiſſent, ut alternis regnarent annis. Nam Thyeſtes quo facilius arietē uelleris aurei, ī quo regni fata cōſiſtebant (ut Seneca in Thyeſte Trage/ dia narrat) ſibi uſurpare poſſet, Meropē atrei uxorē compreſſit: ex qua filios ſuſcepit. Quod cū atreus re/ ſciuiſſet bello illū Mycenis in exilium eiecit. Quo qui/ dē nō cōtentus ſimulata gratia fratrē ad ſe reuocauit, treſq; eius filios decoctos ſic appoſuit comedēdos: ut ſanguinē quoq; poculis immiſcuiſſe ferat. Hoc uero ne fādiſſimū ſcel⁹ ne ſol uideret: alio radios auertiſſe me/ moratur. ¶ Menſis: cibis. cōtinēs. n. p contēto per me/ tonymiam frequentiſſime poni conſueuit. ¶ Cumule mus: uſq; ad cumulum repleamus. ¶ Viſcera: teſtina. ¶ Quā male conſueſcit: eū qui poſſit pati ut interficiat

Pelaſgos

Penates

Hoīem ex aīa & corpore conſtare

Atrei fa bula

Cumu/ lare

uitulū aut hædū: aut aīā: facile aſſueſcere ait necādis hoīb⁹. Eſt aūt exclamatio quā Pythagoras ab iterficiē dis aīalib⁹ māſuetis hoīes deterrere conaī. ¶ Cruori humano: ſanguini humano effundendo. ¶ Immotas aures: nulla miſericordia motas. ¶ Edēte hædū: emit tentem uagitus pueroꝝ. ¶ Aut alite ueſci: aut auem co medere. ¶ Quātū ē: ac ſi diceret minimum. ¶ Ad ple. faci. ad plenū homici/ diū. ¶ Qua tranſitus? ad quid: ac ſi diceret ad ho/ minū cædem. ¶ Inde: ex imolatiōe brutoꝝ aīaliū. ¶ Bos aret: cū magna au/ ctoritate hæc a pythago/ ra dicuntur. Imperat. n. ut bos ſi arare pmittatur: ut nulla alia ui q̄ ſenectute moriatur. ¶ Horriſeꝗ cō. tra boream: ouis inquit la/ nas nobis ſuggerat contra frigora. Arma nāq; qbus Boreę frigidiſſimo uento reſiſtit ſunt ueſtes ex oui/ um lanis cōfectæ. ¶ Hor. riferū Boreā: horrorem & frigus ferentem. ¶ Vbera pſſanda: exprimēda. ¶ Cū pedicis: pedicæ ſunt uicu/ la pedū: ut manicæ manuū. ¶ Tollite: remouete: auferte: abiicite. ¶ Viſca/ ta: uiſco infecta. ¶ Nec for/ midatis pēnis: ſic qdē legi/ tur: ſed formidantis forte tā eſt legendū: ut ceruoꝝ ſit epitheton: qui natura/ uel Homeri teſtimonio ti/ midiſſimi ſunt. ¶ Pēnis: ſa/ gittis. a parte namq; totū per ſynegdochē frequēter ſignificatur: pēnæ. n. ſagit/ tis adglutinaī. ¶ Celate: oc/ cultate. ¶ Si qua nocent: noxia animalia pdenda quidē eē pythagoras ait: ſed ita ne eorum carnibus ueſca/ mur. ¶ Ora ua. epu. care ant eiuſmōi epulis. ¶ Cō gruą: homini conuenientia.

Pedicæ Manicę

Alteri nare ... Iſeon

Aethereæ ſedes: cælumq; erit exitus illi.
Hæc Helenum cecinisse penatigero Aeneæ
Mente memor refero: cognataq; mœnia lætor
Creſcere: & utiliter Phrygibus uiciſſe pelaſgos.
Ne tamen oblitis ad metam tendere, longe
Expatiemur equis: cælum, & quodcūq; ſub illo eſt,
Immutat formas: telluſq;, & quicquid in illa eſt.
Nos quoq; pars mundi (qm̄ non corpora ſolum,
Verum etiam uolucres animæ ſumus: inq; ferinas
Poſſumus ire domos: pecudūq; in pectora condi)
Corpora, quæ poſſint animas habuiſſe parentū,
Aut fratrum, aut aliquo iūctorum fœdere nobis,
Aut hominum, certe ſſe, & honeſta ſinamus:
Neue Thyeſteis cumulemus uiſcera menſis:
Quam male conſueſcit, q̄ ſe parat ille cruori
Impius humano: uituli qui guttura cultro
Rumpit: & immotas præbet mugitibus aures:
Aut qui uagitus ſimiles puerilibus hædum
Edentem iugulare poteſt: aut alite ueſci,
Cui dedit ipſe cibos? quantū eſt quod deſit in iſtis?
Ad plenum facinus? qua tranſitus inde paratur?
Bos aret: aut mortem ſenioribus imputet annis:
Horriferum contra Boream ouis arma miniſtret.
Vbera dent ſaturæ manibus preſſanda capellæ.
Retia cum pedicis, laqueoſq;, arteſq; doloſas
Tollite, nec uolucres uiſcata fallite uirga:
Nec formidantis ceruos includite pennis:
Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.
Perdite ſi qua nocent: uerū hæcquoq; perdite tātū.
Ora uacent epulis: alimentaq; congrua carpant.
Talibus, atq; aliis inſtructo pectore dictis
In patriam remeaſſe ferunt: ultroq; petitum
Accepiſſe Numam populi Latialis habenas.
Coniuge qui felix nympha, ducibuſq; Camœnis

Fabulæ. xliiii. libri. xv. argumentum.

¶ Talib⁹ atq; aliis &c. Aegeria poſt mortē mariti nū mæ in aricinam ſe contulit lugens.

¶ Dictis: Pythagorę pceptis. ¶ Inſtructo pe. inſtituto aīo. Eoꝝ aūt opinione ſeqtur Oui. (ut diximus) q ſen/ tiūt numā a Pythagora fuiſſe īſtitutū. ¶ Remeaſſe: rei diſſe. ¶ Vltroq; petitum: quæſitum: ſpōteq; a Roma nis inuitatū, ut copioſe. Liuius narrat. ¶ Latialis: Lati ni atq; Romani. nam Roma latii eſt caput. ¶ Cōiuge qui felix nympha: aegeria nympha numæ pōpilii fuit uxor. quæ poſt uiri interitū urbe relicta in ſiluas abiit: ac tandem miſeratione Deorum in fontem fingitur cō uerſa. Cū illa uero nympha cgreſſ⁹ noctu nos ſibi eſ/ ſe numa ſimulauit: eiuſq; monitu ſe q accepiſſima diis eſſent, ſacra conſtituere populo Romano perſuaſit, ut copioſe

Lact. Raph.

ægeria Numæ uxor.



copioſe T. Liui⁹ deſcribit. ¶ Ducibuſq; Cam. auctori bus muſis. Nam oīa ferę Numa ſtatuebat ad Aegeriæ nymphæ & Camœnaꝝ auctoritatē referebat: qbus et lucum: quē medium (ut Liuius narrat) ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua conſecrauit: quod Dearum ſibi conſilia cum coniuge ſua Aegeria eſſent.

Raph. ¶ Sacrificos rit. ſacrificio/ rum leges. Nam ſua cuiq; Deo ſacra, ſacerdoteſq; iſ ſtituit: ut eleganter Liuius ſcribit. ¶ Ad artes pa. ad Deorum religiōem, & iu/ ra & leges & mores coleu dos. Numa. n. urbem Ro/ mā ui & armis a Romulo conditā: iure legimus: ac moribus de integro condi dit. ¶ Qui poſtq̄ ſeni. Nu ma cum tres & quadragi/ ta regnaſſet annos perit. ¶ Peregit: perfecit, ac fini/ uit. ¶ Vallis Aricinæ: Ari cia urbs eſt Latii haud lō/ ge ab urbe Roma diſtans unde Aricinus declinatur ¶ Oreſteæ Dianæ: quam Oreſtes una cum Iphige/ nia ſorore de Taurica re/ gione in Italiam trāſtulit: ac iuxta Ariciā collocauit. Nam Oreſtes poſt interfe ctam matrem in furorem conuerſus a Pylade ſodo ad Dianā Tauricam libe randus deductus eſt: cui cum hoſpites mactarent: a ſorore Iphigenia quæ Deæ ſacerdos erat, cogni tus ſeruatur. an Thoante re ge iterfecto Dianæ ſimu lachrum aufugiētes abſtu lerunt: iuxtaq; ariciam col locarūt. Tameſi pauſani/ as Spartam allatū fuiſſe ſimulachrum illud conten dit. ¶ Ne faceret: ne flere pergeret. ¶ Theſeius he/ ros: Hippolytus qui equo rum furore laceratus pre/

Aricia

oreſtes

Hippo lytus

Sacros docuit ritus: gentemq; feroci
Aſſuetam bello pacis traduxit ad artes.
Qui poſtq̄ ſenior regnūq;, æuumq; peregit
Extinctum, Latiæq; nurus, populuſq;, patreſq;
Defleuere Numam. nam coniunx urbe relicta
Vallis Aricinæ denſis latet abdita ſiluis:
Sacraq; Oreſteæ gemitu, queſtuq; Dianæ
Impedit a quoties nymphæ nemoriſq;, lacuſq;
Ne faceret, monuere: & conſolantia uerba
Dixerunt: quoties flenti Theſeius heros
Siſte modum dixit: nec enim fortuna querenda
Sola tua eſt, ſimiles aliorum reſpice caſus
Mitius iſta feres: utinamq; exempla dolentem
Non mea te poſſent releuare. ſed & mea poſſunt.
Fando aliquem Hippolytū (ueſtras ſi cōtigit aures)
Credulitate patris, ſceleratæ & fraude nouercæ
Occubuiſſe neci, mirabere: uixq; probabo.
Sed tamen ille ego ſum. me Paſiphaeia quondam
Tentatum fruſtra patrium temerare cubile:
Quod uoluit, finxit uoluiſſe: & crimine uerſo
Indicii ne metu magis, offenſa ue repulſæ
Arguit: immeritumq; pater proiecit ab urbe:
Hoſtiliq; caput prece deteſtatur euntis.
Pittheiam profugo curru Trœzena petebam:
Iamq; Corinthiaci carpebam littora ponti:
Cum mare ſurrexit: cumuluſq; immanis aquarum
In montis ſpeciem curuari, & creſcere uiſus
Et dare mugitus: ſummoq; cacumine findi:
Corniger hinc taurus ruptis expellitur undis
Pectoribuſq; tenus molles erectus in auras,
Naribus, & patulo partem maris euomit ore.
Corda pauent comitum. mihi mens in territa manſit

accuſanti. ¶ Vixq; pbabo: difficulter pſuadebo. ¶ Me paſiphaeia quodā: phędra paſiphaes filia, theſei uxor. Hippolyti priuigni amore capta ab illo fuit repulſa: Quare indignata ſe ſuſpēdit libellū manu tenens, quo Hippolytū accuſabat, q̄ ſe de coitu iterpellaſſet. Pater credulus & filiū in fonte i exiliū expulit, & illi mortem eſt ipreat⁹: quā a p̄re Ne ptuno facile ipetrauit: ut q pollicit⁹ eſſet ſe tria ipſi pſtituꝝ, quęcūq; poſtulaſſet Cū igit fugeret hippoly tus: ecce phocę mari egreſ ſę ita pterruerūt equos q̄ qdrigaꝝ qbus uehebatur: ut nullo pacto potuerint inhiberi, qn p pcipitia hip polytū imittetes pſus di laniarēt. Qui tñ ſtatī dia/ nę pcibus ope Aeſculapii uitę fuit reſtitut⁹: uirbiuſ q appellatus. ¶ Paſipha/ eia: cū qdā uitupatiōe di/ xit, ac ſi Phędrę obiiceret Paſiphaes libidinē, q amo re tauri capta cū illo coire ſuſtinuit. ¶ Me fruſtra tē. a Phędra d ſtupro fruſtra interpellatū. ¶ Temerarē uiolare. Eſt āt ordo: Paſi phaes filia quondā finxit me fruſtra tētatū uoluiſſe temerarē patriū cubile, qd ipſa uoluit. ¶ Et cri. uer. i me ſubaudiaī. ¶ Indicii ne me altera duarū cauſa/ rūſſe accuſatum a Phædra Hippolytus ait, uel quod timebat ne ipſa accuſaret uel quod repulſa fuit & ſpreta. ¶ Arguit: accuſa/ uit: in uetuſtis autem exē/ plaribus animaduerti ſic etiam ſcriptū eſſe: Dāna/ uit: meritumq; nihil pater, eiicit urbe. Sed utroq; mō idē eſt ſēſus. ¶ Proiecit: eie/ cit, expulit. ¶ Hoſtili pce imprecatiōe hoſti cōuenien te. nō pēl. Theſeus. n. Ne/ ptunū p̄rem pcatus eſt: ut Hippolytū fili⁹ diſcerperet. ¶ Euntis: in exiliū. ¶ Pittheiā Trœzena: i q pittheus pelopis fili⁹ ac Aethrę mr̄is Theſei p̄r regnauit. Trœ. zen āt urbs eſt peloponeſi a Trœzēe pelopis filio (cui Pitthe⁹ in regno ſucceſſit) cognomiata. Vt. n. Stephan⁹ ſcribit: & aphrodiſias & Saronia & poſſidōias & apol lōias & Anthāis antea fuit dcā. ¶ Cū mare ſurrexit: tumefactū ē. ¶ In mōtis ſpēm: p ēphaſī ondit q⁹ cēt uitulus ille marin⁹: q iſtar mōtis mare extolleret. ¶ Et dare mugitus: mugire. nondū. n. uitulus ille marin⁹ ex aqs extulerat caput. phocæ āt ut tauri mugitus edūt: ū & uituli nomen acceperūt. ¶ Corniger hinc taurus: de inde inquit phoca in taurus cornua habens: ex ruptis undis egreſſa eſt. ¶ Expellitur: erumpit: cum impetu egreditur. ¶ Exilis contenta ſuis: exilii ſui mœrore cō fecta. ¶ Feroces quadrupedes: feroces equi: quibus Hippolyti currus trahebantur.

Phędra

Paſi phae

Pitthe⁹ Trœzen

cibus Dianę uitę fuit reſtitutus, ac tēplo Dianæ Arici/ nę pfectus Virbius fuit appellatus, ſed & ipſe fata ſua ad cōſolationē egerie narrat. Siſte mo. ſtatue: ipone fi/ nem luctui. ¶ Releuare: leuē reddere, a fletu liberare.

Fabulæ. xlv. libri. xv. argumentum.

Lact. ¶ Fando aliquem Hippolytum ueſtras ſi contigit &c. Hippolytus cum propter nouercę odium propulſus eſſet patria, & Trœzenā pficeret: ex improuiſo mari elatus taurus ſicut parēs optauerat: grauiſſimū ei obie/ cit timorē: exaſperatis equis tractus interiit. Quē aeſcu lapius Dianę uoluntate: cuius initio comes fuerat redu xit ad ſuperos. Hinc eiuſdem de inferis reuocatus ī ne mus aricinum mortalitatem exuit. Cōuerſo itaq; no mine Deus Virbius eſt nominatus.

Raph. ¶ Fando inter loquendum. ¶ Aliquē Hippolytū: quē dam in ſoluta oratione diceremus. ¶ Credulitate p̄ris Theſei: q nimiū facile credidit phędrę uxori priuigni

RAph. ¶ Perenni ſceptro:perpetuo regno. ¶ Torua facie:cornibus terribili ematqꝫ deturpata. ¶ Talia omina: talia portenta. ¶ Conuocat extra urbem. ¶ Et aggeribus inſiſtit:ſtat i aggere alto ut ab omnibus audiatur. ¶ Priſco more:ãt qua cõſuetudine. Qua et priſci oratores Deos inuocare in principio orationis ſolebãt. ¶ Dic amidi cabo. ¶ Cornua forte gerit:non forte ut ſere i exẽplaribus eſt deprauatuꝫ: ſed fronte legendum eſſe nobis eẽqꝫ ut ſit admonẽdũ. ¶ Famularia iura:leges ſeruiles:quibus ut ſeruos omnes uos oporteat obedire. ¶ Irrumpere:cũ impetu itrare. ¶ Quãuis coniunctior illo:figurate ſe illum eſſe innuit Cipp⁹ quẽ haruſpex futuꝝ eſſe regẽ dixerat. ¶ Prohibete:arcete. ¶ Vel ſi dignus erit:pulchra figura illum indignum eẽ oſtendit:qui aut uinciatur aut necetur. ¶ Qualia ſuc. duab⁹ per quã accõmodatis ſimilitudinib⁹ exprimit poeta qꝫ le murmur populi fuerit: poſteaqꝫ Cipp⁹ finem orationi impoſuit. ¶ Succinctis pinetis altis & proceris. Succincta dicuntur altius ducta:unde ſuccincti milites dicunt, qꝫ breuioribus ueſtibus utentes alti⁹ cincti uideãt. Pineta uero dicuntur ſuccincta, qꝫ iuxta cacumẽ ramos emittãt. Id quod Cui. alibi apte ſignificat cum inquit:Et ſuccincta comas hirſutaque uertice pinus. ¶ Periter. ¶ Tremẽtis uulgi: populi trepidãdis. ¶ Eminet: elatior ẽ & clarior. ¶ Præſignia:iſignia. ¶ Gemino cornu: duobus cornibus ſimilib⁹. ¶ Demiſere oculos:in terras oculos demiſerunt ne cornua cõſimo dedecorã boni ciuis aſpicerẽt. ¶ Quis crederẽ poſſit:parẽthẽſis ẽ cũ iterrogatiõe:ac ſi diceret:Nemo crederet Romãos iuſtos aſpexiſſe uiri caput tã pclarẽ pſtãtia meriti:ut cũ regnũ aſſeq poſſet, noluerit. Illos.n.q de nobis bñ ſẽt meriti libẽter aſpicẽ ſolemus. ¶ At pceres:ſenatores. Cippo ſi iugero optimi agri ob ſpretum regnũ donatuꝫ fuiſſe ait. Iugeꝝ.n. tm terræ dr qtũ par boũ uno die poſſit exarare. ¶ Ruris ho. agro honorato ultro oblatis. ¶ Ad fi. ab ortu diei uſqꝫ ad occaſũ. ¶ Mirã for. mirãdã cippi effigiem. ¶ Referẽtia: ſignantia, rẽpſentãtia. ¶ Aurati po. auro ornatis poſtibus portæ illi⁹ p quã igredi poterat Cippus.

Irrūper

Succinctum

Rex eris:& ſceptro tutus potiere perenni.
Rettulit ille pedem:toruamqꝫ a mœnib⁹ urbis
Auertens faciem.procul o procul omnia dixit
Talia Dii pellant:multoqꝫ ego iuſtius æuum
Exul agam:qꝫ me uideant Capitolia regem.
Dixit:& extemplo,populumqꝫ, grauemqꝫ ſenatũ
Conuocat.ante tamẽ capitis noua cornua frõde
Velat:& aggeribus factis a milite forti
Inſiſtit:priſcoque Deos e more precatus:
Eſt ait hic unus,quem nos niſi pellitis urbe,
Rex erit.is,qui ſit:ſigno,non nomine dicam.
Cornua fronte gerit:quem uobis indicat augur,
Si Romam intrarit:famularia iura daturum.
Ille quidem potuit portas irrumpere apertas:
Sed nos obſtitimus:quamuis coniunctior illo
Nemo mihi eſt.uos urbe uirũ phibete Quirites.
Vel ſi dignus erit:grauibus uincite cathenis:
Aut finite metum fatalis morte tyranni.
Qualia ſuccinctis,ubi trux inſibilat Eurus:
Murmura pinetis fiunt:aut qualia fluctus
Aequorei faciunt:ſi quis procul audiat illos:
Tale ſonat populus:ſed per confuſa trementis
Verba tamen uulgi uox eminet una.quis ille eſt?
Et ſpectant frontes:prædictaqꝫ cornua quærunt.
Rurſus ad hos Cipp⁹,quẽ noſcitis ingt habetis:
Et dempta capiti populo prohibente corona,
Exhibuit gemino præſignia tempora cornu.
Demiſere oculos omnes:gemitumqꝫ dedere:
Atqꝫ illud meritis clarum(quis credere poſſit?)
Inuiti uidere caput:nec honore carere
Vlterius paſſi,feſtam impoſuere coronam.
At proceres(quoniam muros intrare uetaris)
Ruris honorati tantum tibi Cippe dedere:
Quantum depreſſo ſubiectis bobus aratro
Complecti poſſes ad finem lucis ab ortu.
Cornuaqꝫ auratis miram referentia formam
Poſtib⁹ inſculpunt:longum manſura per æuum.
Pandite nunc muſæ præſentia numina uatum:
(Scitis enim,nec uos fallit ſpatioſa uetuſtas)
Vnde Coroniden circunflua Tybridis alti
Inſula Romuleæ ſacris adiecerit urbis.
Dira lues quondam Latias uitiauerat auras:
Pallidaqꝫ exangui ſquallebant corpora morbo:
Funeribus feſſi poſtquam mortalia cernunt
Tentamenta nihil,nihil artes poſſe medentum:
Auxilium celeſte petunt:mediamqꝫ tenentis
Orbis humum Delphos adeunt oracula phœbi:
Vtqꝫ ſalutifera miſeris ſuccurrere rebus
Sorte uelit:tantæqꝫ urbis mala finiat,orant.
Et locus,& laurus,& quas habet ipſe pharetras,

Iugerũ

Fabulę.I.li.xv.argumẽtũ ¶ Pãdite nũc &c. Grauis peſtilẽtia Romã iſtã iudiſſet:& maxia trepidatio ut bẽtẽ reret:p legatos oraculũ Apollinis ɔſultũ ẽ:ex quo reſpõſũ, ut Aeſculapiũ Epidauro accerſirẽt nobiliſſimiqꝫ legati cuꝫ ſimulachꝫ Dei petituꝫ ad epidauros miſſi ẽẽt ſtupẽb⁹ admiratiõe De⁹ i draconẽ uſ⁹ p mediũ Epidauꝝ lapſ⁹ nauẽ legatoꝝ ɔſcẽdit cũ qb⁹ uect⁹ Romã ut delat⁹ ĩ iſulã Tyberis igreſſus ẽ:ibiqꝫ ſe uirgultis occuluit:qoc⁹ dracõis uocat ¶ Pãdite nũc muſæ: Muſas iuocat poeta ut ſibi cõmemorẽt,qꝫ de cã aeſculapius Apollinis ex Corõide fili⁹ Romã ab Epidauro fuerit aduect⁹. Grauinã qꝫ peſtilẽtia laborãtes romãi oraculũ accepit,ut aeſculapii auxilio uterẽt.miſſi igit legati cũ ab Epidauris Deũ ipetrarẽ n poſſet, aeſculapi⁹ ipe i ãguẽ ɔuerſ⁹ p mediã urbẽ ad nauẽ legatoꝝ prexit:Romamqꝫ aduect⁹ ſibi iſulã tyberis ſedẽ elegit. ¶ Pñtia nu. u. ppicii Dii poetaꝝ. Muſæ naqꝫ pſidẽt poetis fingũt. ¶ Vnqꝫ ex cã. ¶ Coronide: Aeſculapiũ corõei nepotẽ. Apollinis ex coronide filiũ ut ſupi⁹ copioſe ſuit expoſitũ. ¶ Dira lu. peſtis a deorum ira immiſſa. ¶ Exãgui mor. ab effectu morb⁹: dr exãguis: qꝫ exangues hoies reddat. ut mors quoqꝫ pallida dicit. ¶ Mortalia tẽ. hoĩuꝫ explmẽta. ¶ Mediãqꝫ tenẽtis orbis humũ delphos: Delphi i medio terraꝝ orbe a geographis eẽ ſcribuntur. ¶ Salutifera ſor. riſo ſalutem afferenti.

¶ Cortinaqꝫ

RAph.

Aeſculapius

Delphi



RAph. ¶ Cortinaqꝫ reddidit imo:phœbus i cortina exiſtẽs. Eſt enim continens pro contento per metonymiam poſitum. Cortina uero menſa erat in adyto tẽpli apollinis:quæ etiaꝫ Delphica dicebatur:in qua phœbades iacẽtes certa oracula reddebant. ¶ Propior loco:uicinióre. Nã Epidaurus Romæ propinquior ẽ qꝫ Delphi. ¶ Sꝫ Apolline nato: Aeſculapio apollinis filio. ¶ Bonis auib⁹: bõis auſpiciis. ¶ Accerſite: aduocate. ¶ Prudẽs ſenat⁹ acceper: figurate dictũ ẽ tale:quale ẽ illũ Virgilianũ: pars in fruſta ſecãt. ¶ Explorat: diligenter inquirit. ¶ Iuuenis phœbei⁹: Aeſculapius Apollinis fili⁹. ¶ Petãt uẽtis: ad nauígẽt. ¶ Epidauria littora: Epidaur⁹ quæ & epitaur⁹ appellaẽ (ut Strabo ait) urbs ẽ Saronico ſinui adiacens iiqꝫ & Miliſſia & hç meta olĩ fuit dicta tẽplo Aeſculapii maxĩe iſignis. ¶ Pſeſens:pplo⁹. ¶ Funera gentis auſoniç: peſtilẽtiã qua Romã & Italæ gentes moriebãt. ¶ Certant adiicẽ ſortes: ſtudẽt ſuis uerbis apollinis reſpõſa ɔſentire:& ſibi aeſculapiũ adiudicare cõtendũt. Nã addicere unũ ẽ ex tribus uerbis prætoris, quæ ſunt: do. dico. addico: qꝫ ſignãt & ad tẽpus uendere & adiudicare uñ addicti dicũt. Interdũ addicere ſignificat ratum facere: unde aues dicũt addicere:quando ratum faciunt auſpicium. Liuius: Fabio auſpicãti aues ſemel atqꝫ iterũ nõ addixere. Qua i ſignificatiõe hic quoqꝫ accipi poteſt ut intelligãt legati dicere ſortes & Apollinis reſponſa ɔfirmare & ratum facere id quod petunt. ¶ Diſſidet & uariat ſentẽtia: ſenatorum iquit Epidauriorꝝ ſentẽtiæ diſcordes & uariç erãt. Alii nanqꝫ tradẽdum Romãnis aliĩ negãdum aeſculapium ſentiebant. ¶ Suaꝫ opem ſuum auxiliũ: hoc eſt aeſculapium ad queꝫ in aduerſis confugiebãt. ¶ Dum dubitant: dũ de re dubia ɔſultant. ¶ Vmbra telluris: diffinitio eſt noctis. Nox enim nihil eſt aliud qꝫ terræ umbra. ¶ Deus opifer: Aeſculapius opem & auxilium morbo laborantibus ferens. ¶ Sed qualis in ęde eſſe ſolet:in hominis:nõ draconis facie. Nam in tẽplo ſub effigie humana celebat Aeſculapi⁹: quamuis in anguem cõuerſus Romã fuerit aduect⁹. ¶ Baculũ agreſte:ruſticitate baculum cum neutro epitheto copulauit poeta: cum ſit generis maſculini. ¶ Lõge barbæ: Aeſculapi⁹ nãqꝫ barbat⁹ pigebat: Apollo uero ſine barba: Geſtum autem exprimit poeta quo ſæpenumero utuntur, qui ſibi barbam mulcent. ¶ Et uſqꝫ nota: & eo uſqꝫ animaduerte. ¶ Ad templa opoſa: multis operibus ornata: multoqꝫ labor extructa. ¶ Petiti Dei: aeſculapii a Romãis poſtulati. ¶ Qua ſede: qꝫ urbe: Epidauri an Romæ. ¶ Aureus in ſerpente Deus: Aeſculapius qui ſub aureo ſimulachro colebatur i ſerpentem cõuerſus. Serpentes autem idcirco aeſculapio ſunt ſacri: quia acutiſſimi uiſus a phyſicis eſſe dicuntur. Vnde & [illegible] Dracones cognominati. Hac etiam de cauſa eos incubantes theſauris cuſtodiæ gratia antiqui finxerunt. ¶ Prænũcia ſibila: ipſum aduentare ſignificantia. ¶ Mouit: emiſit. ¶ Signũ: ſimulachꝝ Dei & ſtatuam. ¶ En Deus eſt. Deus eſt: conduplicatio aliquid repentinum annunciantibus maxime cõueniẽs. ¶ Animis linguiſqꝫ fauete: caſta puraque cogitate ac dicite. ¶ Sis o pulcherrime ſpẽcies ſacerdotis ad Aeſculapium. ¶ Aeneadæ: Romani & ipſi bona õminabant. ¶ Rata pignora: certa ſigna qbus iuuebat ea futura q petierant.

Cortia quæ Delphica

Epidaurus

addicẽ

Aeſculapius i ſerpẽtẽ

Intremuere ſimul,cortinaqꝫ reddidit imo
Hanc adyto uocem,pauefactaqꝫ corpora mouit.
Quod petis hic,propiore loco Romane petiſſes,
Et pete nunc propiore loco:nec Apolline uobis,
Qui minuat luctus:opus eſt:ſed apolline nato.
Ite bonis auib⁹:prolemque accerſite noſtram.
Iuſſa Dei prudens poſtqꝫ accepere ſenatus:
Quam colat,explorat iuuenis phœbeius urbem:
Quiqꝫ petant uentis Epidauria littora,mittũt.
Quæ ſimul incurua miſſi tetigere carina:
Concilium,Graioſqꝫ patres adiere:darentque
Orauere Deum:qui præſens funera gentis
Finiat Auſoniæ:certant adiicere ſortes.
Diſſidet:& uariat ſententia,parſqꝫ negandum
Non putat auxilium:multi retinere,ſuamqꝫ
Non emittere opem,nec numina tradere ſuadẽt.
Dum dubitant,ſeram pepulere crepuſcula lucẽ:
Vmbraqꝫ telluris tenebras induxerat orbi.
Cum Deus in ſomnis opifer conſiſtere uiſus
Ante tuum Romane torum:ſed qualis in æde
Eſſe ſolet:baculumqꝫ tenens agreſte ſiniſtra
Cæſariem longæ dextra deducere barbæ.
Et placido tales emittere pectore uoces.
Pone metum.ueniã:ſimulachraqꝫ noſtra relinq̃.
Hunc mõ ſerpentem,baculũ qui nexib⁹ ambit:
Perſpice:& uſqꝫ nota:uiſum ut cognoſcere poſſis.
Vertar in hunc:ſed maior ero:tantuſqꝫ uidebor:
Inquantum uerti cæleſtia corpora debent.
Extemplo cum uoce Deus,cum uoce,Deoque
Somnus abit:ſomniqꝫ fugam lux alma ſecuta eſt.
Poſtera ſydereos Aurora fugauerat ignes:
Incerti quid agant proceres ad templa petiti
Conueniunt:operoſa Dei:quaqꝫ ipſe morari
Sede uelit,ſignis cæleſtibus indicet:orant.
Vix bene deſierant:cum criſtis aureus altis
In ſerpente Deus prænuncia ſibila mouit:
Aduentuque ſuo,ſignumque,araſqꝫ,foreſque,
Marmoreumqꝫ ſolum,faſtigiaqꝫ aurea mouit:
Pectoribuſque tenus media ſublimis in æde
Conſtitit:atqꝫ oculos circuntulit igne micantes.
Territa turba pauet:cognouit numina caſtus
Euinctus uitta crines albente ſacerdos.
En Deus eſt.Deus ẽ,animis,linguiſqꝫ fauete,
Quiſquis adeſt dixit.ſis o pulcherrime uiſus
Vtiliter:populoſqꝫ iuues tua ſacra colentes.
Quiſqꝫ adeſt,uiſum uenerãtur numen:& omnes
Verba ſacerdotis referunt geminata:piumqꝫ
Aeneadæ præſtant & uoce,& mente fauorem.
Annuit his,motiſqꝫ Deus rata pignora criſtis:
Et repetita dedit uibrata ſibila lingua.

Nox

Baculũ

Opoſa

Draco

Tum gradibus nitidis elabitur: oraq; retro
Flectit: & antiquas abiturus reſpicit aras.
Aſſuetaſq; domos: habitataq; templa ſalutat.
Inde per iniectis adopertam floribus ingens
Serpit humum: flectitq; ſinus, mediamq; p urbē
Tendit: & incuruo munitos aggere portus.
Reſtitit hic, agmenq; ſuum, turbæq; ſequentis
Officium, placido uiſus dimittere uultu:
Corpus in Auſoniā poſuit rate, numinis illō
Senſit onus: preſſaq; Dei grauitate carina.
Aeneadæ gaudent: cæſoque in littore tauro
Torta coronatæ ſoluūt retinacula nauis.
Impulerat leuis aura ratem: Deus eminet altē:
Impoſitaq; premens puppim ceruice recuruam
Cæruleas deſpectat aquas: modiciſq; per æquor
Ionium zephyris ſextæ pallantidos ortu
Italiam tenuit: præterq; Lacinia templa
Nobilitata Dea, Scyllæaque littora fertur.
Linquit Iapygiam, leuibuſque Amphyſſia remis
Saxa fugit: dextra prærupta Celennia parte:
Romechiumq; legit: Cauloniaq;, Nariciamque,
Euincitque fretum: Siculiq; anguſta Pelori,
Hippotadæq; domos regis, Temeſeſque metalla
Leucoſiamque petit: tepidique roſaria Pæſti,
Inde legit Capreas, promontoriumq; Mineruæ,
Et Surrhentinos generoſo palmite colles:
Herculeamq; urbem, ſtabiaſq;, & in otia natam
Parthenopen: & ab hac Cūææ templa Sibyllæ.

RAph. ¶ Tum gradibus nitidis: ſitus effingit ueterū templorū in quæ eminentioribus in locis ædificata per gradus aſcēdebatur. ¶ Iniectis florib⁹: iſparſis. ¶ Reſtitit hic apud portū cōſtitit Aeſculapius in ſerpentem conuerſus. ¶ Agmenq; ſuū: Epidauriorū multitudinē dicit. ¶ Turbæq; ſequētis Officiū: hoc de more principū uirorū ſumptū ē qui comites benignis uerbis dimittere ſolēt. ¶ In Auſonia rate: i naue Romana. ¶ Torta retinacula: periphraſis ē funiū, qb⁹ naues ad terrā ligantur. ¶ Modicis zephyris: tēperatis uentis. ¶ Sextæ pallātidos ortu: ſextæ auroræ: p qd ſignatur ſexto die ab Epidauro i Italiā puenisse. ¶ Præterq; Lacinia tēpla: iuxta tēpla Iunonis Laciniç. Laciniū āt pmōtoriū ē i ſinu Italiæ Iunōis tēplo nobile, a Lacinio latrōe illic ab hercule interfecto cognominatū. ¶ Scyllæaq; lit. Scyllæi ſaxi. Nā Scyllæū ſaxū ē, ſublime: qd humilē a tergo terrā alluētibus undis hēt i Cherroneſi faciē: eodē āt noīe ē oppidū hēt. ¶ Ligt Iapygiā: Calabriam ab Iapyge Dædali filio dictā: qđ pmōtorium mihi ſignari uidet: qđ Agrā Iapygiā uocātq; (ut ſcri. Pli.) lōgiſſime i maria excurrit Italia. ¶ Leuiſq; Amphiſſia remis ſaxa fugit: amphiſſia ſaxa ab amphiſſa urbe locrorū dicta eē mihi uidēt. Nā Locri illas Italiæ oras tenuiſſe & a Vir. nō ſolū geographis ſcribunt. Hic & Narici po fuerūt moenia Locri. Quidam uero Amphryſia legunt. ¶ Prærupta Celēnia: alta ſaxa ſubaudiēt. Videt āt Celēniū eē pmōtoriū Brutiorū: de quo tñ alibi me nihil legiſſe memini. Forſitā āt nō celēnia: ſed cenēia legēdū ſit. Nā Cenis (ut Pli. ſcri.) pmōtoriū ē Italiç e regiōe pelori, ſūt qdā q legūt ceraunia. ¶ Romechiūq; legit: trāſit. De Romechio, ſiue Promechio, ſiue Romecio (ut a qbuſdā legit) nullā apđ geographorū quēq̄ iueni mētionē. Quare corrupte mihi legi uidet. Fortaſſis aūt Rhegiū loco illi⁹ ē reponēdū, ſaxūq; ſubaudiēdū. Eſt. n. Rhegiū urbs in littore Calabriç e regiōe Meſſanç. Sed nihil auſi ſi affirmare cū nullū uiderim exēplar, i quo Rhegiū legat: & nihil temere ē aſſerēdū, ne illorū ſiſes, q oīa quæ non intelligūt, ex cōmodo ſuo audacter imutant, ſiſes eē deprehēdamur. At tñ ne opinioni noui cuiuſdā expoſitoris, ad effutiēdas īeptias parua mercede a malignis ipſtoribus conducti accedere uideamur: hoc quoq; noteramus: ꝙ plemmyriū citra oēm legit dubitationē: temerarius imo uero furioſus: perinde atq; ſi aut plēmyriū ipſis manu ſcriptis exēplaribus legeret: aut i eo tractu eſſet cur⁹ iſigni a loca Oui. attingit. Plēmyriū qdē eſt in Sicilia Caſtellum Syracuſanorū, ut Stephan⁹ tradit: ſed nō i ea parte quæ ad Italiā uergit. Quare & ſibi & Culdū ſtudioſis rectius fatuus ille cōſuluiſſet: ſi Romechiū quoq; ut paulo āñ amphyſſia: celēniaq; ſaxa diſſimulaſſe: ac tāq̄ notū ptermiſiſſet. Cęterū illud Ariſtotelis oraculū i dies uerius eē cōprobat: Eos q pauca cōſyderēt, facile qcquid in buccā uenit enūciare. ¶ Cauloniaq;: Caulō Calabriæ mōs ē & urbs: quæ & Caulonia dr̄ pri⁹ aulonia a uicina conualle appellata. ¶ Nariciamq;: Naricia urbs ē Calabriæ a Narice Locridis urbe: q & Naricū dr̄ (ut ſcri. Stephan⁹) denominata. Eā āt cū Locris ſi eē uidet: q a Locris Naricis i extremo Calabriç angulo fuerūt ædificatū. ¶ Euincitq; fretū: cū difficultate trāſit; p Siculū fretum: quod quidem eſt maxime uorticoſum. ¶ Hippotadæq; domos regis: Strongylē inſulā, aliaſq; Aeolias ſignat, in qbus regnauit Aeolus, Iouis filius ex Aceſta hippotæ Troiani filia. Vnde etiā Hippotades cognominat. ¶ Temeſeſq; metalla: Temeſe urbs eſt Brutiorum, quę Tēpla a latinis fuit appellata. aeris fodinæ autem quæ apđ Temeſā fuerant tempore ſuo Strabo defeciſſe narrat. Temeſa itē cypri eſt urbs. ¶ Leucoſiamq; petit: Leucoſia eſt inſula contra pæſtanum ſinū a Sirene ibi ſepulta denominata. ¶ Tepidi pæſti: ſemper uernātis. Sic Virgilius: Biferiq; roſaria pæſti. Pæſtum autem eſt oppidū i agro Cāpano a Græcis poſſidōia dictū. ¶ Inde legit Capreas: ſic quidē legitur: ſed Capriæ per i uocalē in penultima legendū eſſe argumēto ſunt codices grçci: in quibus ſic eſt ſcriptū: Eſt autem inſula, quę & Capriene uocatur (ut ait Stephanus) Campaniæ adiacens Tiberii principis arce nobilis. ¶ Legit: tranſit. ¶ Promontoriumq; Mineruæ: ſic uocatur promontorium: quod eſt iuxta Surrhētū: in quo olim Sirenes habitaſſe feruntur. In illius autem extremo eſt Athenēū: hoc eſt Mineruæ ſacellū: quod Vlyſſes ędificaſſe narratur. ¶ Et Surrhētinos colles: Surrhentū urbs eſt Campaniæ uino maxime nobilis. ¶ Herculeamq; urbem: hæc tum Heraclea, tum Heracleopolis, tum Herculaneum uocatur. ¶ Stabiaſq;: Stabiæ oppidum fuit Cāpaniæ: quod (ut Plini⁹ ſcribit) bello ſociali a Sylla deletum in uillas abiit. ¶ Et in otia natā Parthenopen: Neapolim a parthenope una Sirenarū ibi ſepulta, cognominatam. Neapolim uero in otia natam poeta ait propter locorum amœnitatē: quo ſe Romani otiaturi cōferebant. ¶ Et ab hac Cumeæ tēpla Sibyllæ: & poſt hāc Neapolim trāſit Cumas Cāpaniæ urbem maxime a Sibylla nobilitatam. De cuius cōditoribus ſatis ſuperq; in ſuperioribus diximus libris.

RAph. Celēniū Cenis Romechium Rhegiū Iapygia Scyllēū Lacinū Amphiſſa Caulo Naricia Aeolus Temeſe Leucoſia Pæſtum Capriæ Promontorium Mineruæ Athenēum Surrhētum Heraclea Stabiæ Parthenope Cumæ



Hinc calidi fontes, lentiſciferumq; tenetur
Linternum: multāq; trahens ſub gurgite harenā
Vulturnus: niueiſq; frequens Sinueſſa colubris.
Minturnæq; graues, & quā tumulauit alumnus,
Antiphatæq; dom⁹: Trachaſq; obſeſſa palude,
Et tellus Circæa, & ſpiſſi littoris antium.
Huc ubi ueliferam nautæ aduertere carinam
(Aſper enim iam pōtus erat) De⁹ explicat orbes:
Perq; ſinus crebros, & magna uolumina labēs,
Templa parentis init flauum tangentia littus.
Aequore placato patrias Epidaurius aras
Linquit: & hoſpitio iuncti ſibi numinis uſus
Littoream tractu ſquāminæ crepitantis harenā
Sulcat: & innixus moderamine nauis, in alta
Puppe caput poſuit: donec caſtrumq;, ſacraſq;
Lauini ſedes: Tyberinaq; ad Hoſtia uenit.
Huc omnes populi paſſim, matrumq;, patrumq;
Obuia turba ruit: quæq; ignes Troica ſeruat
Veſta tuos: lætoq; Deum clamore ſalutant.
Quaq; per aduerſas nauis cita ducitur undas
Thura ſuper ripas, aris ex ordine factis,
Parte ab utraq; ſonant: & odorant aera fumis:
Ictaq; conlectos incalfacit hoſtia cultros.
Iamq; caput rerum, Romanam intrauerat urbē.
Erigitur ſerpens, ſummoq; accliuia malo
Colla mouet: ſedeſq; ſibi circunſpicit aptas,
Scinditur in geminas partes circūfluus amnis:
Inſula nomen habet: laterumq; a parte deorum
Porrigit æquales media tellure lacertos.
Huc ſe delata pinu phœbeius anguis

RAph. ¶ Hinc calidi fontes: Baias innuit fontib⁹ calidis maxime celebres. ¶ Lentiſciferumq; tenetur Linternū: Lentiſcum arborem ferens Linternum: quod quidē ē oppidum Campaniæ exilio maioris Scipionis & ſepulchro maxime nobile. ¶ Vulturnus: fluuius eſt Cāpaniç Vulturnum urbem ab illo dictā præterlabens. ¶ Niueiſq; freqns Sinueſſa colubris: Sinueſſa Cāpaniæ urbs eſt: quam quidā Synopē uocitatā dixere: ut Plin. ſcribit. ¶ Minturnæq; graues: morboſæ & grauis ac noxii aeris. Minturnæ aūt Latii oppidū ē paludib⁹ cinctum: ac Liri amne diuiſum. ¶ Et quā tumulauit alumn⁹: periphraſis ē Caletç: quā a Caieta Aeneæ nutrice denominatā eſſe noſtri quidē ſentiunt poetæ. Quidā uero ꝙ in littore curuo ſit poſita ſic appellatam a Laconibus putāt. Curua nanq; omnia caietas Lacones uocabant. ¶ Alumn⁹: aeneas a Caieta altus & educatus. ¶ Tumulauit: ſepeliuit. ¶ Antiphatęq; dom⁹: phormiarum ē periphraſis: quas prius hormias a ſtationis (quæ ὅρμος dicitur) bonitate cognominatas fuiſſe Strabo memoriæ pdidit. Antiphatē uero Læſtrygonum regem fuiſſe: phormiaſq; tenuiſſe i ſuperioribus quoq; diximus libris. ¶ Trachaſq; obſeſſa palude: Terracina mihi ſignificari uidet: quę antea Trachina: hoc ē aſpera fuit appellata. Illi nāq; (ut Strabo refert) magna palus obiecta ē: quā duo fluuii efficiunt: e quibus maiorem aufidum uocant. Terracina uero lingua Volſcorum Anxur fuit appellata. ¶ Et tellus Circæa: Circçum mons eſt Latii mari ac paludibus cinct⁹, ut inſula uideatur: a Circe quæ illud tenuit cognominatus. Nam Circe Solis filia cum Sarmatarum regem cui nupſerat, ueneno ſuſtuliſſet, regnumq; adepta nimium crudeliter ſe gereret: a populis regno pulſa in Italiā uenit, & in promōtorio quod ab ipſa Circæū poſtea fuit appellatum conſedit. In quo & urbs Circæi nomine & illius ſacellum cum Mineruæ ara olim fuiſſe memorātur. ¶ Et ſpiſſi littoris Ancō: ſic quidē in omnibus: quæ mihi uidere contigit exemplaribus legitur: ſed corrupte ut mihi uidetur. Neq; enim aut geographiæ ratio, aut hiſtoria huiuſmodi lectioni aſtipulatur. Ancon ſiquidē urbs eſt Piceni: non Latii. neq; in eo tractu præter cui⁹ urbes Aeſculapium uectum fuiſſe poeta ſcribit. Mari nanq; Adriatico adiacet Ancon. Aeſculapius uero per Tyrrhenum uectus Romam fuiſſe narratur. Valerius præterea maximus (ut alios omittam hiſtoricos) non apud Anconem: ſed apud Antium e naui Aeſculapium egreſſum fuiſſe teſtatur his uerbis. Tū legati perinde atq; exoptatæ rei compotes expleta gratiarum actione, cultuq; anguis a peritis accepto læti inde ſoluerunt: ac proſperam emenſi nauigationem poſtquam Antium appulerunt, anguis qui ubiq; in nauigio remāſerat prolapſus in ueſtibulo ædis Aeſculapii, myrto frequentib⁹ ramis diffuſæ ſupereminētem excelſæ altitudinis palmā circūdedit: perq; tres dies poſitis quib⁹ ueſci ſolebat: nō ſine magno metu legatorum ne in triremem reuerti nollet: antienſis tēpli hoſpitio uſus Vrbi ſe noſtræ aduehendum reſtituit: atq; in ripā Tyberis egreſſis legatis i inſulam ubi templum ei dicatum eſt: tranauit: aduentuq; ſuo tempeſtatē cui remedio quæſit⁹ erat: diſpulit. Quo igitur modo legēdum dicem⁹? Antium eſt legendum: ut illud Virgilianum: Et dulcis muſti Vulcano decoquit humorem. Verſus eſt enim hypercatalecticus. Eſt autem antiū Latii urbs haud lōge ab Lauinio diſtans: unde antiates dicitur. ¶ Spiſſi littoris: denſi ac duri. ¶ Aſper enim iam pont⁹ erat: parentheſis eſt cauſam continens cur legati in portum Antiatem intrarint. Mare enim iam in tempeſtatē fuerat erectū. ¶ Et hoſpitio iuncti ſibi numinis: Apollinis cōſanguinitate aeſculapio iuncti. Nā Aeſculapium apollinis filium fuiſſe etiā pueri ſciūt. ¶ Donec Caſtrumq;: caſtrum oppidum eſt Latii inter Lauinium & Hoſtiam ſitum. ¶ Sacraſq; Lauinii ſedes: Lauiniū urbs ē Latii commune nomini Latino, Veneris tēplū habens. ¶ Tyberinaq; ad Hoſtia uenit: ad Hoſtia Tyberis: unū urbs Hoſtia fuit cognominata: quā Ancus Martius ędificauit, illucq; coloniā deduxit. ¶ Quæq; ignes Troica ſeruat Veſta tuos: apoſtrophe eſt ad Veſtā, quā idcirco Troicā & Troianā poeta uocat: q a Troia allata fuerit ab Aenea. Virgines autem Veſtales quoq; Aeſculapio obuiā pceſſiſſe ait. ¶ Thura ſonant: ſtrepunt. Nam thura ardentia ſonitum quendam emittunt: uel contentum pro continente poſitum eſt: ut acerras & thuribula ſonare intelligamus. ¶ Et odorant aera fumis: & odoribus aerem replent. ¶ Incalfacit ſanguine: dum enim uictimæ iugulantur cultri ſanguine caleſiunt. ¶ Scinditur in geminas partes: inſulam deſcribit in Tyberi Romæ effectam ſegete agri Tarquiniorum: qui poſtea campus Martius fuit appellatus a populo in fluuium delecta. ¶ Huc delata pinu: illuc naue appulſa. ¶ Phœbeius anguis: Aeſculapi⁹ Apollinis filius.

Lētiſcus Linternum Vulturn⁹ Siueſſa Minturnæ Caieta Phormiæ Antiphates Terracina Circeū Circe Circei Ancon Antium Caſtrū Lauiniū Hoſtia

RAph. ¶ Specie cæleste reſumpta: Dei figura reſumpta, depoſitaq; ſerpentis forma. Poetica uero licentia cæleſte pro cæleſti eſt poſitum. ¶ Luctibus: morbo & peſti. Id qđ ſequitur pro eo quod præcedit eſt poſitum.

Fabulæ. Li. decimiquinti libri argumentum.

LActã. ℭ Hic tamen &c. Ouidi⁹ opere pacto docet ſe a chaos pricipiũ cœpiſſe & ad cæſarē deduxiſſe: quē gentibus orbis deuictis Ven⁹ ab inimicorꝫ inſidiis auertit, inq; ſidus ꝯuertit: ad cuius uero honorē Auguſti filii ei⁹ qđ epigrāma cōpetere a nobis tale cōpoſitū eſt. Epigrāma.

RAph. Cæſar in deum. ℭ Hic tamē acceſſit Iulii Cæſaris aiæ Metamorphoſin ī ſtellā ita pſpicue deſcribit in gratiā auguſti Cæſa. poeta, ut nihil expoſitione op⁹ eē uideat. Cū.n. Auguſtus ludos in honorē Iulii Cæſaris, q in ſenatu fuerat trucidat⁹, celebraret: forte cōeta appulit quā eē Cæſaris animā auguſtus ipſe aduocata cōcione populo Romano perſuaſit. Inſulſus aūt quidā non contentus ſuis ineptiis ea ſeparare, quæ Oui. artificioſiſſime copularat: hoc ēt loco fœdũ epigrāma hexametro pētametroq; uerſu cōpoſitũ temerarie nimiũ & ſtolide iſeruerat: qđ qdē cū totũ opus inquinaret, delēdũ eē putaui. ¶ Stella comante: periphraſis eſt cometę: Nā cometes ſtella eſſe crinita phibet. ¶ Properataq; gloria rerꝫ: ꝓpꝫ anter ac cito acquiſita. ¶ Quā ſua pge. q̃ auguſt⁹ Cæſ. fili⁹ adoptiuus.

Iulii Cęſaris geſta. ¶ Nec.n. de Cæſa. actis: oībus Cęſaris geſtis adoptionē auguſti anteponit poeta. ¶ Scilicet æquoreos: pſtātiſſima quæq; Cęſaris geſta cū quadā iroia

Contulit: & finem ſpecie cæleſte reſumpta

Luctibus impoſuit: uenitq; ſalutifer urbi.

Hic tamen acceſſit delubris aduena noſtris:

Cæſar in urbe ſua Deus eſt quem Marte, togaq;

Præcipuum: non bella magis finita triumphis:

Reſq; domi geſtæ, properataq; gloria rerum

In ſydus uertere nouum: ſtellamq; comantem,

Quam ſua progenies. nec enim de Cæſaris actis

Vllum maius opus: q̃ q; pater extitit huius.

Scilicet æquoreos plus eſt domuiſſe Britannos:

Perq; papyriferi ſeptenflua flumina Nili

Victrices egiſſe rates: Numidaſq; rebelles:

Cyniphiumq; Iubam, Mithridateiſq; tumentem

Nominibus Pontum, populo adieciſſe Quirini:

Et multos meruiſſe: aliquos egiſſe triumphos:

Quam tãtum genuiſſe uirum: quo præſide rerũ

Humano generi Superi fauiſtis abunde.

Ne foret hic igitur mortali ſemine natus:

Ille Deus faciendus erat: quod ut aurea uidit

Aeneæ genitrix (uidit quoq; triſte parari

Pontifici letum, & coniurata arma moueri)

Palluit: & cunctis, ut cuiq; erat obuia Diuis,

Aſpice dicebat; quanta mihi mole parentur

Inſidiæ: quantaq; caput cum fraude petatur:

Quod de Dardanio ſolum mihi reſtat Iulo:

Sola ne ſemper ero iuſtis exercita curis?

Quam modo Tydidæ calydonia uulneret haſta,

Nunc male defenſæ confundant mœnia Troiæ:

Quæ uideam natum longis erroribus actum:

Iactariq; freto: ſedeſq; intrare ſilentum:

Bellaq; cum Turno gerere: aut, ſi uera fatemur:

Cum Iunone magis, quid nunc antiqua recordor

Damna mei generis? timor hic meminiſſe priorũ

enumerat poeta: ut oſtendat auguſti adoptionem illis eſſe anteferendā. ¶ Aequoreos Britannos: æquore circundatos, ac nauigationi deditos: quos iperio Romano una cū Gallis Iul⁹ Cæſar ſubigit. ¶ Perq; papyriferi: Iulius Cæſar (ut ſcribit Trāquillus) Pōpeiũ Pharſalico prælio fuſum ac fugientē alexandriā pſecutus occiſum deprehendit: ubi cū ptolomæo aegypti rege a quo ſibi quoq; inſidias tendi animaduertit, bellum ſane difficillimũ geſſit: neq; loco, neq; tpe æquo, ſed hyeme & intra mœnia copioſiſſimi ac ſolertiſſimi hoſtis, inops ipſe rerꝫ oīum atq; iparatus, Regnũ aegypti uictor Cleopatræ: fratriq; eius minori permiſit, ueritus puīciā facere: ne qñ uiolētiorē pſidē nacta nouarꝫ rerꝫ materia eēt. ¶ Papyriferi Nili: papyrũ ferētis: ex qua olim chartę ꝯficiebāt.

Numidę ¶ Numidaſq; rebelles: Numidę ppli ſunt africæ admodũ feroces. ¶ Cyniphiiq; Iubā: Iuba Mauritaniæ rex fuitq; qui cum partes Pōpeii i africa foueret a Cæſar fuit ſuperatus. Cyniphiũ autem Iubā appellat poeta a cyniphe fluuio Libyæ, qui iter duas Syrtes labit. ¶ Mithridateiſq; tumētē Noībus Pontũ: Mithridatis gloria & uictoriis: qui per q̃draginta annos cū pplo Romāo bellũ geſſit. Ab alexādria uero deuicta Cæſar. i. Syriã, & inde in pōtũ trāſiit: ubi pharnacē mithridatis magni filiũ: ac tūc occaſiōe tēporꝫ bellātē, iāq; multiplici ſucceſſu pferocē itra quitũ quo affuerat diē quatuor qb⁹ ī ꝯſpectũ uenit horis una acie pfligauit: crebro cōmemorans pōpei felicitatē, cui pcipua militiæ laus de tā ībelli gñe hoſtiũ contigiſſet. ¶ Et multos meruiſſe: multo plures triũphos meruiſſe Cæſ. q̃ egerit, aperte aſſerit poeta. quis id alludere ut qđ Trāql⁹ ſcribit. Cæſarē poſt hiſpaniā ulteriorē pacatā: quā ex ptura fuerat ſortitus: eā ad triũphũ ſimul, conſulatũq; Romā rediiſſet: coactũ fuiſſe triũphũ dimitteret: ne ꝯſulatu excluderet: cū editis iā comitiis rōe ei⁹ hri nō poſſet: niſi priuat⁹ urbē itroiſſet. Quīq; uero triũphos egit Cæſar: Gallicũ: alexādrinũ: pōticũ: Africanũ: Hiſpanīēſe; diuerſo quēq; appatu & iſtrumēto. ¶ Quā tñ genuiſſe: q̃ tñ reliqiſſe filiũ q̃ eſt auguſt⁹ quē qdē nō genuit: ſz ſibi adoptauit Iulius Cæſar. ¶ Ne fo. h. igit. mor. ſe. na. hoc ē Iul⁹ Cæſar i nūerꝫ Deorꝫ fuit referēdus: ne Auguſt⁹ ex ſemine mortali natus eē uideret. ¶ Hic Auguſtus. ¶ Ille: Iul⁹ Cæſar. ¶ Aurea Aeneæ ge. pulchra Ven⁹. ¶ Pōtifici: Cæ. q pōtifex erat. Hęc aūt ē hiſtoria

Quinq; Cæſaris triũphi

ſumpta fuere. Nā (ut narrat Tragl.) cū Cæſar dñatiōe abuteret, regnũq; affectaret, i ipm a ſexagita & ampli⁹ fuit cōſpiratũ, C. Caſſio. M. q. & D. Brutis pricipib⁹ cōiurationis. ¶ Quāta mo. q̃to ſtudio. ¶ Caput: uita Cęſaris. ¶ De Dar. Iulo: aeneæ filio, a quo gens Iulia originē duxit: ut Virg. quoq; teſtat. Iul⁹ a magno demiſſū nomen Iulo. Iul⁹ autē Cæſar de gēte Iulia ſolus reſtabat. Sane Iulus ἀπὸ τοῦ ἰούλου hoc ē a pria lanuginis & barbæ emiſſiōe fuit appellatus. Eſt ēt Iul⁹ aīal multipes pedib⁹ adhęrēs ſiue Scolopēdræ. Eſt ēt hymn⁹ i Cererē. ut Dydimus ſcri. Vt uero Theophraſt⁹ ait aſinũ quoq; ſignat Iul⁹. ¶ Exercita: ſollicita, āxia. ¶ Tydidę: Diomedis: q Venerē aeneæ fauētē, ipmq; nube operiētē ſagitta uulnerauit. ¶ Nūc ma. de. quā ſubaudiam⁹. ¶ Cōfūdāt: pturbēt. ¶ Sedes ſi. iferorꝫ. Nā aeneas duce Sibylla ad iferos deſcēdit, ut carmie Virgiliano ēt pueris eſt notũ.

Iulus

ℭ In me



ℭ In me acui. In Iuliū cæſarē e ſanguine meo ꝓcreātū. ¶ Cęde ſacerdotis: pōtificis cæſaris. ¶ Flāmas extinguite ueſtæ: religionē oēm atq; pietatē hc deſtruatis. Ad id uero alludit poeta: qđ ꝑpetuus ignis i ueſtæ tēplo ſeruabat. ¶ Ne qcq̃. Fruſtra. Neq;. u. ꝓhibere potuit, qn Iulius Cæ. a ꝯiuratis trucidaretur. ¶ Superoſq; mo. Deos ad miſericordiā cōmouet. ¶ Qui rum. q̃q̃ ferrea. Quis q̃uis īquit duras fatorum leges mutare non poſſint: multis tamen ſignis declararunt hominibus ſe ualde cæſaris cęde mœrere. ¶ Ferrea decre. Duras & immutabiles leges. ¶ Veterum ſororum. Parcarum & fatorũ. ¶ Signa tamen luctus. Cæſaris cædem euidentibus ꝓdigiis: etiam enumerātur: denūciatam fuiſſe mortalibus aperte poeta ſcribit. ¶ Luctus futuri: mœroris toti terrarum orbi futuri propter iulii Cęſa. cædē. ¶ Arma ferūt iter nigras. Prodigia enumerat poeta: quę ante cædem iulii cęſaris apparuiſſe tranquillus quoq; & Plutar. ſcribunt. ¶ Arma crepitantia. ſtrepitum emittentia. ¶ Præmonuiſſe: prænunciaſſe. ¶ Nefas: nefandam acim piam cæſaris pōtificis maximi cædem. ¶ Lurida lumina: pallida. ¶ Sollicitis terris: anxiis mortalibus, nequid magnæ calamitatis ſibi impenderet timentibus. ¶ Sæpe faces uiſę. ſæpe inquit faces ardentes in cœlo ante cędem iulii Cæſaris uiſæ fuerunt. ¶ Sępe inter nimbos. Sæpe inqt ſanguinem pluit. ¶ Cærulus lucifer: obſcurus cuꝫ alioqui nitidiſſimus ſoleat eſſe. ¶ Sparſus uultũ. Reſperſum & tectũ os habēs. ¶ Atra ferrugine. Nigro colore. ¶ Spſi lunares ſanguine currus: Luna ipſa ſanguineis guttis reſperſa uidebat. ¶ Stigius bubo. Funeſt⁹. ē. n. auis peſſimi ominis. Ea uero apparuiſſe portēta ait poeta q̃cūq; maximorꝫ malorꝫ ꝓnūcia ſolent eē. Mille locis. Multis in locis. Finitus eſt numerus pro īfinito poſitus. ¶ Ebur. eburneę deorꝫ ſtatuę. ¶ Sāctis lucis. ex ꝓpoſito & ꝯuenientia ſubaudiatur. Sācti uero luci dñr q diis conſecrati cædi iure nō pñt. ¶ Victima nulla litat. Nulla inqt hoſtia deos ſignificat eſſe placatos. Id uero cæſari eueniſſe quo die fuit trucidatus ſcribit Tranquillus. Nā pluribus hoſtiis cęſis cū litare nō poſſet: introiit curiā ſpreta religione. ¶ Magnos tumultus: magnā rerum mutationē. ¶ Inſtare: iminere, ipēdere. ¶ Fibra monet: exta ſignificāt. ¶ Cęſūq; ca. Reciſū: nā exta ſine capite ſignificāt mortē alicui iminere. ¶ Nocturnos ca. ul. Nocte canes ululatib⁹ luporꝫ ſimiles uoces emiſiſſe: id qđ peſſimũ ē omē. ¶ Vmbraſq; ſilētũ: mortuorꝫ animas. ¶ Motāq; tremoribus urbē: terręmotu urbē Romā fuiſſe ꝯcuſſam ait. ¶ Pręmōit⁹ deũ: ꝓdictiōes: ꝓdigia & portenta deorꝫ. Legē eni fatorũ ne dii quidem prū pere poſſunt. Fata uero magis præuideri q̃ uitari poſſunt. ¶ Strictiq; feruntur in tē. gla. In curiā Pompeii: in q̃ ſenatus hēbatur. Diu aūt conſularũt coniurati utrũ illũ in campo per comitia tribus ad ſufragia uocantē: patribus diuiſis e ponte deiicerent atq; exceptũ trucidarent an in ſacra uia: uel in aditu theatri adorirētur. Poſtea q̃ uero ſenatus idibus martiis in curia Pompeii fuit edictus facile tēpus & locum ꝓtulerũt. ¶ Tum uero cytherea. Mulieris imminētī piculo territæ geſtũ exprimit poeta. ſolent. n. mulieres in magnis doloribus utriſq; manibus pectus pcutere. ¶ Molitur cōdere. præparat ut abſcondat. ¶ Qua prius ifeſto: Paris ut narrat Home. cum Menelao congreſſus: ope & auxilio Veneris: quæ nube ipſum operuit manus illius fugit. ¶ Et Diomedæos. Aeneas cuꝫ Diomede congreſſus facile interfectus fuiſſet: ut eſt apud Home. niſi a Venere fuiſſet liberatus. ¶ Talibus hāc genitor. Alloqt. ¶ Sola iſupabile fatũ nata mouere. Cō iterrogatione illuſionis plena hæc a Ioue Veneri dicūt. ¶ Mouere. mutare. ¶ Intres licet ipſa. tu ipſa inquit itrare potes parcarũ & fatorum ædes. ¶ Triũ ſororũ: Triũ parcarũ: quas Erebi & noctis filias Heſiod. fingit: pp cauſarũ obſcuritatē. Pōti lycophron: qa ſunt inexorabiles ea rōne: qua Cyclopes aliiq; imani crudelitate Neptuni filii uocātur. Vñ & parcæ q nemini parcūt p contrariũ dictæ. Martianus capella parcas deorꝫ ſcribas eē altiq̃ Iouis cęleſtiſq; ſenatus decreta pſcribāt. Vitæ aūt mortiſq; oīum pręſides fingūtur eē ac uitā nēdo ꝓducere. Vnde & lanificæ ſorores dicūtur: clotho: lacheſis: & atropos. Nā clotho fuſuꝫ torquet ἀπὸ τοῦ κλώθειν qđ ē torq̃re dicta. Lacheſis filat ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν qđ cuiuſq; uitā ſortiatur. Atropos qđ imutari nō pōt: quin filum truncet fuit appellata. Nam ipſa uitę humanę finem imponat: neceſſe eſt.

Bubo

Sancti luci

Parcæ tres

Non ſinite in me acui ſceleratos cernitis enſes:

Quos prohibete præcor: facinuſq; repellite: neue

Cæde ſacerdotis flammas extinguite Veſtæ:

Talia nequicq̃ toto Venus anxia cœlo

Verba iacit: ſuperoſq; mouet: qui rumpere quamq̃

Ferrea non poſſunt ueterum decreta ſororum:

Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.

Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes:

Terribileſq; tubas, auditaq; cornua cœlo

Præmonuiſſe nefas: ſolis quoq; triſtis imago

Lurida ſollicitis præbebat lumina terris

Sæpe faces uiſe mediis ardere ſub aſtris:

Sæpe inter nimbos guttæ cecidere cruentæ:

Cerulus & uultum ferrugine lucifer atra

Sparſus erat: ſparſi lunares ſanguine currus

Triſtia mille locis ſtygius dedit omnia bubo

Mille locis lachrymauit ebur: cantuſq; feruntur

Auditi: ſanctis & uerba minantia lucis:

Victima nulla litat: magnoſq; inſtare tumultus

Fibra mouet: cæſumq; caput reperitur in extis:

Inq; foro circumq; deos & templa deorum

Nocturnos ululaſſe canes: umbraſq; ſilentum

Erraiuſſe ferunt: motamq; tremoribus urbem:

Non tamen inſidias uenturaq; uincere fata

Præmonitus potuere deum: ſtrictiq; feruntur

In templum gladii (nec enim locus ullus in urbe

Ad facinus: diramq; placet niſi curia cædem)

Tum uero cytherea manu percuſſit utraq;

Pectus: & æthera molitur condere nube:

Qua prius infeſto Paris eſt ereptus Atridæ.

Et diomdæos Aeneas fugerat enſes.

Talibus hanc genitor, ſola inſuperabile fatum

Nata mouere paras? intres licet ipſa ſororum

Tabularia,

¶ Rerum tabularia. Tabulę ęreę iti qbꝰ imutabilia fatorū decreta sūt icisa. ad id aūt alludere uidet Oui. qđ diximus parcas deoꝝ ſcribas eē: q iouis & cæli decreta: q̄ mutari nō pōt i tabulis habeāt deſcripta. Hæc uero ēt fata uocantur. ¶ Vaſto mo. Vaſtæ magnitudinis. ¶ Cōcuſſū cę. ꝯcuſſionē: ē āt tonitru ꝑiphraſis. ¶ Adamāte perēni: ꝑpetuo: incorruptibili. ¶ Incluſa. ſculpta: icisa. ¶ Fata tui generis. Ea oīa quæ tuo generi neceſſario ſunt euētura. ¶ Et referā. pulchra phantaſia ad laudes Auguſti cęſaris referēdas ingreditur poeta. ¶ Hic ſua cōpleuit. ſextū & quinquageſimū ætatis annū agens Cęſar in ſenatu fuit iterfectus. ¶ Natuſq; ſuus. Octauius quē ex dodrante hæredem cæſar reliquit & in familiam: nomēq; adoptauit. ¶ Impoſitum onus: imperii adminiſtrationem. ¶ Cæſi parentis nos in bella ſuos. nos ſibi in bellis fauentes. Nam bella ciuilia quinq; geſſit Auguſtus. Mutinenſe. Philippenſe. Peruſinū. Siculum. Actiacum: quorum quatuor priorum initium & cauſam a cæde cæſaris ſumpſit nihil conuenientius ducens: q̄ necem auunculi uindicare illiuſq; acta tueri. ¶ Illius auſpiciis. Illius ductu. Nam cum. D. Brutus mutinæ a M. Anto. obſideretur: iuſſus eſt a ſenatu Octauius comparato exercitu pro pꝛ tore præeſſe: & Hircio ac Panſa conſulibus. D. Bruto opem ferre. ¶ Petēt pacem. Quęrent pacē & liberationem.

Pharſalia Pharſalus

¶ Pharſalia ſentiet illum. Pharſalus urbs eſt Theſſaliæ a Pharſalo acriſii filio dicta. Vnde pharſalia declinatur ac ꝑ theſſalia ponit: in qua bis romani exercitus cōflixere: ducibus primū Pōpeio & Cęſare. Deinde Octauo & Anto. ꝯtra Brutū & Caſſiū. Eſt ēt pāphiliæ urbs pharſalus.

Philippi

¶ Emathii philippi: macedonici. Nam Philippi urbs ē macedoniæ: q̄ priꝰ crenides uocabat: a Philippo rege cognomiata. Nā crenitis a thracibꝰ oppſſis cū opē tuliſſet Philippus: urbē eoꝝ de ſuo noīe Philippos appellauit. bellū aūt Philippenſe inita cū. M. An. & Lepido ſocietate aduerſus Brutū & Caſſiuꝫ octauiꝰ geſſit.

Sex. Pōpeius

¶ Et magnū ſiculis nomē: ſextus Pōpeius magni Pompeii filius cū diu piraticā exercuiſſet magna claſſe ꝑparata. Siciliā occupauit: ac ſęplus ꝑlio nauali cū auguſto cōgreſſus uictor euaſit: tādē uero magna edita pugna ab auguſto ſupatꝰ mitylenas aufugit. Vbi a titio quodā fuit iterfectꝰ. ¶ Romaniq; du. cō. ægy. cleopatrę ē piphraſis: quā. M. A. cū duxiſſet uxorē italiā inuadere tēptauit: ſed auguſtꝰ illis occurrēs apud actiū ꝓmontoriū nauali ꝑlio deuicit. Alexādria deide potitꝰ quo. A. cū Cleopatra ꝯfugerat: cū An. ipm ad mortē adegiſſet Cleopatrā cuꝫ maxime cuperet ad triūphū ſeruare nō potuit: aſpidis nāq; morſu ante interiit. ¶ Tædæ nō be. ſi. non bene confiſa nuptiis. M. Anto. nam & regnum & uitam amiſit. ¶ Noſtra ca. Nobis dicata Vnde & capitolinus Iuppiter fuit appellatus.

Cānopꝰ

¶ Suo ca. ſibi placenti ac grato. ē aūt canopus urbs ægypti a Canopo nauis ulyſſis gubernatoꝛ cognominata. ¶ Ab utroq; oceano. orientali & occidentali ꝓdicit autem Veneri Iuppiter auguſtum Cæſarem totius orbis terrarum ipeꝛio potiturum.

augusti Cęſaris laudes

¶ Pace data. ter. ac. ut Trāquillus narrat. Auguſtus pleraq; peſſimi exēpli correxit: q in ꝑnicē publicam: aut ex conſuetudine licētiaq; belloꝝ ciuiliū durauerant: aut ꝑ pacem ēt extiterāt. Leges ꝑterea rectauit & quaſdā ex integro ſanxit: ut ſumptuariam: de adulteriis: & de pudicitia & de maritādis ordinibus.

Tiberiꝰ

¶ Prolē ſā. d. e. cō. na. tiberium dicit. q ex Liuia natus ab auguſto adoptatus ex dimidia ſextāq; & noīe hæres fuit relictus. ¶ Curaſq;. imperii adminiſtrationeꝫ. ¶ Nec niſi cū ſe. yi. & lxx. ætatis anno auguſti ultā in oſculis Liuię expirauit. In numeꝝ ēt deoꝝ illū fuiſſe receptū poeta ait. ¶ Similes an. Epithetō eſt annoꝝ ꝓpriū. Nihil. n. eſt ſibi ſimilius āīs. q ſp in ſe reuertitur. ¶ Cognataq; ſi. ad romuli & Cę. ſtellas aſcēdet

Tecta trium. cernes illic molimine uaſto
Ex ære & ſolido rerum tabularia ferro:
Quæ neq; concuſſum cæli neq; fulminis iram:
Nec metuunt ullas tuta atq; æterna ruinas.
Inuenies illic incluſam adamante perenni
Fata tui generis. Legi ipſe animoq; notaui
Et referam: ne ſis etiamnum ignara futuri:
Hic ſua compleuit: pro quo cytherea laboras
Tempora: perfectis quos terræ debuit annis
Vt deus accedat cælo, templiſq; colatur:
Tu facies natuſq; ſuus: qui nominis hæres
Impoſitum feret unus onus: cæſiq; parentis:
Nos in bella ſuos fortiſſimus ultor habebit.
Illius auſpiciis obſeſſæ mœnia pacem
Victa petent mutinæ: pharſalia ſentiet illum:
Aemathiiq; iterum madeſcent cæde Philippi:
Et magnum ſiculis nomen ſuperabitur undis:
Romaniq; ducis coniunx ægyptia tædæ
Non bene fila cadet: fruſtraq; erit illa minata
Seruitura ſuo capitolia noſtra canopo.
Quid tibi barbariam genteſq; ab utroq; iacentes
Oceano numerem? quodcunq; habitabile tellus
Suſtinet: huius erit: pontus quoq; ſeruiet illi.
Pace data terris animum ad ciuilia uertet
Iura ſuum: legeſq; feret iuſtiſſimus auctor:
Exemploq; ſuo mores reget, inq; futuri
Temporis ætatem, uenturorumq; nepotum
Proſpiciens: prolem ſancta de coniuge natam
Ferre ſimul nomenq; ſuum, curaſq; iubebit.
Nec niſi cum ſenior ſimiles æquauerit annos,
Aethereas ſedes cognataq; ſidera tanget.
Hanc animam interea cælo de corpore raptam
Fac iubar: ut ſemper capitolia noſtra, forumq;

¶ Hāc an. ite. hortatur uenerē Iuppiter: ut Iulii Cæſa. aīam in ſtellā cōmutet: qđ qdem idcirco fingitur: qa ludis quos illi prio cōſecratos hęres Aug. edebat: ſtella crinita ꝑ ſeptē cōtinuos dies fulſit: exoriēs circa. xi. horā: creditūq; eſt eē aīam cæſa. in cęlū recepti. Et hac de cā ſimulachro eiꝰ i uertice additur Cometes. q ut ſcri. Pli. in uno totius orbis loco colit. Romæ admodū fauſtus Diuo Aug. q his urbis ſuū gaudiū prodidit. His ipſis ludoꝝ meoꝝ diebus ſidus crinitū per ſeptē dies in regione cæli ſub ſeptētriōibus eſt cōſpectū. Id oriebatur circa undecimā horā diei: clarūq; & oībus terris conſpicuum fuit. Eo ſignificari uulgus credidit Cęſaris aiam inter deoꝝ imortaliū numina receptā: quo noīe id inſigne ſimulachro capitis eius: quod mox in foro: cōſecrauimus adiectum eſt. ¶ Iubar. ſtellam.

Ab excelſa.



¶ Ab excelſa æde. Ab alto cęlo. Numē capere. Diuinitatē cōtrahere. ¶ Flāmiferum crinē. cometæ exprimit definitionē. cometes. n. ſtella eſt crinita. ¶ Micat. ſplēdet. ¶ Hic ſua ꝑferri. quis igt Auguſtꝰ uetet ſua geſta referri meritis Iulii Cæſaris ſui parētis fama tū illū anteponit inuitū: atq; in hoc uno populi iudicio Auguſti ꝯſciæ repugnat. ¶ Vna in parte. In hac una re. In re aliquis. o. morem imperatori auguſto gerit. ¶ Sic magnis cedit titulis. Iuliū Cęſarem gaudere ſe rerū geſtarum magnitudine a filio Auguſto ſuperari accōmodatiſſimis probat exēplis poeta. Notius eſt autem q̄ ut hoc loco exponi debeat Agamemnonem: cuius ductu Troia fuit euerſa: multa q̄ atreus pater maiora geſſiſſe: necnon Theſeum atq; achillē parentes ſuos aegeum & Peleum uirtute & rebus geſtis lōge ſupaſſe.

Anima cæſaris in ſidus

¶ Deniq; ut exemplis: tria quę adduxit exempla Oui. uiroꝝ quidē ꝓſtantiſſimorum fuere: ſed Iulio & Augu. Cæſaribus q in numeruꝫ deorum relati fuere: accōmodata minus eſſe uidentur: coq; deorum exemplis illud idem poeta demonſtrat. ¶ Exemplis ipſos æquantibus. Aequalibus ipſis Iulio & auguſto Cæſaribus ¶ Temperat Moderatur & regit. Hoc autem eo ſpectat: ut oſtendat poeta ſe merito auguſtum ioui cōparaſſe. ¶ Arces æthereas, Cælum. ¶ Mundi triformis. Ex cęlo æthere & aere conſtantis. Horum enim regnum ioui attribuit poeta. Terram autem ſub auguſti imperio eſſe ait. ¶ Pater eſt & rector uterq;. Iuppiter & auguſtus. Iuppiter quidē ſuperioꝝ mundi partiū: auguſtus uero inferiorum terræ mariſq;. Sic Virg. in auguſti gloriam. Nocte pluit tota: redeunt ſpectacula mane. Diuiſum imperium cū ioue. Cæſar habet. ¶ Dii precor æneę comites. Deos penates Veſtaꝫ & Romulū & Martem: apollinē & iouē: alioſq; ꝓcat poeta: ut diu auguſtus in terris maneat ſero aūt in cęlum recipiatur. Sic Horatius in primo carminū lib. Serus in cælum redeas: diuq; lætus interſis populo Quirini. ¶ Dii comites aene. Periphraſis ē penatū deoꝝ: quoꝝ ope æneas ex hoſtiū enſibꝰ & Troiæ īcendio fuit liberatus.

Indigētes dii

¶ Diiq; idigetes. Qui ex hominibus dii ſunt effecti indigetes a latinis fuerunt uocati. uidetur autem poeta inuocare ęneam quem paulo ante in deum indigetē mutatuꝫ fuiſſe ſcripſit. ¶ Genitorq; Quirinę Vrbis: Romulū qui & Quirinus fuit appellatus: Vrbis Romę fuiſſe conditorem: ne admonendum eſt quidem: cum ſit uulgatiſſimum. ¶ Et iuncti genitor gradiue Quirini. Ex Marte qui & gradius dicitur, Romulum natum eſſe pauloante ſcripſit poeta.

Veſtæ tēplum

¶ Veſtaq; Cæſareos. Templum deæ Veſtæ in palatio erat ubi habitabant Imperatores. ¶ Phœbe domeſtice. Vt ſcribit Tranquillus apollinis templuꝫ in ea parte palatinæ domus excitauit auguſtus: quam fulmine ictam deſiderari a Deo haruſpices pronunciarūt: addita porticum bibliotheca Græca & latina. ¶ Quiq; tenes altus Tarpeias Iuppiter arces. Altus quidem legit in omnibus, quæ mihi uidere contingit exemplaribus: ſed latius magis ſenſui poetæq; eruditioni cōuenire uidetur.

Latialis Iuppiť

Nam latialis Iuppiter in capitolio colebatur. ¶ Quoſq; alios uati. Omnes deos in homines beneficos complectitur hoc uerſu poeta. ¶ Qua caput auguſtum. hoc eſt qua auguſtus in ſedes deorum cæleſtes: orbe terrarum quem gubernat relicto transferatur. ¶ Abſens. in Cęlum receptus. Tunc enim preſens ſupplicibꝰ fauebat. Optat autem poeta: ut diutiſſime uiuat auguſtus, præſenſq; Romanis opituletur. ¶ Iamq; opus exegi. Moris eſt fere poetarum: ut in ſuorum operuꝫ fine aliqđ de ſe dicant ſic Virg. quartum Georgico. concludit. Hæc ſuper aruorum cultu, pecorumq; canebam. Et ſuper arboribus Cæſar cum magnus: & altuꝫ. Fulminat Euphratem. Hanc cōſuetudinem Ouidius in fine operis imitatus non nulla in commendationem operis ſui ait.

Cōmendatio operis

Sic Horatius. Exegi monumentum ære perēnius: Regaliq; ſitu pyramidum altius. Quod nō imber edax: non aquilo impotens poſſit diruere: aut innumerabilis annorum ſeries & fuga temporum. Veriſſimus autem fuit uates Ouidius. cū enim hactenus tot bellorum incendiis: quibus priora ſæcula arſerunt abſumptum non fuerit. Vero ſimilimum eſt tam facili præſertim deſcribendi libros arte excogitata ſemper eſſe duraturum: ac elegantiſſimo cuiq; ingenio maximę uoluptati futurum. Quanti uero hoc opus faceret poeta hinc facile apparet: quod nulla ui ipſum unquā interiturum ſibi perſuaſit. ¶ Exegi. Perfeci. ¶ Iouis ira. aſpera tempeſtas. fulmen. ¶ Edax uetuſtas. Omnia rodens & corrumpens.

Abolerē

¶ Abolere. Delere. ad nihilum redigere.

Diuus ab excelſa proſpectet Iulius æde.
Vix ea fatus erat: media cum ſede ſenatus
Conſtitit alma Venus nulli cernenda: ſuiq;
Cæſaris eripuit membris: nec in aera ſolui
Paſſa recentem animam cæleſtibus intulit aſtris.
Dumq; tulit lucem capere, atq; igneſcere ſenſit:
Emiſitq; ſinu: ſimul euolat altius illa:
Flammigerumq; trahens ſpatioſo limite crinem
Stella micat. natiq; uidens benefacta fatetur
Eſſe ſuis maiora: & uinci gaudet ab illo.
Hic ſua præferri quanq̄ uetat acta parentis:
Libera fama tamen, nulliſq; obnoxia iuſſis
Inuitum præfert: unaq; in parte repugnat.
Sic magnis cedit titulis agamemnonis atreus:
Aegea ſic theſeus, ſic pelea uincit achilles.
Deniq; ut exemplis ipſos æquantibus utar:
Sic & ſaturnus minor eſt Ioue. Iuppiter arces
Temperat æthereas: & mundi regna triformis
Terra ſub auguſto eſt. pater eſt, & rector uterq;.
Dii p̄cor Aeneæ comites: quibus enſis, & ignis
Ceſſerunt: diiq; indigetes, genitorq; Quirinæ
Vrbis: & iuncti genitor Gradiue Quirini:
Veſtaq; cæſareos inter ſacrata penates:
Et cum cæſarea tu phœbe domeſtice ueſta:
Quiq; tenes altus tarpeias Iuppiter arces:
Quoſq; alios uati fas appellare, piumq; eſt.
Tarda ſit illa dies: & noſtro ſerior æuo:
Qua caput auguſtum: quem tēperat: orbe relicto
Accedat cælo: faueatq; precantibus abſens.
Iamq; opus exegi: quod nec iouis ira: nec ignes:
Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetuſtas,

Cum uolet illa dies, quæ nil niſi corporis huius
Ius habet: incerti ſpatium mihi finiat æui.
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar: nomenq́ꝫ erit indelebile noſtrum.
Quaq́ꝫ patet domitis romana potentia terris
Ore legar populi: perq́ꝫ omnia ſæcula fama:
Si quid habent ueri uatum præſagia: uiuam:

¶ Cum uolet illā dies. De morte ſe nihil curare ait quando ſuum & opus & nomen immortale ſit futurum. ¶ Parte tamen meliore mei. Ingenio quo nihil melius contigere homini poteſt. Nam ut Cicero in Bruto ſcribit. Hominis decus eſt ingenium. Ingenii uero ipſius eloquentia. Perennis. immortalis: ac per omnes annos duraturus. ¶ Indelebile. īcorruptibile: immortale. ¶ Quaq́ꝫ patet domitis. per totum orbem terrarū ſuum opus lectum iri colligit: cum illo tempore totus orbis auguſto pareret: ac ubique latina lingua in uſu eſſet. ¶ Vatum præſagia, Poetarum diuinationes.

¶ P. Ouidii Naſonis Metamorphoſeos finis.

¶ RAPHAELIS Regii enarrationum in Ouidii Metamorphoſin finis.

¶ Raphael Regius Clariſſimis equitibus Antonio Bulduno, Ioanni Frācīſco Paſchalico, Dominico Bollano: eloquentiſſimis aduocatoribus felicitatem.

IMprudens ſimul & mei nōis neglector facile haberi poſſem integerrimi aduocatores: niſi aliquot ex earū ineptiarum: quæ mihi falſo aſcriptę fuerunt: erroribus annotaſſem: uobiſq́ꝫ dicaſſem: non quod iſtiuſmodi nugas ueſtra tā excellēti doctrina eloquentiaq́ꝫ dignas exiſtimem: ſed ut inde aptius cognoſcatis: & me atrociſſima iniuria fuiſſe affectum: & eum librarium quē falſi reum egi uobis impubentiſſime fuiſſe mentitū. Is. n. cū ꝓ tribunali ipſi denūciaſſetis: ut & ſe defenderet. Vos nāq́ꝫ in ipm eē inqſituros: & quotquot domi meaꝝ ēnarrationū exēplaria hēret. publicę cuſtodiæ traderet. Veritus ne: ut iuſtū eſt: cōburerent clamare cœpit: illa q̄ mihi aſcripſiſſet ab hoīe docto compoſita fuiſſe: eoq́ꝫ mihi nullā ab ſe iniuriā fuiſſe illatā. Id uero tā ꝑſpicue falſum eſt: ut illaꝝ ineptiaꝝ auctor qſqs fuerit: mihi. n. ne noīe qdē eſt notus: nō loq̄ndi mō atq́ꝫ exponēdi īperitus; ueꝝ fatuus quoq́ꝫ ab oīq́ꝫ humanitate alienus eſſe dephēdat. Si qua. n. prudētia foret: nunq̄ cōmiſiſſet: ut q̄ ego ad cōem ſtudioꝝ utilitatē ī Ouidii Metamorphoſin opus tā uariū: accurataq́ꝫ expoſitione īdigēs cōſcripſerā: ipſe me uiuente ac id maxime agente: ut quā emēdatiſſima ederētur: manū apponere ſuſtineret: cū ꝑſertim is ſit: q nō dico poetaꝝ ſenſa exponere: ſed ne ab aliis qdē plene enarrata ꝑcipere poſſit. Quod qdē cū ex barbariſmis atq́ꝫ ſolœciſmis: qbus iſtius expoſitiōes ſcatēt: tū ex ſenſuū uel ꝓceptu facillimoꝝ peruerſiōe carminūq́ꝫ deprauatiōe manifeſte colligi pōtut nulla alia de cā impetus iſte a ꝑſido illo librario iductus eē uideat: q enarrationes meas iſtiuſmodi ineptiis inquaret: q̄ ut me: ubicūq́ꝫ Romana uigeret lingua: ī oē tēpus ſugillaret atq́ꝫ īfamaret. Niſi. n. id qſiſſet: tātiſꝑ certe expectaſſe: dū ego totū opus relegiſſem: ac q̄ librarioꝝ negligētia inuerſa putabā correxiſſem: ſed fœdiſſimaꝝ deprauationū ſibi cōſcius: quas pleriſq́ꝫ in locis: ut malignis qbuſdā & iuidis anſam in me debacchādi q̄rētibus obſeq̄ret: admittendas curarat: cum meis enarratiōibus finē appoſuit: quo & mihi in cōem ſtudioſoꝝ iuuenū utilitatē ꝓgulāti fœdiſſima macula eſt inuſta: & ii oēs, q Ouidii metamorphoſin cū meis enarrationibus ſe emere putarunt: inīqſſime fuere decepti. Q ꝺ̄ ſi is grauiſſime puniſitur: q ī priuatis chriographis aliiſq́ꝫ iſtrumētis falſi aliqd admittūt: quo qs uel paucis pecuniis fraudet: quāto maiore ſupplicio is eſt coercēdus: q id genus falſi cōmiſit: quo nō ſolū ab illa quātulacunq́ꝫ doctrinę fama. Vñ oēs noſtræ diuitiæ pēdēt: omniq́ꝫ honore: ſine quo iniucūda hominibus ingenuis eſt uita: ſcelere ꝑfidiſſimi iſtius librarii in omne tēpus/ubicūq́ꝫ Romana eſt in uſu lingua: iniqſſime fui priuatus: ſed maximuꝫ quoq́ꝫ ſtudiis detrimētū fuit inuectū. Pauci nāq́ꝫ e doctis: ut alia omittā: quicq̄ operꝫ ſuoꝝ emittere poſt hac nō audebūt: uerētes ne id ſibi accidat: qd̄ mihi quorūdā cōſpiratione euenit. Quaobrē integerrimi ſimul & eloquētiſſimi aduocatores ſtudioꝝ cām ſuſcipite: iſtūq́ꝫ falſariū ita coercete: ut aliis exēplo ſit: nec cū maximo & auctoꝝ dedecore & diſciplinaꝝ detrimēto ea flagitioſe corrūpant: q ad publicā utilitatē fuere cōſcripta. Sed cū ꝑiudicio ueſtro iā ſit damnatus: nullaq́ꝫ uobis ſit opus exhortatiōe: ad nō nullos ex fœdiſſimis illius imperiti pædagogi erroribus: q nomini meo falſo aſcripti fuerūt annotādos deſcēdamus. Quiſqs igitur iſte fuit: q nulla humanitatis habita rōne tam improbe in mea inuaſit: ſuaq́ꝫ falce obtuſa & rubigine ꝯfecta meā ſegetē ſuccidere conatus eſt: neq́ꝫ boni neq́ꝫ docti uiri officio eſt functus. Quā uero ſit ſcribēdi ꝑitus ex prima ſtatim ipſius expoſitione facile unicuiq́ꝫ uel mediocriter docto liquere pōt. Ab hoc nanq́ꝫ uerſu initiū ſumit. Oraq́ꝫ uenturis aperire recentia fatis. Tages īquit. ut ſcribit Cicero libro de diuinatione: puerili ſpecie fuit cœpitq́ꝫ affari aratorem. Ille territus clamans cōſciuit totā etruriam: quæ uno conuentu Tagen loquentem audit. Sermo autem fuit exceptus & ſcriptus libris etruſcorum habituſq́ꝫ eſt pro aruſpicina. Inde enim aruſpicina ſumpſit artem & principiū. Lucanus. Sed cōditor artis finxerit iſta tages. Plinius tamen nō tagen: ſed delphon fuiſſe ſcribit. Tot eſſent in hac prima iſtius imperiti expoſitiōe annotanda. Vt unde potiſſimū principium ſumā ignorē. ſed cū uel lecta ſolū pulcherrime artificem ꝓdat: paucis admodum ero contentus: illudq́ꝫ omittam: quod hanc de tage hyſtoriam mihi pauloan〈te〉: ubi poeta illam deſcribere cœpit: ꝑſpicue enarratā: iſte uanus cōmentator: ut ego quoq́ꝫ hoc uerbo utar: in eū trāſtulit uerſum: cui minime cōueniebat: ut & a Tage exponere cœpiſſe uideretur: & Ciceronē in libro de diuinatione allegaret: quod quidē opus ſi diligenter: ut uult uideri: legiſſet: nunquā tam agreſti ruſticaq́ꝫ oratione uſus fuiſſet. neq́ꝫ libro ſine illa ī ꝓpoſitione dixiſſet: & ſecūdo appoſuiſſet: cū non unum ſed duos Ciceronis de diuinatione libros extare et librarii nō ignorent. Ex hoc uero facile demonſtratur iſtum alienis pedibus ambulaſſe: hancq́ꝫ de Tage hyſtoriam aliunde q̄ ex ſecūdo Cicerōis de diuinatiōe libro ſumpſiſſe: ſed qs ita loqtur? Tages puerili ſpecie fuit cœpitq́ꝫ affari aratorē. Ille territus clamans conſciuit to〈t〉ā Etruriā. Profecto nemo: niſi plane barbarus & agreſtis ab omniq́ꝫ elegātia alienus

Prime expoſitionis errores.



alienꝰ. Cur uero id omiſerit in hac referēda hiſtoria: quod maxime ad eoꝝ: quę a poeta narrant expoſitionē neceſſarium eſt: haud facile dixerim: niſi fortaſſis eam breuitatis habuit rationem: ut ſuperuacua aſcribat: & neceſſaria prętermittat. Ouidius quidē glebę metamorphoſin in puerum deſcribit: de qua iſte ne uerbū quidem ulluꝫ fecit: nō taciturus: niſi prorſus eſt ſtolidus; ſi quę in ſecundo de diuinatione libro a Cicerōe de Tage ſcribunt: legiſſet inde. n. Oui. quę de Tage ipſo narrat: ſumpſiſſe uī. Ita nāq́ꝫ Cicero ſcribit. Tages quidā dicitur in Tarquinēſi agro cū terra araret: & ſulcus altius eſſet impreſſus extitiſſe repēte & eū affatus q arabat. Sed qui iudicio carent in oībus fere uel minimis labuntur. Eoq́ꝫ magis ſi malignitas quoq́ꝫ ingenii tarditati accedit: id quod facile ex eadē expoſitione demonſtraī. ille territus. inqt clamās cōſciuit totā Etruriam: illa nanq́ꝫ duo participia īperite fuerūt copulata: & illud uerbū cōſciuit. citra. ſ. litterā fuerat ſcribēdū. Sed barbariſmi oēs quoſcūq́ꝫ iſte admiſit: ī librariorū negligētiā referātur. Tātā uero bubulco fuiſſe uocē, ut totā ſuo clamore cōcitauerit etruriā: nemo unq̄ niſi plāe fatuus affirmauit. Vt aūt alias iſtius ineptias omittamus. qd̄ ſubiicitur: nō ne iſtū penitus īgenio carere oſtēdit? Inde inqt aruſpicina ſumpſit artē & principiū. Si haruſpicina eſt ars: quō artē aliūde ſumere pōt: & putamus iſtū recte Quītiliani finē expoſuiſſe: q uel in minimis qbuſq́ꝫ tā pueriliter labat. Sed ne illud qdē quo prima iſtiꝰ expoſitio ſine ineptiis uacat. Plinius tñ inqt: nō Tagē ſed Delphō fuiſſe ſcribit. Vt. n. taceā ꝙ agreſtis eſt iſta locutio. Pliniū cuiꝰ uerba iſte nō ꝑcipit a Cicerōe Lucanoq́ꝫ diſſentire ait: cū Pliniꝰ Delphon primū haruſpicinę iuētorē fuiſſe ſcribat Cicero aūt & Lucanꝰ Thuſcos illā a Dage accepiſſe dicāt. Illa uero q̄ ſubiicit expō facile demōſtrat iſtū ne rudimētoꝝ qdē grāmatices eē peritū. Indigēę inquit populi geniti ex etruria. Pueri certe q̄tūuis rudes nō ex Etruria ſed in Etruria genitū eſſe aliquē diceret: niſi forſitā iſte ſibi ꝑſuaſit hoīes: ut mures īterdū ex terra gigni ſolere. Quid illud qd̄ de haſtę Romuli iactu ex Plutarchi ſnīa ſcribit: nō apte coarguit iſtū nō mō litteraꝝ eſſe expertē: ueꝝ cōi quoq́ꝫ ſenſu carētē. Romulꝰ inqt (ut ſcribit Plutarchꝰ) haſtā corneā iaculatꝰ eſt experiēdi igenii grā. Quis unq̄ ingenii experiūdi grā aliquē haſtā iaculatū eſſe diceret? Profecto nemo niſi uecors: cum ꝑſertim apud Plutarchū legaī. Sui experiūdi grā: hoc eſt ſuaꝝ uiriū illud quoq́ꝫ de eadē arbore inſulſe ab iſto fuit ſcriptū. Interiit aūt cū. C. Cęſar propinqua arbori loca fodi mandaret. Neq́ꝫ. n. tunc exaruit arbor illa: cū Cęſar mandauit illic gradus & aſcēſus inſtruēdos: ſed cum radices a fabris fuerūt excisę. Veꝝ hoc iſtius tarditati remittaī. illā lectionē quis in pędagogo pueros docēte ferat? Cum Cęſar loca fodi mādaret. Certe niſi poetica licentia ſe tueatur: uerberibus error iſte foret caſtigādus. Mādo nāq́ꝫ ut cures: & hanc rē curandam mando: elegāter: latineq́ꝫ loquētes dicūt. Quid illa nōne eſt & ipropria & falſa? Stabat. Firma erat. Stare nāq́ꝫ nō firmū: ſed erectū eē ſignificat. Stare ſi qdē & colūnę & arbores dicūt: tātiſꝑ dū nō cadūt. illud minime mirādū in iſto cōmētatore nouo foret: q ꝑ quę ſunt in carminibus deprauata nō corrigit: niſi multa temerarie deprauaret. Hic. n. uerſus. At ſua fulminea q uidit Cippꝰ in unda: mēdoſe legit: neq́ꝫ ab iſto emēdaī: qd̄ qdē primū expoſitoris eſt officiū. Tametſi nāq́ꝫ in exēplaribus at ſcriptū ſit: loco tñ illius hoc aduerbiū ut eſt reponēdū: ita exigēte ſnīa: quaꝫ iſte nondū percepit. De Cippo uero ne unū quidē uerbum facit: perinde atq́ꝫ ſi notiſſima hiſtoria foret: ac non & nomē & appellatio Cippus cēt id quod a diligēti grāmatico fuerat admonēdū. Sed quid in eo diligētiā exigo? q ipſa eſt negligētia: id uero facile ex eo colligiī: qd̄ de Roma ſcribit: nā Roma in latio erat. Erat inqt: quaſi nūc in Latio nō ſit Roma: ſed in Apuliaꝫ cōmigrauit. Finis nō erit: ſi oīa iſtius errata ꝑſeq̄ libuerit. Veꝝ illud quoq́ꝫ apte oſtēdit q̄ ſit aptus exponēdis auctoribꝰ impitus iſte pedagogꝰ. Succintis pinetis. Dēſis (inqt) & alligatis pinetis. Nouas iſte expoſitiones iportat. Nemo ſi qdē grāmaticoꝝ unq̄ aſſeruit ſuccinctū dēſum ſignificare. Succincta nāq́ꝫ pineta dicūt: quod fere & ꝓcera ſint & iuxta cacumē ramos emittāt. Vt ſuccincti milites appellātur altius cincti: ac breuiores induti ueſtes. Sed illa quoq́ꝫ q̄ infertur expō ineptiis nō caret. iugerū. n. nō a iūgēdo (ut iſte putat) ſed a iugo (ut Varro ait) eſt declinatū. Quid illa q̄ ſubiicitur: nōne fœdiſſimū redolet ſolœciſmū? Portæ quoq́ꝫ quā intraturus erat. Per portā ītraī dicendū eē ne famellę qdē ignorāt: illud euāgelicū ſępius audiētes: q nō intrat ꝑ hoſtiū fur eſt & latro. Sed iſte licētia poetica libenter utiī: q̄uis poetæ nihil aliud habeat q̄ furorē. Quo quidē actus pleriſq́ꝫ in locis: quę nihil ad ꝓpoſitū faciūt adducit: quę uero maxime neceſſaria ſunt: ꝑtermittit. Sed utinā omnia ꝑtermiſiſſet: neq́ꝫ tam inſulſa locutione uſus fuiſſet. inſula ea inquit erat in Tyberi facta ex ſegete Tarquinii ſuperbi: ut uoluit Liuius: barbara eſt agreſtis: neq́ꝫ ab ingenuis agnoſcēda iſta eſt orō: rurſuſq́ꝫ unde uenit eſt remittēda. Hoc uero fuſtibus eſſet caſtigādū qd̄ temerarius iſte Ouidiū agit iperitię reū falſoq́ꝫ ab illo cuius uerba non percipit: Plinium diſſentire ait Oui. nanq́ꝫ ex ſententia prēſtātiſſimi cuiuſq́ꝫ geographi: Delphos in medio orbis terrarū eſſe ait. iſte uero Plinium falſo ait dicere Italiam atq́ꝫ Siciliam eſſe medium mundi: quod quidem Plinius ipſe nunquam ſcriptum reliquit: cum geographi omnes iddirco Delphos umbilicū orbis terrarum eſſe dicāt: quod ſunt in meditullio orbis extructi. Sed perfido illi Scotę a quo fuerat exigua mercede nulla alia de cauſa conductus. q̄ quod & fatuum ipſum cognoſcebat: & imperitū ſatiſfacere pulchrū putauit. Vnde & mediū mundi ait. Sed quid orbis? quid mundus ſit? quid mirum eſt iſtum ignorare? cū ubiq́ꝫ tam pueriliter cadat. Quod. n. ait. Epidaurū etiam inſulam fuiſſe in mari illyrico: quę nunc Raguſiū dicatur: falſum eſt: cum Raguſium in continēti ſit: nec inſula unquam fuiſſe ſcribatur. Quod uero allegat Ariſtotelē: facile iſtum quiſquis ſit: maximum eſſe nebulonem oſtēdit: cū nec libri meminerit: nec illius ſcripta perceperit unquā. Verum fatuus iſte ſibi perſuadet expoſitiones illas maxime accuratas eſſe: in quibus multa ꝑſtantū auctorū nomina ſint inſerta. inſulſum eſt & illud & falſum. Qui tunc Auſonii nominanī. Nulli nanq́ꝫ ſunt populi in Italia: qui nūc Auſonii uocentur. Sed ne illud quidem rectius eſt litteris cōmendatū. Dicta eſt auſonia ab Auſonio Vlyſſis filio. Auſoniam & auſones populos antiquiſſi. olim italię ab auſone: nō auſonio Vlyſſis filio denominatos fuiſſe: & alii geographi: & Stephanꝰ ſcribit. illa quoq́ꝫ expoſitio quæ infertur: ut omittā: ꝙ inſula eſt: defendi nō pōt a ſolœciſmo: niſi hoc ꝓnomen ſe aſcribat. Contendūt inquit legati exponere Phœbi reſpōſa: & illo iubente Aeſculapium petere. ſed ne illud quidem recte eſt enarratum. Variæ ſnīa. uariæ erant opiniones. Propriæ nanq́ꝫ ſnīę dicuntur in ſenatu: cū ſenatores aperiunt qd̄ ſentiāt de re: de qua cōſulitur. Quo uero ſenatores ait artynos a Plutarco appellari putidū eſt: cū neq́ꝫ ad propoſitū faciat: nec cur ita appellētur expōat. Quid illud nōne odioſe affectatū? Extrema pars diei inqt: q̄ a Macrobio dicitur ſuprema tēpeſtas. Quid. n. ad expoſitionē facit? ſi extrema pars diei Macrobio ſup̄ma tempeſtas uocaī. Quod uero ait diſ

Secūdę expoſitionis errores. Tertię errores. Quartę errores. Quintę errores. Sextæ errores. Septiæ errata. Octauę ineptię. Nonę errata. decimę errores. Vndecimę. Duodecimę. Tertię decimę.

Quartæ decimæ finitio noctis:quę(ut ſcribit Plinius)eſt umbra noctis. Somnolentum eſſe iſtum pędagogum conuincit. Nox.n.eſt umbra terrę nõ noctis. Nihil enim per ſeipſum definitur. ſed ne illa quidem expoſitio eſt approbanda. Conſiſtere. Apparere noctu Romanis. Quaſi uero cõſiſtere ſi noctu appere. Aut cõſiſtere ante thoꝝ:ulla indigeat expoſitiõe. Sed qualis in ęde. Quę de Macrobio iſte deſcripſit de draconũ formis:nihil ad huius loci faciunt expoſitionẽ.

Quintæ decimæ Quod uero maxime eſt neceſſariũ:nihil exponit qualis in ęde ęſculapius coleret. Fatue aũt colit pro collebatur poſuit:cũ æſculapius nuſq̃ nũc colatur:niſi forte inſanus iſte illi quotidie ſacrificat:ut ſibi mẽtis ſanitas reſtituat:qua ipſum carere ẽt qd ſubiicitur oſtẽdit. Ad tẽpla operoſa:opere inquit ellaborata. Templa nanq; operoſa dicũtur multis operibus, multoq; labore cõfecta. Cũ uero ellaborata per duplex. ll. ſcribat:facile declarat ſe nõ minus ſcribẽdi q̃ loquẽdi eſſe imperitũ:ſed & iſte & alii barbariſmi in librarioꝝ:ut dixi:incuriã referant. Illa uero

Sextæ decimæ q̃ accurata:q̃ apta eſt expoſitio. Deus aureus. Cęrule⁹ inquit ut ſolẽt ſerpẽtes. Quid iſto inſulſius:⁹Cęrule⁹ nãq; ab aureo ſic eſt diuerſus:ut nullã cũ illo habeat affinitatẽ. ¶ Verũ poeta ad aureũ ſimulachrũ alludit. Sed ne illa quidẽ citra ineptias. In ſerpẽte:Deus in ſerpẽtis formã. Immo uero in ſerpente deũ fuiſſe poeta ait. Nec illa Littora ſcyllęa. ſcopulus ſcyllę ſi aliter exponere nolebat:ſaltẽ per accuſatiuum enunciaſſet. Quę uero ſubiicitur eſt ne

Decimæ ſeptimæ expoſitio an cõfuſio potius appellanda:⁹Iapygia inqt ab iapte Dedali filio:ut Plini⁹ ſcribit:ea a Gręcis meſſapia uocata eſt :auctor Strabo:q̃uis Plinius Meſſapiã ſcribat calabriã eſſe a duce appellatã. Quid primũ in iſta reprehendi expoſitione:⁹Omnia nãq; forẽt trãſuerſo calamo notanda cũ neq; a rapt⸗ Iapygia:ſed ab iapyge Dedali filio dicat. & Straboñẽ Pliniũq; inuertat:& in ſingulis nihil mihi eſt imorãdũ. Fatua quidẽ eſt ẽt illa. Leuis remis.

Decimæ octauæ In leuã partẽ remigantibus:cum rem nunq̃ remigare dicantur. Ac ea qdẽ quæ uel cęcis aperta ſunt:ut eſt in puerbio:nouus iſte cõmẽdator exponit. Quæ uero ſunt abſtruſiora:de iis ne ullã quidẽ facit mẽtionẽ. De amphryſiis ſaxis & celeniis perinde atq; ſi loca eſſent oibus uulgatiſſima:mirũ agit ſilẽtiũ. Qđ qdẽ ſi & in aliis feciſſet:recti⁹ ſibi cõſuluiſſet. neq; ſibi pmiſiſſet ea deprauare:quæ nihil pcipiebat. Nã temerarius iſte pędagogus:q ſibi falſam ſciẽtię induit pſuaſionẽ:id imutare auſus eſt:qđ q̃uis mihi quoq; deprauatũ uideat:in oibus tñ exẽplarib⁹ & ue

Decimæ nonę tuſtis & nouis quęcũq; mihi uidere cõtingit:uel Romechiũ uel Rometiũ eſt ſcriptũ. Quæ qdẽ noia cũ nullã cũ plẽmyrio:qđ loco eoꝝ citra ullã priſtinę lectionis mẽtionẽ iſte repoſuit habeãt lĩarũ affinitatẽ minime fuerãt de uerſu tã temerarie tollẽda. Adde qđ plẽmyriũ in ſicilia eſt iuxta ſyracuſas:& Oui. loca Italię maritima ad quę uect⁹ eſt æſculapius enũerat. Quare iſtius temeritas in deprauãdus codicibus:nõ uerbis:ſed uerberib⁹ coercẽda foret

Vigeſimæ & reliquæ ineptiæ Ego qdẽ multũ diuq; dubitaui quomõ foret legẽdũ:& q̃q̃ exiſtimẽ me correxiſſe:nihil tñ in uerſu imutare ſuz auſus:qđ nullũ uidi exẽplar qđ mihi aſtipulet. Sed ut tritũ eſt puerbiũ:ſtolidis, morionibuſq; oia pmittunt. Age uero q̃ ſcite caulona exponit. Montẽ inquit calabrię uel oppidũ:ut Plinius tradit. Immo & mõs & oppidũ eſt caulõ:qui ẽt aulon uocat. De Narycia uero nullã facit mẽtionẽ:nõ taciturus ſiquid unq̃ de illa legiſſet. ¶ Quid uero illa ſibi uerba in leucoſię expoſitiõe uelint:uiderit ipſe. quę inqt hoc in loco iniecta perilt. Obſcuriora certe ſunt quã ut exponẽti cõueniãt. Sed qđ ineptias iſtius inſector:⁹oia uel ſpõgia delenda uel igni tradenda forent. omitto igit qđ tepidũ pro amœno exponit:& illud in quo oppido uno anno bis roſę naſcebant. Nã & ille ablatiu⁹ uno redũdat:& nũc quoq; bis anno roſę naſcunt. Sed qđ de capreis dicem⁹ quas & iſulas cãpanię eſſe ait:& a papinio chęlebas uocari. Caprię nãq; nõ caprec dñr. neq; plures ſunt inſulę ſed dũtaxat una. Neq; a papinio chęleboę appellant:ſed teleboũ ſedes fuiſſe aſſerunt. Quid qđ ſciolus iſte pędagog⁹, ſi diis placet:Ouidiũ ſugillare atq; irridere conat:⁹cur aũt inqt Oui. generoſo palmite dixerit uiderit ipſe. Perĩde atq; ſi uinũ Surrẽtinũ apđ priſcos maximo in pretio nõ fuiſſet. Illud uero qđ ait. Nõ ſtabias ſed ſtatinas eſſe legẽdũ:nõne iſtũ & ſenſu & flagris indigere oſtendit:cũ ſtabias & exẽplaria habeãt:& Plinius oppidũ eſſe cãpaniæ ſcribat:qđ abierit in uillas. Niſi iſti⁹ pædagogi temeritas retũdat:oia uĩ corruptur⁹. Sed qđ multa de iſtius erratis:cũ plura pene ſint q̃ uerba:⁹Qua pp ſinẽ faciã:ſi prius illud teſtatus fuero:me ignorare:qđ ſibi illa expoſitio uelit:ſi inueſſa in ſenato ſita eſt ſitu a quo nomen uendicat. Et pximę calidę ſunt balneę. Illud quoq; me deponẽ calamũ uolẽtẽ detinet:quod ancõ illo in loco ab iſto & legit & exponit. Et ſpiſſi littoris Ancõ. Ancõ inqt gręca ciuitas eſt a ſyracuſanis odita:quod qdẽ uerũ eſſe nõ diffiteor:cũ geographi oẽs id tradãt. Sed Aeſcolapi⁹ per mare tyrrhenũ uectus eſt Romã:nõ p Adriaticũ:a quo Anconę muros lancinari ẽt nauicularius eſt notũ. Nõ ſolũ aũt geographię rõiſti repugnat deprauatę lectioni:ſed etiam hiſtoria:quã diffuſe Valerius deſcribit. Quę uero ab iſto ſubiiciunt de Apollinis & fortunę templo fatua ſunt & inſulſa. neq; a Valerio ſcribunt. Illud uero i ſulſiſſime dictũ eſt. C. Cæſarẽ laudat: ut oſtẽdat ſe ſumpſiſſe principiũ a chaos & ad Cęſarẽ peruẽiſſe. Neq;.n. Oui. pp illud Cęſarẽ cõmẽdat:ſed in gratiã Auguſti:ut elegãtius metamorphoſin aiæ Cęſaris in cometẽ cũ ſuperioribus cõnectat. Illa uero nõ ſolum inepta:ſed falſa quoq; eſt expoſitio:præponendus eſt Auguſtus cunctis Cęſaris geſtis. Oui. nanq; hoc nõ ait:ſed adoptiõem Auguſti oibus Cęſaris geſtis anteferendã cenſet. Falſum eſt illud quoq;:quod fatuus iſte refert. Flãmas Veſtę. Hoc ideo dicit:qñ(ut tradit Feneſtella)ueſtales flagris cędi iubebant a pontifice:ſi ignis ſanctus eſſet extinctus. Hoc enim nõ ſentit Ouidius:ſed per flammas Veſtæ intelligit religionẽ. Sed ne illud qdẽ eſt uerũ:quod parcas a partu ex ſentẽtia Fabii dictas eẽ ait Quid:⁹Illud eſt ne accurate expoſitũ:⁹Media cũ ſede ſenatus. Ven⁹ inqt in curiã Põpei, ubi Cæſar fuerat occiſus, a uullo perfecta deſcẽdit. Nõ.n. fuerat occiſus ſed erat occidẽdus, ſcribere debebat iſte pędagogus. Anteq̃.n. occideret Cęſar:iam Venus in ſenatũ deſcẽderat:ut illius animam exciperet in cæluq; tolleret. Illud uero nihil percipiẽs in cõtrarium uertit ſenſum. Vtraq; in parte repugnat. Fama inquit in cæteris fanet Auguſto. In hoc ei aduerſatur qđ ſe patri pferat. Nõ ſolũ aũt Oui. ſed ſibi quoq; ipſi cõtradicit. Nã paulo ante ait, Fama pponit auguſtũ Iulio Cęſa:q̃uis ipſe hoc nollet. Nũc uero cõtrariũ ait. Illud quoq; pperã exponitur. Pr̃ eſt & rector uterq;:Vterq; inqt Iulius & auguſt⁹. Immo uero Iuppiter & Augu. Tale eſt.n. qle illud Virgiliani. Nocte pluuit tota:redeũt ſpectacula mane. Diuiſũ iperiũ cũ Ioue Cęſar hẽt. Hoc uero q̃ ñ uidet:exponẽdis auctorib⁹ nihil ẽ apt⁹. Sed de pędagogi iſtius temerarii ſeptis plura q̃ ppoſuerã:nõ tã q ulla annotatiõe digna putari:q̃ ut & uos eloquẽtiſſimi aduocatores:et puos ſtudioſi oẽs cognoſcerẽt iſtiuſmõi ieptias meis enarratioib⁹ nulla alia de cã a ſcelerato illo librario fuiſſe aſcriptas:q̃ ut me meaq; oia euertẽt:ac ubiq;:& i oẽ tps iſamaret: aufamq; iuidis ac ſemidoctis qbuſdã i me dbacchãdi pbẽt. Valete clariſſima eloquẽtię, ſenatuſq; Veneti ornamẽta.

¶ Raphael.



¶ RAPHAEL Regius Paulo Cornelio Patritio. V. Doctiſſimo, Sapientiſſimoq; Sena. felicitatem.

EX relectione mearum in Ouidii metamorphoſin enarrationum:quas Octauian⁹ quidã ſcota primum impreſſit:deprehẽdi q̃ plurima & fœdiſſime quidem, ſiue librariorum incuria:ſiue inuidiorum quorũdam conſpiratione: ſiue potius utroq; fuiſſe deprauata, & me quoq; dũ. librariis ipſis ad finem propetantibus morem gerere q̃ præcipienti Horatio:ut ſi quid ſcribimus in aliud tempus reponatur nonnunq̃ prematur in annũ parcere malo:in quibuſdam lapſum eſſe animaduerti. Quæ quidem niſi in hac ſecũda editiõe correxiſſem:& de ſtudiis male meritus eſſem:& iſtis uitiligatoribus: q uel ea quæ recta ſunt:dãnare ſolẽt:anſam maximã in me debacchandi pbuiſſe uideri poſſem. Nũc uero cum ea q̃ cũ feſtinatione:tum iſtoꝝ malignitate deprauata eſſe in trãſcurſu cognoui:emẽdari:& bonæ mentis iuuenibus optime conſuluiſſe:& os iſtis obtrectatoribus ita uideor obſtruxiſſe:ut Cerberi more uanos dumtaxat latratus in auras rabiem ſuam indicantes edere poſſint. Quis.n. niſi impudens: uanuſq; nebulo illius operis:quod me & inſcio & inuito citra ullam caſtigationem meam ſit editum: errores quos uel in prima editione emendaturus:ſi licuiſſet:eram. Vt Ouidii carmen iſtis obiicere moliar:& in ſecunda correxi:mihi duxerit imputandos:⁹Neq; ignoro non nulla in hac quoq; ſecunda editione & noui iſtius artificii difficultate & librariorum incuria admiſſa deprehenſum iri:ſed illa tum leuia tum quæ facile unuſquiſq; uel mediocriter doctus citra ullam admonitionem poſſit emendare. Quæ quidem notatu digna iſtis nebulonibus malignis facile uidebuntur:qui tametſi nihil eximiorum operum citra alienas expoſitiones percipiant prælegereue audeant:nunq̃ tamen per quos proficiunt:lacerare deſiſtunt. Sed ut qui milium ſeminant paſſerculos contemnere in trito eſt prouerbio. Sic ego uanas iſtorum uoculas: dum probis doctiſq; hoc eſt tui ſimilibus:Paule Corneli placeam:flocifacere conſueui. Tu nanq; illa es & modeſtia & doctrina:ut quæ bene ſcribuntur:ingenue commendes. Quæ uero feſtinatione librariorumue incuria peccantur:illa benigne excuſes. Qui.n. pleriſq; in locis non ſentit librarios eſſe hallucinatos:is non minus indignus eſt:qui noſtris lucubrationibus iuuetur:q̃q̃ pueriles illos errores malignitate quorundam inuidorum in prima editione admiſſos in me putat eſſe regendos. Quamobrem etiam ſi iſtiuſmodi librariorum errata non corrigant: nihilo minus tamen & tuo & tui ſimilium perquam acri ſincero q; iudicio me aduerſus iſtos obtrectatores tutum eſſe cognoſco. Vale eximium Corneliæ gentis ornamentum.

¶ Ad lectorem.

¶ Accipe ſtudioſe lector integras Raphaelis Regii in Ouidii metamorphoſin enarrationes:ac in Quintiliani oratoriam inſtitutionem eiuſdem annotationes:quæ iterum diligentiſſime imprimi cœperũt:ſi potes expecta. Quæ nanq; ſuperiore anno perfidia cuiuſdam librarii me inſcio emiſſæ fuerunt:non pleriſq; modo in locis quorundã inuidorum conſpiratione fœdiſſime deprauatæ fuerunt. Verum præfatione quoq; indice. Vita poetæ, iis quæ προλεγόμενα Græci uocant:& ultimi quaternionis expoſitionibus mihi compoſitis fraudatæ circunferuntur. Librarius.n. ille eorum ſibi conſcius: quæ deprauarat: noluit tantiſper expectare, dum totum opus relegerem atq; caſtigarem. Sed quendam ſi non malignum:fatuũ certe & ineruditum induxit:qui meas enarrationes ſuarum ineptiarum appoſitione inquinaret. Quod quidem cum reſciuiſſem:pluresq; errores q̃ uerba in illius expoſitionibus nomini uero aſcriptis ineſſe deprehendiſſem:& librarium ipſum falſi reum egi:& enarrationes diligentiſſime emendatas iterum imprimendas curaui. Quare in his quoq; inuenies eadem aliqua:multa mutata:pluria adiecta:omnia uero cõpoſitiora:& q̃ nos potuimus:emendata. Cæteꝝ candide lector caue ne in emẽdis quoq; noſtris in Quinti. annotatiõibus: quæ eiuſdem imperiti ineptiis fœdatæ citra ullam præfationem noſtram uenales circunuehuntur.

REGISTRVM.

AA A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y

Omnes ſunt quaterniones preter. Y. qui eſt duernio & indicem qui eſt quinternio

¶ Impreſſum Venetiis per Heliſabeth de Ruſconibus,
Anno Domini. M.D.XXVII.
Menſis Aprilis.

q.18.car.1.